WiMBP
Opole



60 st

396
Akc V/1 Pf 12/62

12 gł.

HEGESIPPI

SCRIPTORIS GRAVISSIMI, DE BELLO IVDAICO, ET VRBIS Hierosolymitanæ excidio, libri quinq;.

ACCESSERVNT NVNC PRIMVM annotationes, quibus ab innumeris mendis auctor vindicatur, obscuriora loca commodè explicantur, ac scholijs illustrantur, per Cornelium Gualtherum Gandauensem.



COLONIAE
Apud Maternum Cholinum.
Anno M. D. LXXV.

WBP
Opole

CLARISSIMO VIRO D. IOHANNI GVALTERO Vinderholti & Merendræ Domino, in Curia Flandriæ Consiliario, Patri suo plurimùm colendo, Cornelius Gualtherus S. D.

CVM plurimas ac maximas rebus mortalium vtilitates adferat historiæ cognitio, præsertim sacræ, aut quæ huic proximè cognata est, quòd non aliundè certiùs, commodiùs, & efficaciùs exempla petantur, quæ ad mores hominum informandos, pietatem excolendam, prudentiam comparandam, maximum in vita momentum habere constat: plurimi profectò horum munimentorum conseruationem faciendam doctissimique quique meritò sunt arbitrati. Quamobrem sanè & eorum summoperè probandum est studium, qui Typogra-

pographiæ beneficio optimos quosq; auctores ab interitu vindicare, ac in publicum emittere sedulò sunt conati: cùm in hos potissimùm vsus tantum beneficium Deus mortalium generi his postremis temporibus singulari consilio largitus esse videatur. Atq; vtinam quantum hic probamus multorum in edendo studium, & sedulitatem: ita perinde omnium exactam industriam, emunctũ iudicium, comprobare liceret: vt quæ typis expressa nos legere gaudemus, ijsdem emendatis, integris, ac quodam modo expolitis, frueremur. Verùm cùm hîc multa requirantur, imprimis varia antiquorum codicum supellex, diuturnum studium, indefessus labor, non rude prorsus ac antiquitatis expers, aut omninò præceps ingenium, haud mirum profectò videri debet, si non passim & temerè à quibusuis præstetur. Multorum nihilominùs qualemcunque conatum boni consulendum, ac grato animo prosequẽdum existimo, quòd non parum subsidij veterum

scriptis inoffensè intelligendis afferre cognoscatur. Cæterùm præclarè illi de studijs meriti fuisse videntur, qui non contenti veterum libros typis vtcunque euulgatos extare, summo studio in id incubuerunt, vt optimi auctores emendati, ac quantum fieri potest, integritati suæ restituti in manus hominum venirent: quòd innumeras ac non vulgares ea res vtilitates complectatur, quas non leuiter experiuntur, quicunque in huiusmodi scriptis libenter ac cum fructu cupiunt versari: Videmus enim vt nihil æquè auidi lectoris animum alliciat, ac delectet, rudium verò minusque exercitatorum studia promoueat, atque syncera & inoffensa grauis alicuius scriptoris lectio. Mouit sanè hoc maximos viros, Erasmum dico Roterodamum, Beatum Rhenanum, & alios quàm plurimos (quos hîc omnes commemorare non attinet) vt in rem tam vtilem, tamque necessariam, operam suam non grauatim conferrent, imò & alia studia maioris quæstus atq; opi-

nionis his posthabere non dubitauerint. Impulit profectò & nos hæc publicæ vtilitatis ratio, ac grauiter tantorum virorum exemplum commouit, vt in eo genere studiorum, quamuis laborioso, ac tenuis gloriæ libentiùs versaremur, præsertim ex quo iam annis aliquot nos lectioni historiarum ac cognitioni antiquitatis dederimus. Cuius rei gratia plurimas bibliothecas scrutari, veterum scripta vndique conquirere ac euoluere iampridem cœpimus, vbi quàm multa adhuc in plurimorũ scriptis emẽdari restituiq; possent, cognouimus. Quamuis enim quorundam non inutilem, imò prorsus necessarium laborem fuisse libenter fateamur, tamen quia non omnium scripta in vnius alteriúsue manus incidere potuerunt, aut eiusdem scriptoris tam diuersa & passim dispersa exemplaria ab vno eodemque excuti ac euolui, mirum sanè videri non debet, si illi non omnia attigerint, aut ijs ipsis quæ attigerunt, exactum absolutamque operam, & tanquàm

quàm extremam manum, potuerint adhibere. Certè dum alij post alios, imò nonnunquàm & illi ipsi eosdem auctores subinde recognoscunt & emendant, satis reipsa testantur, quàm semper loci aliquid pstrerioribus curis, quæ solent esse (vt prouerbio dicitur) meliores, relinquatur: neque vnius atque item alterius labore & industria aliorum conatibus ac laboribus tanquàm superuacaneis aut minùs necessarijs præscriptum præiudicatumque esse. Id quod in Hieronymo & Augustino toties editis, ac recognitis demonstrari potest, de quo aliàs erit dicendi locus. Cæterùm cùm nunc eius quoque rei ostendendæ occasionem eruditum istud de excidio Hierosolimitano scriptũ obtulisset, quod communem hanc & quasi fatalem multorum codicum sortem non euasit, sed adhuc post aliquot editiones & perfunctorias castigationes accurata recognitione ac emendatione opus habere cognoscitur, visus sum mihi operæprecium

facturus, si tam vtilem auctorem post antiqui codicis collationem & ad Iosephum, quem hic noster per omnia ferè sequutus est, diligentem examinationem à mendis repurgare, annotationibus, ne in posterum deprauandi locus foret, munire: scholijs ad hæc breuibus loca difficiliora explanare studerem: præsertim cùm iam liber iste rursus typis elegantioribus, formaque Enchiridij commodiore à Materno Cholino excuderetur, quo deinceps cum minore offensa, imò maiore cum fructu ac voluptate à pluribus tantus autor relegatur. Circunspicienti verò mihi, cui hanc nostram licèt tenuem opellam, recepto iam inter scriptores more, nuncuparem, occurristi tu imprimis, pater optime, neque id immeritò. Cui enim potiùs nostra detulerimus, quàm illi, cui post Deum omnia accepta ferre par est? Admonuit & hîc nos temporis ratio, quo sæpè recordari & amicis libenter narrare solemus, vt præteritis hisce proximè diebus tibi quinquagesimus annus in Senatu

Senatu Flandriæ transactus sit, vbi per tot annos singulari Dei beneficio, rarò autem exemplo senatoris siue consiliarij munus gnauiter obiuisti: & idcirco tibi potentissimus Hispaniarum Rex, Flandriæ Princeps, &c. Philippus, habita diuturni temporis laborum, ac fidelis obsequij ratione, emerita contulerit: amplissimus verò Flandriæ Senatus Principis exemplum secutus, collegam suum seniorem ac emeritum beneficio item suo cohonestare decreuerit: te autem vicissim nunc sedulò cogitare, vt imprimis DEO Opt. Max. pro tam longi temporis vsura, Principi pro beneficio, Senatui pro his beneuolentiæ studijs memorem gratumque animum lubilei solenni de more, celebratione testeris. His itaque rebus & ego incitatus, literarium aliquod munusculum hoc potissimùm tempore ad te mittendum duxi, quo meam obseruantiam erga parentis optimi venerabilem senectutem declararem: etiam atque etiam petens, vt istud, quamuis leuidense munus, boni

EPISTOLA

consulas, & affectu (vt soles) paterno complectaris. Deus Opti. Max. istam tibi senectam viridem vegetamque Nestorios in annos conseruet.

E Colonia Agrippinensi
Oct. Calen. Mar. An-
no LIX.

CORNELII GVALTHERI GANDAVENSIS CASTIgationes & annotationes in quinque libros de bello Iudaico, & vrbis Hierosolymorum excidio, hactenùs Egesippo inscriptos.

Præfatio ad Lectorem.

CVm verissimè scriptum sit à Plinio, historiam quomodocunque scriptam delectare, præsens hoc historicum opus multis nominibus studioso lectori placiturum sum arbitratus. Quamobrem id recognoscendum castigandumq; libentiùs mihi desumpsi. Complexus est hoc opere auctor breuiter & argutè, quæ copiosè à Iosepho septem libris de bello Iudaico, & in Antiquitatibus sparsim referuntur. Explicat etiam non minùs religiosè, quàm verè, à Iosepho deseruatore nostro Iesu Christo prætermissa, vel obiter, quòd esset fortassis à fide nostra alienus, indicata. Ad hæc belli causas paucis recenset, fontes maximarum calamitatum eruditè commonstrat, cur populus ille à Deo singulariter quondam electus, multumq; dilectus, tam grauiter attritus fuit, Hierosolyma euersa, non solùm (vt Plinius ait) vrbium totius Orientis, verumetiam si insignia Dei spectes beneficia,

neficia, totius orbis longè clarißima: templum deletum, sacra ablata. Gentis politia, quæ per tot annos steterat, penitùs sublata. Quarum rerum non otiosa consideratio præstantißimum, qui ex cognitione historiæ peti solet, fructum, pio prudentiq; lectori affatim suppeditabit. Quod opus elegantißimum, summaq; fide ac diligentia conscriptum, atq; adeò pro captu ætatis illius eloquentißimum, titulum hactenus prætulit Egesippi: eius tamen esse Egesippi Apostolorum temporibus vicini, cuius Eusebius & Hieronymus meminerunt, probabile non est multis de causis, quarum aliquas paulò pòst subijciemus. An verò alius quispiam fuerit posterioris ætatis Egesippus huius operis auctor, an verò scriptor ipse, aut alius quispiã, vt opus esset commendabilius, Egesippi nomen indiderit, compertum non est: neque illud constat, an græcè primùm scripserit, & posteà ab Ambrosio, vel alio quopiam viro erudito sub eam ætatem in linguam Latinam sit conuersus. Quòd autem non sit illius prisci Egesippi, hinc apparet: Primùm, quòd Eusebius & Hieronymus quinque tantùm commentarios siue libros Egesippi commemorant, qui actuum Ecclesiasticorum historiam complectantur: hic verò auctor, præter hosce quinque libros, alia quoque se scripsisse testatur, qui ipsi quinque libri non Ecclesiasticorum actuum à passione Domini, sed Iudaicam historiam inde vsq; à Machabæis vsq; ad excidium Hierosolymitanum exponunt. Addo, quòd Hieronymus Egesippum simplici stylo scripsisse dicat, hic verò auctor grandi,

grandi, operoso & penè affectato dicendi genere vtatur. Accedit hu omnium euidentißimum argumentum, quod hic scriptor se ætate posteriorem esse prodat: meminit enim Constantinopolis, cui par Romanæ ciuitati dignitas sit atributa, quod primum in concilio Constantinopolitano, Gratiano & Theodosio Impp. factum legimus. Ex quo hunc scriptorem horum Imperatorum tẽpora secutum manifestè conficitur, cùm Egesippus duobus circiter seculis antecesserit, quare ad hunc auctorem hæc narratio referri non potest. Quòd si fortè quis dicat, Egesippum illum aliquid huius argumenti scripsisse, quod Eusebium & Hieronymum latuerit, illudq; postmodum Latinus quispiam non tam conuerterit, quàm exercitij causa dilatauerit, & amplificauerit, & in hanc formam, quam modò videmus, redactum, Egesippi nomine in lucem ediderit, parũ certè probabilitatis habet hæc oratio, quòd nec Eusebium et Hieronymum illud opus latuisse verisimile est, viros in perquirendis veterum scriptis diligentißimos: neq; hunc scriptorem tam incogitantem & negligentem fuisse, vt omnis decori oblitus, ea Egesippi nomine scripsisset, quæ illi minimè omnium ob longißimum temporis interuallum conueniunt. Quisquis verò tandem is fuerit, non adeò referre puto, aut de hoc solicitè inquirendum, & anxiè disputandum, cùm de scripti veritate, operis dignitate, fructuq; satis

constet.

INDEX LOCVPLETISSIMVS

historiæ excidij Hierosolymitani, Egesippi.

Aaron summus Sacerdos, ad filios suos ex voluntate diuina, vnctione legitima, sacerdotij transmisit prærogatiuam 263

Abilam Placidus Romano imperio restituit 422

Abraham reuersus de Mesopotamia, Chebron inhabitabat 40

Acciatici belli initium 94

Acies armatæ & currus ante Hierosolymitanæ vrbis excidium in nubibus visa 629

Aegyptus inassueta imbribus regio 451

Aegyptus sibi ipsi imbreis creat, & pluuiarum hubertates parat 242

Aegyptius decies septingenta, & quinquaginta millia hominum, præter Alexandriæ incolas, ascripta habet Rom. fascibus ibidem

Aegyptius Pseudopropheta, triginta millibus Iudeorum associatis sibi, Hierosolymam penetrabat 127

Africa altrix orbis terrarum, subiecta Romano imperio 038

Agrippa Aristobuli filius, Romam proficiscitur, contra Herodem Tetrarcham, apud Tiberium iudicio contendere volens 216

Agrippa Caium Germanici filium in amicitiam sibi asciscit 217

Agrippa iussu Tiberij in vincula ductus, grauibus modis excruciatur ibidem

Agrippa inexpugnabili muro, Hierosolymam cingere volens, morte præuentus, opus imperfectum

ctum reliquit 224
Agrippa filius, in locum Agrippæ Patris à Claudio Cæsare surrogatur ibidem
Agrippa Rex in expugnatione Gamalæ saxo percutitur 382
Agrippæ oratio ad populum Iudæornm 231
Agrippæ & Beronices ædes Hierosolymitanę incensæ 255
Agrippa Rex ad Othonem Romam contendit 436
Agrippina Claudij Cæsaris vxor, ipso iure naturæ Romani imperij successorem, principatus exortem reddidit 224
Aiacis vel Aiax vicus 437
Alani gens fera, Scythiæ incolæ 649
Alanorum bellandi mos ibidem
Albini Præfecti Iudææ auaritia 229
Alchimus in sacerdotium substituitur, Onia Principe Sacerdotum occiso 265
Alexander Aristobulo fratri in regno succedit 18
Alexander regnum adeptus fratrem interemit ibidē
Alexander aduersus Lathyrum Ptolemęum congressus, Rex constituitur ibid.
Alexandri fuga de prælio quod contra Obedam Regem Arabiæ gesserat 19
Alexander quinquaginta millia Iudæorum interemit 26
Alexander moritur duobus superstitibus liberis 25
Alexander moriens vxori suæ Alexandræ regnum reliquit 25 & 267
Alexander vinculis Magni elapsus, bellum assumit 46
Alexander victus aufugit, necatis suorum tribus millibus 47

Alexan-

Alexander pacem à Gabinio petens, castella quæ reparauerat, Rom. tradit 47
Alexander triginta milibus suorum, circa Ithabirium montem cæsis cum decem millibus aufugit 51
Alexander magici criminis accusati coram Cæsare, defensio 126
Alexander Eunuchorum corruptor 138
Alexandri ex Glaphira filij 161
Alexandri incauti querela, causa mortis 151
Alexandrum Herodis filium se quidem simulauit 212
Alexander cognomento Magnus vsque ad oceanum victoriam extendit 239
Alexandriæ vrbis conditor & descriptio 450
Alexandriæ vrbis portus difficilis accessu 452
Alexandri magni virtus 541. & 239
Alexandra supra fœminei sexus conditionem prælia disponit 27
Alexandra reliquis præstans, pharisæis quasi inferior obtemperabat ibidem
Alexandræ cœpta celeri eius obitu destituuntur 29
Alexandræ magnanimitas ibidem
Alexandræ morbus ibidem
Alexandræ versutum consilium 115
Alexandra filium Hyrcanum in sacerdotium paternum substituit 267
Alexandra moriens Hyrcanum filium hæredem bonorum constituit 268
Alexander & Aristobulus Herodis filij custodiæ dantur 153
Alexander & Aristobulus vincti ad Cæsarem mittuntur 155

Alexander & Aristobulus Herodis filij strangulantur 161
Alexander & Philippus Duces omnium prudentissimi inuictissimique habiti sunt 238
Alexander Aristobulo substituitur, penes quem & regnum & sacerdotium vsque ad dies vitæ eius mansit 267
Allegationibus non muneribus informandus iudex 34
Amathus oppidum vbi 223
Amathus Syro sermone, vapor aquarum appellatur ibidem
Ananias Sacerdos occiditur 564
Ananus & Iosephus Curione genitus, Hierosolymitanæ vrbis negotijs murisque instaurandis præficiuntur 298
Ananus sex millia armatorum in porticibus templi Hierosolymitani constituit 308
Anani Principis Sacerdotum desperatio 409
Annana vicus 24
Annibal multarum regionum victor, & frequens Romanis triumphis militans, ex Duce mercenarius, ex triumphatore factus est fugitiuus 239
Annibal semel victus, sese reparare nequiuit 240
Animus integer aduersus corruptelam pecuniæ, laqueis auaritiæ non capitur 34
Antigonus Cæsaris militiæ gestis, scenopegiorum die domum reuertitur 12
Antigonus apud Aristobulum fratrem falsò delatus ibidem
Antigonus Regijs Stipatoribus adorsus, imprudens opprimitur 14
Antigoni neci decretus locus Stratonis turris ibidem

Antigoni cadauer ad Aristobuli fratris sanguinem delatum clamorem emittit 16
Antigonus Aristobuli iunior filius à Pompeio Romam ducitur 50
Antigonus Cæsari occurrens, Antipatrum accusat 60
Antigonus Ptolemæum improuiso impetu iugulari cogit 88
Antigonus Iosippum Herodis fratrem occidit ibidem
Antigonum Herodes obsidet 90
Antigonum obtruncat Antonius 92
Antiochus Rex Aegyptum suo imperio adiecit 3
Antiochus Rex Hebræorum ritus & ministeria neglexit ibidem
Antiochus magna manu Hierosolymam veniens, Hyrcanum obsidet 8
Antiochus victus à fratribus prælio, fuga sese eripuit neci 9
Antiochus, qui etiam Dionysius appellatur, Demetrij frater 23
Antiochus occiditur ibidem
Antiocho Regi trecenta auri talenta per Hyrcanum donata, vt Hierosolymitanam obsidionem relinqueret 8
Antiochia Syriæ metropolis 306
Antiochiæ descriptio & situs ibidem
Antiochia splendidissima Syriæ vrbs 149
Antiochus Comageni filius Cæsarem hortatur, vt Hierosolymitanæ vrbis muros succidat 540
Antiochus patrem ad mortem cogit 652
Antipater Idumæus genere 31
Antipater ex vxore Arabica quatuor filios & vnam filiam suscepit 53

Antipater aduersus Aristobulum prælio certaturus, Arabum regi filios suos, tanquàm charitatis mutuæ pignora misit ibidem
Antipater vulneribus exceptis, egregium virtutis suę exhibuit testimonium 59
Antipater inter amicos à Cæsare receptus 60
Antipater Romanæ reipublicæ honoribus dignatus ibidem
Antipatri oratio ad Cæsarem 61
Antipater totius Iudææ procurator factus 63
Antipater muros Iudæorum ædificari popposcit ibidem
Antipater Dosidis priuatæ mulieris filius, in regno ortis, ab Herode præfertur 125
Antipater ab Herode, publicè condito testamento, solus successor imperij designatur 126
Antipater regio cultu, præter diadema, Romæ à Cæsare fulcitur ibidem
Antipatri vicia 133
Antipater Samaritanus mirum in modum ab Herode excruciatur 171
Antipatri ex vrbe Roma reditus 177
Antipatri oratio ad Herodem patrem qua se expurgat 185
Antipater Cæsarem super patris testatur amore 188
Antipater se mortis periculo vrgeri videns, vnum ex filijs hæredem imperij scripsit 194
Antipatri testamentum 194
Antipater parricidij conuictus, morti adiudicatur ab Herode 199
Antipater iussu Herodis occisus, in Hyrcania sepelitur 200

Anti-

Antipas à patre Herode moriente tetrarches Iudææ constituitur ibidem
Antonia castrum, priùs Baris nominatum 14. & 30
Antonius Cleopatræ amoribus totus deditus 72. & 93
Antonius Iudæorum decem millia Ascalonem vrbem diruere volentium necat 304
Antonia castrum expugnatum & incensum 255
Antonius centurio imprudens iaculo transfigitur 323
Antoniæ castri muri à Romanis occupantur 538
Antonia castrum iussu Titi funditus diruitur 592
Apollinis templum Cæsar condidit, multisque ornatibus venustauit 205
Arabes Herodis exercitum graui cæde fundunt 96
Arabum quinque millia ab Herode cæsa 100
Arabum septem millia ab Herode cæsa 101
Arabes Iudæorum ad se venientium viscera incidunt, vt ex eis aurum corradant 571
Aretas ad regnandum à Damascenis expetitus 25
Aries machinamentum bellicum vnde nomen habeat 322
Aristeus scriba occiditur 564
Aristobulus fratrum suorum ætate prouectior, mente promptior 9
Aristobulus principatum sacerdotij ad regni potentiam vertit 10
Aristobulus sibi primus diadema imponere vsurpauit ibidem
Aristobulus matrem fratresque vinctos arcta custodia detinet ibidem

Aristobulus ob fratricidium in grauem morbum incidit 15
Aristobulus euulsis viscеribus sanguinem euomit 16
Aristobulus digno parricidij sui circumuenitur pretio 17
Aristobulus sibi ipsi vindictam fratricidij exoptat ibidem
Aristobuli finis & imperij & vitæ ibidem
Aristobuli pro facinorosis apud matrem intercessio 28
Aristobulus ægrotante matre thesauros Regios occupat 29
Aristobuli vxor & filij in castrum à matre recludun-tur 30
Aristobulus regno pulsus, Hierosolymam confugit 33
Aristobulus Scauro per Pompeium misso, obsidione liberatur ibidem
Aristobulus collecta manu hostem insequitur 34
Aristobulus sex millia hostium apud Paparionem prælio fudit ibid.
Aristobuli secessione commotus Consul Romanus, arma in Iudæam conuertit ibidem
Aristobulus in Alexandrium castrum confugit 36
Aristobulus obstupefactus propter obsessionem Hierosolymitanæ vrbis, nihil non offert, & pauca præstat 38
Aristobulus cum filijs & socero à Pompeio Romam ducitur 44
Aristobuli reditus in Iudæam, plurimum turbarum excitauerat 48
Aristobulus Alexandrium reparat 49

Aristo-

Aristobulus se contra Gabinium derelictis munitionibus bello parat ibidem
Aristobulus in castelli Macheruntis munimenta se recipit 50
Aristobulus cum filio Antigono à Romanis captus, ad Gabinium mittitur ibidem
Aristobulus in vincula à Senatu Rom detrusus ibid.
Aristobuli ex Beronices Salome liberi 161
Aristobulus Hyrcano succedens, regno sacerdotium adiunxit 266
Aristobulus à Pompeio captus, cum filijs Romam dirigitur 269
Archelai oratio, qua Alexandrum parricidij delatum, coram Herode expurgat 144
Archelao reconciliationis inter Herodem & Alexandrum auctori, quinquaginta talenta & sedile gemmis insignitum Regali munificentia conferuntur 149
Archelaus ab Antipatro iam morituro Rex instituitur 200
Archelao milites plaudentes fidem & beneuolentiam spondent 202
Archelaus nouem millia Iudæorum celebritate paschali interficit 202
Archelaus pro pecudibus homines immolauit ibid.
Archelaus Idumæus genere ibidem
Archelaus rectoris munere, non Regis officio fungitur 213
Archelaus obscœnitatis morum apud Cæsarem delatus, Viennam relegatur, opesque eius thesauris Cæsaris associantur 213
Archelaus Mariamnem vxorem repudians, Glaphiram fratris vxorem sibi copulat 214

Archelai somnium de nouem spicis à bobus deuoratis 215
Artabazes Parthorum rex Cleopatræ donatus 94
Artorius, qui & Agorius dictus est, à Lucio ad vitam seruatur 610
Asomæi nacti potestatem præsidendi populo, Ionatham sacerdotem summum constituerunt 266
Asidæi in societatem Iudæorum asciti 4
Assyrij genus hominum ad auaritiam promptũ 570
Ascalon vrbs ampla, & muris subnixa validis, septingentis & viginti stadijs ab Hierosolyma distat 304
Ascalonitæ duo millia 500. Iudæorum strauerũt 662
Asphaltitis lacus medicabilis plerisque, Herodem sine vllo profectũ ægrum tenebat 197
Asphaltitis lacus cruore & cæsorum visceribus, naturę suæ speciem mutauit 422
Asphaltitis & Tiberiadis lacuum discrimen 425
Asphaltitis lacus qualitas 429
Asphaltitis lacus aquæ bituminis plenæ 431
Asphaltitis lacus longitudo & latitudo ibidem
Athenienses pro libertate totius Græciæ patriam incendio tradiderunt 237
Audacia in bello murus est 482
Augustus mensis funestus Iudæis 624
Aulana ciuitas vbi 480
Auri talenta tria millia è Dauidis sepulchro eruta per Hyrcanum 8
Auri fames nihil sequendum putat, nisi quod ad præsens lucrosum sit 571
Auri trecenta talenta Antiocho regi per Hyrcanum donata, vt Hierosolymitanam obsidionem relinqueret 8

BAlsamum vbi nascatur 37
Balsamum quomodo gignatur 428
Baris castrum ab Antonio triumpniro Antonia dictum 14. & 30.
Barzafarnanes Persarum Satrapa 112
Bellatum septem diebus sine intermissione à populo Iudaico, & Eleazaro principe latronum Hierosolymis 254
Bellorum ciuilium rumor in exercitu Romano de Vitellij imperio 446
Belli incentiuum ignorantia principis 448
Belli dubius euentus 508
Bello ciuili nihil fœdius 522
Beronices & Agrippæ ædes incensæ 255
Besemelel vrbis expugnatio 23
Besemelel vrbe expugnata, incolarum octingenti in media ciuitate crucifiguntur ibidem
Bethesda & Cenopolis à Cestio Romano duce incenduntur 276
Betesmon Placidus Romano imperio restituit 422
Bituminis Asphaltitis lacus vtilitas, & medica operatio 431
Bituminis glebæ in Asphaltitis lacus aquis natantes ibidem
Burius vir notæ experientiæ, & validæ fortitudinis apud Iudæos 384
Britanniam Romana arma penetrauerunt 636
Britanniam Romano imperio Vespasianus acquisiuit 291
Britannia Romanorum virtute in orbem redacta est 239
CAesar Pompeium senatumque Romanum vltra Ionium mare expulit 54

Cæsar veneno interemptus, negotium imperfectum reliquit 55
Cæsaris oratio, qua Herodi respondet 103
Cæsari templum de albo marmore iuxta fontes Iordanis Herodes condidit 108
Cæsari colossus in medio templi constitutus ab Herode 110
Cæsaris consilium de Alexandro & Aristobulo Herodis filijs ad se missis 109
Cæsare defuncto Tiberium priuignum suum successorem Romano imperio reliquit 216
Cæsareæ vrbis conditor Iudæus fuit 228
Cæsaris mortis opinio Pompei fautoribus ascribitur 55
Cæsarea Iudææ regionis vrbium maxima 325
Cæsareæ descriptio & situs 353
Caius Tiberij successor, grauissimas seditione causas Iudæis dabat 223
Capernaum fons Genesaris regionis 376
Capartor & Lygarus vici Idumæi à Vespasiano maxima strage labefacti 423
Cassius Syriam transeuntes Parthos insidijs excipit 52
Cassius in Iudæam irruit 55
Cassius Tarichæis deletis, triginta millia Iudæorum in seruitutem vendidit ibidem
Castoris Iudæi callidi stratagema 503
Castoris Iudæi mors 504
Cecinnæ Vitelliani exercitus Ducis oratio ad suos milites 457
Cecinna solutus vinculis ad Vespasianum ab Antonio mittitur 461
Cedron vallis 483

Centurionis cuiusdam memorabile facinus 589
Cerealis Dux Romani exercitus 331 & 443
Cerealis exercitui à Tito præficitur 602
Ceremoniarum Hierosolymitani templi rationes 600
Cestius Dux exercitus Romani in partibus Syriæ 272
Cestius vicos Cęsareę proximos incendit 273
Cestium Romani exercitus Ducem stupor inuadit 277
Cestij educentis ab Hierosolymis exercitum nobile stratagema 278
Cometa ante euersionem Hierosolymitanę vrbis visus 627
Conscientia bona in bello plurimùm valet 301
Consultiùs sua tutari, quàm aliena suis adiungere 29
Cor Regis in manu Dei 482
Custobarus & Saulus à Iudæis ad Cestium deficiunt 482
Cyrenensium cum Carthaginensibus bellum 243
Chananæus quidam diues Hierosolymam condidit 493
Chares sonitus ingentis terrore exanimatus 387
Chebron vetusta & celebris vrbs à Simone capitur 440
Christus occurrit Petro vrbem egressuro 297
Christi corpus templum vocatum 479
Cleopatra Ptolemæi mater, fructum victoriæ filio adimens, in Aegyptum concedit, vt mortem imminentem euadat 18
Cleopatra in vrbe Ptolemaide à Tigrane Rege obsidione clauditur 29
Cleopatræ libido maxima 119

Cloelia Romana virgo ruptis vinculis hostes euasit 637
Clytus sibi ipsi manum sinistram abscidit 303
Crassus Gabinij successor 52
Crassus ad Parthicum bellum profecturus, omne aurum quod Hierosolymis in templo fuerat abstulit ibidem
Crassus Euphraten transmissus exercitum amisit, & ipse extinctus est ibidem
Crasso defuncto Parthi in Syriam transeunt ibidem
Creta centum vrbibus nobilis, vnum Romanum consulem verita est 243
Crudelitas pacem conciliat 23
Damasceni infestis odijs Ptolemæum persequebantur 25
Damascus vrbs à Ptolemæo frequentibus incursibus territa ibidem
Damasceni à Romanis opem postulant 34
Damasceni Iudæos in synagogis suis congregatos interfecerunt 284
Damasceni octo millia Iudæorum strauerunt 662
Daphnes nemus amœnissimum & celebre 381
Dathan & Abiron hiatus terræ vorauit 190
Dauid parricidam suum, quem seruare non potuit, vindicauit 191
Dauid primus vir Hebræus Chananæos Hierosolymitana vrbe expulit 493
Dauidis pugna cum gigante 543
Demetrius in bello contra Alexandrum victoria potitur 22
Depositum Dei anima est in humano corpore 346
Difficile in prosperis inuidia carere 66
Discessio Alexandri à Demetrio victi in montes 22
Diogenes

Diogenes delatus à phariseis occiditur 27
Diuitiarum cupiditas maximè virtutem animi effœminat 572
Dosis Herodis vxor prima, Mariamne Alexandro Aristobuli genita, altera 71
Dora & Ioppe maritimæ vrbes 109
Dolosus Gadarensium primas 418
Dosis Herodis vxor, de qua Antipatrum susceptit filium 111
Domitianus Vespasiani germano genitus interrex constituitur 463
Drusion turris ab Herode ædificata 109
Egesippo quatuor libri regnorum in morem historiæ conscripti 1
Egestas latrocinium suadet 187
Eleazarus Ionathæ frater iunior cæteris, pro religione mori non recusauit 5
Eleazarus princeps latronum apud Iudæam 225
Eleazarus per viginti annos Iudæam depopulatus, tandem à Felice Iudæorum præside captus Romamque ductus, graues pœnas dedit 225
Eleazarus principis sacerdotis filius, magnæ audaciæ vir 251
Eleazari mors, Iotapatam vrbem ab excidio liberauit 325
Eleazarus vrbis Hierosolymitanæ tertius tyrannus 466
Eleazari principis sicariorum oratio ad populum 654
Elichus (à Iosepho Felix vocatus) Phaselum Herodis fratrem pulsat, fratris mortem vindicaturus 71
Elichus Massadam impositis præsidijs occupat ibidē
Elisæus Eliæ discipulus 426
Eli-

Elisæus prophera corruptelæ aquarum fontis prope Hiericho remedium dedit 426
Epistolæ Salomes nomine Antipatri compositæ 193
Epistolæ Agmes ad Antipatrum missæ tenor 194
Euphrates nisi suis accolis accessibilis 245
Euricles Lacon genere cupidus opum 149
Euricle. adulationibus Herodis amicitiam venatur 150
Ex sanguine Aaron solùm Principes Sacerdotum fiebant 263
Ezechias latro Syriam frequentibus incursionibus molestat 65
Ezechias iugulatur ibidem
Ezechiæ mortis dilatio 496

FAbatus Romanæ militiæ moderator, & Cæsaris amicus 187
Fabius Maximus cunctando vicit Annibalem 414
Fabius & Furio Centuriones Romani primi in templum Hierosolymitanum insultum fecerunt 41
Fallio Antipatri frater prælio funditur 34
Facinus insigne patris in filios & vxorem 88
Fame mori miserrimum 46
Fame laborantibus Romanis, Hyrcanus alimoniam administrat 46
Fames dira Hierosolymis 534.547.575.611
Fames omnem affectum & maximè verecundiam excludit 534
Fragilis spes, quæ non ex propriæ virtutis fiducia, sed ex aliena pendet miseria 97
Felix alio nomine Elichus vocatus, Phaselum Herodis fratrem pulsat, fratris mortem vindicaturus 71
Felicis

Felicis successor Festus plurimos latronum comprehensos, vltimo exitio dedit 229
Fidelis nemo qui suis infidus fuerit 44
Fides in conscribendis rebus gestis maximè necessaria 260
Fides hosti etiam seruanda 538
Fide bella optimè geruntur ibidem
Filiorum Abrahæ sepulchrum prope vrbem Chebron 440
Forensi prælio internum apud Iudæos successit 486
Fortitudo sine consilio, temeritas 503
Florus Albini successor sæuissima cæde in populum Iudaicum desæuiebat 251
Florus ob exasperatam plebem Iudaicam à se, vrbe Hierosolymitana extruditur 251
Florus à Romano Rege regno suo redditur 253

GAbaon vrbs, ab Hierosolymis quinquaginta stadijs distans, à Romanis incenditur 274
Gabinius à Pompeio ad Aristobulum missus pro pecunijs expetendis, vrbe expellitur 58
Gabinius Alexandri tentamentis, quibus muros Hierosolymitanos reparare constituit, occurrit 46
Gabinius Scauri successor ibidem
Gabinius Iudæam in quinque conuentus diuisit 84
Gabinius expeditionem in Parthos parat 51
Gabinius prælio Nabathæos subigit 52
Gabinius Mithridatem & Tigranem fugientes de Persidè clàm dimittit ibidem
Gadaram quam Iudæi euerterant, Pompeius reformat 144

Gadara à Tito & Vespasiano funditùs euertitur 317
Gadara vrbs à Vespasiano iussa est incendi ibidem
Gadarenses legatos ad Vespasianum mittunt, vt sibi auxilio veniat 418
Gadarenses primorem vrbis suæ Dolosum nomine interfecerunt ibid.
Gadara vrbs Romanis tradita ibid.
Gadir mons Samaritanus sacer 221
Galba Romano imperio præficitur 435
Galba septimo mense à die assumptæ potestatis Romano foro pœnas luit ibidem
Galilæam Herodes ab omni incursu latronum liberat 88
Galilææ duæ, inferior & superior 309
Galilææ vtriusque situs & descriptio 310
Galilæa minor Peræa regione, sed vtilior 312
Galilææ vtriusque fertilitas ibid.
Galilæa omnis in potestatem Romanorum deducta 393
Galliarum incolæ, populus natura ferox, & armis deditus 240
Galliarum descriptio ibidem
Gamala & Gaulon ab Alexandro euersæ 25
Gamalæ vrbis descriptio & situs 380
Gamala vrbs priùs Camela vocitata 381
Gamalæ expugnatio & ruina 387
Gamalæ excidium ibidem
Glaphira Alexandri vxor superba mulier 134
Glaphiræ visio postquam Archelao nupsisset 214
Grauius est sua quàm aliena incessere 301
Græci assentatores 150
Gemellinus & Nimphidius Neroni obnoxij 434

Genesar lacus descriptio 372
Genesaris lacus pisces præstantiores cæteris ibid.
Genesaris regionis descriptio 374
Genesar regio huberrima ibidem
Genera tria calamitatum 417
Gentilium maxima cædes apud Schytopolitanos per fraudem illata 286
Geresa vrbs à Vespasiano capitur 433
Germani immanes & insuperabiles 40
Germani aduentu Romanorum cognitio, montes consedisse & Rhenum exaruisse arbitrati sunt 240 & 636
Giscalæ incolarum quieta ingenia 388
Giscala Titum apertis portis & Romanum exercitum excepit 392
Gorgon vir amabilis occiditur 413
HEbræorum octo millia interempta 19
Herodes Antipatri filius, Galilææ præficitur 64
Herodes Ezechiam latronem, multosque prædonum correptos iugulari iubet 65
Herodes magno exercitu Hierosolymam petit, vindicaturus Hyrcani rebellionem 68
Herodes in Arabiam proficiscitur pro captiui fratris redemptione 79
Herodes à Cleopatra Alexandriam veniens, summo honore suscipitur 80
Herodes Romam veniens, sibi suisque in periculo positis, ab Antonio auxilium implorat 81
Herodi regnum senatusconsulto defertur 82
Herodes ab Antonio ad conuiuium inuitatur ibidem
Herodes è Galilæa latrones extirpat 88
Herodi balneum ingredienti, tres viri districtis mucronibus occurrêre 90

Herodis religio circa Sacramenta Iudæorum 92
Herodes bellum aduersus Arabas parat 95
Herodis oratio ad suos milites 96
Herodis oratio ad Cæsarem 102
Herodis coronatio à Cæsare 105
Herodi à Cæsare multa donantur 101
Herodes templum Dei mirificè ornat 106
Herodes castrum Antoniam communit ibid.
Herodis liberalitas ibidem
Herodis iuramentum vxori factum 121
Herodes furens, vxorem propriam & Iosippum affinem occidi iubet 122
Herodes non solùm animi, verùm & corporis ægritudine laborans, venatibus, corporis & mentis salubritatem recipit 123
Herodis filij maternę mortis vltores 124
Herodis filij Romæ Græcis iuxtà & Latinis eruditi literis ibidem
Herodis oratio ad populum 129
Herodes tres filios simul reges constituit ibidem
Herodi à Cesare filij redditi 130
Herodis oratio ad filios suos 131
Herodis in Pheroràm munificentia 137
Herodes Alexandrum vinculis alligatum custodijs sepsit 140
Herodes filios suos, quibus arguebantur seuerè interrogat 153
Herodes ad vrbem Berithon iudicio celebrando contra filios suos properat 155
Herodis filios Saturninus morti condemnat 157
Herodis oratio plena mœstitudine & commiseratione de nepotibus 162
Herodis nouem vxores 164

Hero-

Herodes defunctus Hierosolymam transfertur 167
Herodis verba repellentis Antipatrum 181
Herodis examen circa Antipatrum filium ibidem
Herodis duritia aduersus Antipatrum 188
Herodianæ ægritudinis descriptio 197
Herodianæ crudelitatis mandatum non exequitur 199
Herodes militibus quinquagenas drachmas iubet dari, ne feralis ministerij executionem recusarent ibidem
Herodes sese suo gladio ferire cupit ibidem
Herodes anno tricesimo septimo imperij sui moritur 200
Herodis testamenti recitatio 202
Herodis mors, magnifica funeris curatio, & in Herodio sepultura ibidem
Herodes Tiberiadem vrbem in Tiberij honorem condidit 216
Herodes Antipas perfidiæ & crudelitatis suæ (quam Ioannem Baptistam occidendo exercuerat) iustas pœnas dedit 222
In Herodem defunctum libera vulgi iudicia 204
Herodes ab Agrippa accusatus coram Cæsare tetrarchia defungitur 223
Herodes in Hispaniam fugiens cum vxore, mœrore animi consumptus est ibidem
Herodes fratris vxorem Herodiadem, naturæ immemor, solicitat vt relicto fratre sibi nubat 262
Herodes vxorem ad Macherunta oppidum dirigit, vt Herodiadi pactionis fidem seruet ibidem
Hierosolymitani templi à Pompeio oppugnatio 39

Historiæ Egesippo scriptæ causa quæ 1
Hierosolymitanæ vrbis oppugnatio à Romano Cestio duce exercitus 270
Hierosolymitanæ vrbis captiuitas cur sit delata 278
Hierosolyma caput Iudææ 315
Hierosolymitani excidij initium 395. & 480
Hierosolyma quasi sentina omnium sceleratorum 395
Hierosolymitanorum octo millia vno die cæsa 411
Hiericho vrbis descriptio 424
Hierosolymitani Simonem latronum principem adoriuntur bello 438
Hierosolymitani omni genere vitiorum à suo duce exerciti 444
Hierosolymitanam vrbem Chananæus quidam potens condidit 493
Hierosolyma prius Solyma vocitata ibid.
Hierosolyma ciuitas muro à Cæsare circuncingitur, ne alicui Iudæorum effugium pateret 547
Hierosolymitanus ager per tredecim miliaria circumuastatus 576
Hierosolymitanam vrbem Titus ingenti manu inuadit 601
Hierosolymitani templi ianuæ argento opertæ succenduntur 622
Hierosolymitanum templum decimo Augusti mensis à Romanis incensum 624
Hierosolymitani templi structura mirum in modum à Tito laudata 625
Hierosolyma octauo die Gorpiei mensis concremata est 648
Honor filiorum patris gloria 130

Hyrca-

Hyrcanus sepulchrum Dauidis disrupit 8
Hyrcanus primus xenodochia instituisse fertur ibidem
Hyrcanus Medis bellum intulit ibid.
Hyrcanus Samariam munitionibus circumdedit ibidem
Hyrcani mors 9
Hyrcani laus 8. & 269.
Hyrcanus vxori negotia summæ rei commisit 9
Hyrcanus animi quadam præscientia tenuit filios suos non diuturnos fore ibidem
Hyrcanus defuncto patre Alexandro, ad regnandi spem erigitur 27
Hyrcanus in matris hæreditatem succedit 30
Hycanus viuente adhuc matre dignitate sacerdotij induitur ibidem
Hyrcano plurima bellatorum manus à rege adiuncta, vt regno restitueretur 32
Hyrcano omnis belli fiducia in Arabiæ viribus sita 34
Hyrcano sacerdotij principatus à Pompeio datur 43
Hyrcanus fame laborantibus Romanis alimoniam subministrat 46
Hyrcano aures dentibus abscinduntur 78
Hyrcanus dignus sacerdotio à Cæsare pronunciatus 63
Hyrcanus patre Simone defuncto in sacerdotij prærogatiuam demigrauit 269
Hyrcanus præses suorum ciuium à Pompeio statuitur ibidem
Hyrcano Alexandræ matris mors & regnum & sacerdotium ademit 268

 Hyrca-

Hyrcano non idem vitæ finis, qui potestatis fuit 269
Hyrcanus truncatis auribus, ludibrium de se Barbaris præbuit ibidem
IAcobus vnus principum Idumæorum, homo callidus & vafer 438
Iacobus patriæ suæ proditionem Simoni obtulit 439
Iaphæ vrbis ciues insolentes 327
Iaphæ vrbs natura loci septa, & gemino circumuallata muro ibidem
Iechonias Babylonijs patriam suam obsidentibus, se & sua in seruitutem dedit 361
IESVS ad Pilatum ducitur 259
IESVS excidium Hierosolymitanæ templi annunciauit 261
Iesus & Eleazarus sacerdotes, Idumæam tuendam receperunt 299
Iesus prædatoriæ manus princeps 361
Iesu Ananiæ filij continuus clamor 629
Iesu Ananiæ filij mors 632
Iesus vnus sacerdotum Tito vasa ministeriorum offert 645
Iohannes summam reipublicæ seniori filio committendam esse voluit 8
Iohannes Baptista Herodem incestus arguens, necatur in carcere 222. & 261
Iohannes baptismum propter purificationem animi & corporis instituit 261
Iohannes Giscalæ indigena populi sui lues 389
Iohannis sceleratissimi hominis responsio ad Titum 390
Iohannes ad Giscala intempesta nocte discedens, ad Hierosolymitanam vrbem se confert 392
Iohannis principis seditiosorum dolus in templo paratus 486
Iohannis ducis Idumæorum mors 498
Iohannes & Simon seditionum incentores 531
Iohannis principis seditiosorum responsio ad Titum 594
Iohannes seditionum princeps, fame tabidus, ieiunio confectus Cæsari se tradit 647
Iohannes ad triumphum Cæsaris reseruatur, perpetuis vinculis innodatus ibidem
Ionathas Iudæ Machabæo succedit 5
Ionathæ mors ibid.
Ionathas cui & nomen Iohannes, paterni sacerdotij munere fungitur 6
Ionathæ matrem, germanosque viuos, in muris præcipitandos locat Ptolemæus ibid.
Ionathæ mater non salutis auxilium, sed vltionis solatium obsecrabat 7
Ionathæ necis causa 114
Ionathas sese studio natandi oblectans, in piscina necatur 115
Ionathas sacerdos à Sicarijs Hierosolymis occiditur 126
Ionathas per septem annos functus sacerdotio, insidijs Tryphonis finem vitæ inuenit 206
Ionathas decimum septimum annum agens, sacerdos ab Herode creatur 114 & 270
Ionathas ab Herode interemptus 270
Ionathas Romanos ad singulare certamen prouocat 605
Ioppe ab Herode capitur, vt suos ab obsidione liberaret 83

Ioppe à Cestio Rom. ducis exercitu occupatur 273
Ioppe direpta à Cestij militibus exuritur ibidem
Ioppes situs & à fundamento excidium 354. & 357
Iordanis ortus vbij 108. & 372
Iordanis per Genesaris lacum medio fluento transiens, in Asphaltite lacu conditur 374
Iordanis cæsorum corporibus obstructus, sic quod proprios cursus dirigere non poterat 422
Iosedech sacerdotum princeps post egressum patrum de Aegypto, ritus veteris solennitatis reformat 265
Iosephus historicus plus indagini rerum & sobrietati sermonum, quàm religioni & veritati studuit 1
Iosephus perfidiæ Iudæorum in ipso etiam sermone consors ibidem
Iosephi de Iesu crucifixo testimonium 260
Iosephus suis sermonibus de Christo non credebat ibidem
Iosephus Curione genitus & Ananus principes sacerdotum Hierosolymitanæ vrbis negotijs, murisque instaurandis præficiuntur 298
Iosephus Curione genitus disciplinæ militaris exercitatissimus 300
Iosephi circa Tyberiadem vrbem stratagema 302
Iosephus bellum in totam Iudæam excitauit 316
Iosephus ex Gadara ad Tiberiadem transit 317
Iosephus ex Tiberiade ad Iotapatam proficiscitur 318
Iosephi stratagema in vrbe Iotapata 319
Iosephi stratagema contra arietis impetum 323
Iosephus lacu delitescit in captione Iotapatæ, anno imperij Neronis decimotertio 333

Iose-

Iosephus diuinæ legis interpres 336
Iosephi oratio qua Iudæis respondet 338
Iosephi oratio ad Deum optimum maximum 348
Iosephus per Nicanorem ad Vespasianum ducitur 351
Iosepho pars maxima salutis Titus apud patrem fuit 352
Iosephus vinculis soluitur fractis catenis 455
Iosephi oratio ad populum Iudaicum 508
Iosephi pater vinculis concluſus 565
Iosephus Iudæos ad deditionem hortando, graue vulnus accepit 366
Iosephi verba ad Iohannem 596
Iosippus Antigoni se obsidentis copias prælio fudit 85
Iotapatam vrbem Vespasianus obsidet 319
Iotapatæ vrbis situs 321
Iotapatam vrbem Vespasianus secundò expugnat 325
Iotapatæ vrbis expugnatio & destructio ibidem
Idumæam Herodes oppugnatam recipit 85
Idumæi genus hominum mobile ad bellum à Iudæis rogantur 400
Idumæorum XX. millia congregantur ibidem
Idumæorum irruptio 410
Idumæorum quinque millia Simonis partibus astipulantur 492
Idumæi deditionem à Tito rogant 644
Idumæi se Romano exercitui tradunt ibidem
Ignis inextinguibilis & iugis Iudæorum templo seruatur 254
Improborum vilis affectus 11
Imperium sine gratia vile, & plerunque noxium 132

Impe-

Imperij Romani nomen Augustum cur dicatur 514
In victoria modus tenendus 44
Indorum mos in agone 638
Isidis sacerdotes necantur 220
Isidis simulachrum Tiberi demergitur ibid.
Insolentia maior ex potestate oritur 48
Iudæorum perfidiæ Iosephus consors 1
Iudæorum ærumnam Iosephus deplorat causa ipsius non agnita ibidem
Iudæi sibijpsis cladis autores fuêre 2
Iudæi Romanorum amicitiam rogantes fidem non seruauerunt ibidem
Iudæorum spes omnis belli gerendi, in mœnibus non in viribus erat ibidem
Iudæorum multi, dum bellum sabbatho suscipere detractarent, occisi sunt 4
Iudas Machabæus Matathiæ patri successit ibidem
Iudas Machabæus frequenter innumeras hostium copias parua manu fudit ibidem
Iudæ Machabæi laus à re bellica, bonitate consilij, & integritate fidei ibidem
Iudæ Machabæi mors 5
Iudas Machabæus propriam mortem vlciscens moritur ibidem
Iudas Essenus genere, futura annuntiasse fertur 14
Iudas Antigoni mortem prænuntiat 15
Iudæorum 10. millia à Theodoro prælio fusa 19
Iudæorum familiaris pestis, vt de epulari ludo sese ad arma excitent ibidem
Iudæorum L. millia Alexander interemit 20
Iudæi Demetrium regem sibi auxilio futurum, aduersus Alexandrum in bellum excitauerunt 22

Iudæo-

Iudæorum sex millia à Demetrio defecerunt ad Alexandrum ibidem
Iudæi sacris religionis diebus ab omni opere vacant 40
Iudæi sabbato etiamsi offeratur bellum, decernendum sibi ferro non existimant ibidem
Iudæis maxima cura ministeriorum suorum, in quibuscunque etiam periculis fuissent 42
Iudæorum in expugnatione templi Hierosolymorum fusa 12 millia 43
Iudæi expugnato templo Hierosolymitano nihil magis ingemuerant, quàm abscondita illa sua mysteria detecta & manifestata ibid.
Iudæa suis finibus à Pompeio circunscripta 44
Iudæa à Gabinio in quinque conuentus diuisa 48
Iudæorum quinque millia bello contra Gabinium cesa 50
Iudeorum plurimi ab Alexandro ad Antipatrum reuocati 51
Iudæorum sorte responsum 196
Iudæorum nouem millia in paschæ celebritate ab Archelao interfecti 208
Iudæorum regnum nulli, quàm qui generis Iudææ erat, competebat ibidem
Iudæorum multi ab Eleazaro & factionis suæ socijs obtruncantur 256
Iudæi Syriorum vrbes debellant 257
Iudæorum Cæsaream habitantium quinquaginta millia occisi 258
Iudæi crucifixo Iesu diuinorum arbitro, discipulos eius persequebantur 259
Iudæorum plerique, & gentilium plurimi, opesibus

ribus vltra humanam poteſtatem à Ieſu inuitati, in eum crediderunt Ibidem
Iudæorum octo millia & quadringenti in Ioppe à Ceſtio occiduntur 273
Iudæi Hieroſolyma à Ceſtio obſeſſi non feriabantur fortiter præliantes 274
Iudæorum in Romanos irruptio 282
Iudæorum decem millia in Damaſco occiduntur 285
Iudæorum nouem millia ab Antonio duce Romani exercitus occiduntur 305
Iudææ regionis deſcriptio 314
Iudæorum Iaphæ habitantium ſtrages 328
Iudæorum Samariam habitantium vndecim millia & ſexcenti à Cereali Romani exercitus duce occiſi 331
Iudæorum oratio Ioſepho mortem ſuadentium 334
Iudæorum Ioppen inhabitantium 4500. occiſi, quorum corpora deſpumauerat mare 357
Iudæorum odium in Ioſephum 344
Iudæorum 6700 interempti 378
Iudæorum 6000. Neroni à Veſpaſiano miſſi ibidem
Iudæorum 5400. à Veſpaſiano vendita 379
Iudęorum Gamalam inhabitantium quatuor millia à Roma. interfecta 388
Iudæis ſacra die tractare de pacis conditionibus prohibitum 391
Iudæorum nonaginta duo millia vno die occiſi 422
Iudæorum decem millia cum Simone, & quinquaginta eorum duces 492
Iudæa aſperis bellis & domeſticis ſeditionibus exagitata 466

Iudæi

Iudæi noua & inaudita ſupplicia perpeſſi 534
Iudæorum quingenti vno die patibulis affixi 538
Iudæi manibus amputatis in ciuitatem remittuntur 539
Iudæorum multi viſo cibo deficiebant 569
Iudæi aurum in famis anguſtia abſumptum, ex inquinamentis alui recolligunt 570
Iudæorum duo millia ab Arabibus occiſa ob ſpem auri 571
Iudæis coria ſcutorum & ipſa calceamenta loco cibi erant 611
Iudæi præſagia euerſionis ſuæ vrbis non intellexerunt 632
Iudęorum plurimi venales, pauci emptores 645
Iudæorum decies centena millia occiſi 648
Iudæorum nonaginta ſeptem millia captiui abducti ibidem
Iudæorum multi beſtijs obiecti 649
Iudæi Maſſadam inhabitantes, ſe & vxores & liberos occiderunt 669
Iudex allegationibus non muneribus informandus 54
Iuliadem Placidus Romano imperio reſtituit 422
Iuliani centurionis natione Bithyni fortitudo 589
Iuliani centurionis mors 591
Iuliani centurionis corpus à Iudæis rapitur ibid.

LAbor improbus poſt ægritudinem mortem gignit 26.
Lamentatio ſuper Hieroſolytanam vrbem 663
Lamentatio matris Ioſephi 566
Lathyrus Ptolemæus aduerſus Alexandrum regem victoria potitur 18

Latroci-

Latrocinium immane Iudæorum & Syrorum in vrbe Cæsarea 257
Latronum ingens congregatio loca quæque proxima Cæsareæ deuastauit 273
Latronum duo millia à Gallo occiduntur 274
Legatorum apud eos etiam qui humanitatem, nec sciunt inuiolata conditio 99
Leges inter arma maximè valent 573
Leonidis Lacedæmonij dictum 583
Libera in defunctum Herodem vulgi iudicia 202
Libertas causa necis Iohanni Baptistæ 201
Locus prope Hierosolymam: in quo balsamum gignitur 37
Locus contrà Helenæ sepulchrum, vbi 481
Locus Brios appellatus, vbi 501
Longinus equestris ordinis vir, in medios hostes irruit 502
Longinus (qui & Longus nuncupatur) maluit proprio perire gladio, quàm contaminare probro Romanæ indolis fortitudinem 609
Lygarus & Carpartor Idumæi vici, maxima strage à Vespasiano labefacti 423
Lysanias Ptolomæi filius, cognomento Memneus 75

MAchabæorum res gestas propheticus sermo paucis absoluit 1
Machabæorum fides 474
Macherunta castellum Romani capiunt 47
Malachus Antipatrum è medio veneno auferri curauit 69
Malachus multis confossus vulneribus trucidatur ibidem
Manaimus Iudæ Galilæi filius peritus sophista 255

Mariamne vxoris Herodis laus à sobrietate & prudentia 124
Mariamnes filorum interitus 161
Maria fœmina locupletissima filium proprium coxit 614
Mariæ oratio ad filium ibidem
Manlij Torquati filius securi à patre iussus feriri 368
Massada castellum à Iudæis occupatur 251
Massadam Sylla expugnat 653
Matathias sacerdos à sacrilegio temperauit 625
Matathias cum filijs suis vium patrium temerauit 4
Matathias bellum sabbato adoriendi autor fuit ibidem
Matathias obseruando legem sabbato feriatus mori maluit, quàm præliatus viuere 561
Matthias & Iudas iuuentutis doctores 195
Matthias & Iudas Herode iubente viui exuruntur 197
Matthias sacerdotum princeps Simonis ingressum obsecrat 446
Matthias à Simone cum tribus filijs occiditur 552
Matthias prohibitus dare oscula morituris filijs 554
Matthiæ oratio, qua morituros filios consolatur 558
Matthiæ expostulatio aduersus Simonem 556
Matthias liberos ad mortem præire iubet exemplo Machabæorum 559
Materiæ diuersæ Hierosolymitani templi rationes 494
Medis ab Hyrcano bellum illatum 8

Memphitæ sese societáti Mithridatis adiunxêre 58
Metus acerba odia comprimit 483
Minoratio potestatis insolentiam reprimit 48
Miserrimum omnium obsidione claudi 2. & fame mori 46
Mithridates præter spem periculis belli euadit 59
Montium horrendorum descriptio 87
Montis excelsæ altitudinis descriptio 108
Montis supra Iordanem descriptio & situs 425
Montis ferrei descriptio & situs ibidem
Moses mortuus in monte Abarim 339
Mos quorundam hominum, vt hominem recens natum fletibus, mortuum gaudijs prosequantur 658
Mulier modesta, sagax, & prouida, nonnunquàm optimè regit, non tam armis quàm religione 26
Multitudo disciplinæ insolens sibijpsi impedimento 366
Mundus Paulinæ, sub Anubis prætextu, concumbit 220
Munitior qui sequitur, quàm qui præcedit 279
Mutianus à Vespasiano ad Italiam dirigitur 456
Mutij Romani fortitudo 657

NAbathæi à Gabinio prælio subiguntur 52
Naboth propheta à suis lapidatus 597
Natura aquarum fontis, quem Elisæus per immissionem salis benedicti sanctificauit 426
Naturæ lex omnibus eadem 514
Necessitas præliandi promptiores bello reddit milites 319
Nero Romano imperio præficitur à Claudio deficiente 224
Nero meditationi tragicorum carminum deditus 289
Neronis vitia Vespasiani armis apud exteras gentes abscondebantur 251
Nero aduersus Christianos insurgit 292
Nero Simonis magi delinimentis captus ibid.
Nero Simonem magum præsidem suæ salutis, vitæq; custodem constituit 293
Nero Vespasianum militiæ, quæ in Syria erat, præfecit 292
Nero imperij sui anno decimotertio occiditur 434
Nero matri suæ non pepercit ibid.
Neronis fuga ex vrbe Romana ibid.
Nero magno quod sibi parauerat, perijt 435
Nicolai oratio qua Antipatri versutijs respondet 192
Nicolai oratio pro Archelao Herodis filio 210
Nicanor percussus moritur 497
Niger Peragites (aliàs Pereites) occiditur 413
Nili irrigua spontaneos Aegypto imbres ministrat 451
Nilus nauigabilis ad vrbem Elephantinorum vsque 452

OBedas rex Arabum Alexandrum vicit 20
Obedientia militum effectum properat 490
Odium fraternum prima labes omnis mali 12
Obsidione claudi miserrimum omnium 2
Obodas Syræus procurator Arabiæ Herodi inimicissimus 138
Officia diuina nunquàm omittenda 40
Opes in præliorum apparatibus maximè necessariæ 57

Olei natura citò calescere, & tardiùs calorem conceptum deponere 226
Oratio Antipatri ad Cæsarem 61
Oratio Herodis ad suos milites 96
Oratio Herodis ad Cæsarem 101
Oratio Herodis ad ciues 129
Oratio Herodis ad filios suos 131
Oratio Archelai, qua Alexandrum parricidij delatum apud Herodem expurgat 144
Oratio Antipatri ad Herodem patrem suum 184
Oratio Agrippæ ad populum Iudaicum, suadentis aduersus Romanos bellum non mouendum 231
Oratio Iudæorum Iosepho mortem suam suadentium 334
Oratio Iosephi qua Iudæis respondet 338
Oratio Iosephi ad Deum Optimum Max. 348
Oratio Titi qua hortatur milites suos ad prælium 363
Oratio Titi ad commilitones suos 370
Oratio Vespasiani qua consolatur suos milites 384
Oratio principis sacerdotum ad Idumæos 400
Oratio Cecinnæ coram Centurionibus 456
Oratio autoris lamentationibus plena ad populum Iudaicum 470
Oratio Titi ad suos milites 489
Oratio Iosephi ad populum Iudaicum 508
Oratio Matthæi ad morituros suos filios 554
Oratio Titi ad suos milites, vt forti animo muros Hierosolymitanæ vrbis aggrediantur 578
Oratio Titi ad seditionis principes 634
Oratio Eleazari principis sicariorum ad populum 654

Otho

Otho successu Imperiali post Galbam potitur 436
Otho voluntaria nece sese ludibrio eripuit 442
Ozias lepra perfusus, quod sacerdotij munus sibi vsurpauit 264

PAcori Medorum regis vxor, ab Alanis capta, centum talentis redimitur 650
Parenti vtrique pari munere naturæ ius soluendum 124
Panichis, alij Panuchus, concubinæ nomen 149
Panium locus vbi 108
Parthici belli principium, sacrilegij dolor 3
Parthicum bellum inter Machabæorum duces, & Medorum gentem gestum, diuturnum variaque victoria fuit ibid.
Parthi in Syriam transeunt defuncto Crasso 52
Parthi pluribus suorum fusis bellum deseruere ibidem
Pappi ducis exercitus caput abscinditur 90
Paucis natura præesse dedit, pluribus obtemperare 415
Paulinæ Romanæ fœminæ spectatissimi generis ludibrium famosum 218
Pecunia meritur potentia & regnum 33
Pedanij fortitudo & audacia 605
Perææ regionis descriptio & situs 311
Peræa regio Galilæa maior, sed Galilæa vtilior 312
Peripetasma Hierosolymitani templi pretiosum & maximum 494
Pella vrbs ab Alexandro euersa 25
Petra in finibus Arabiæ sita 32
Petrus & Paulus Christianorum doctores, Neronem

virtute suorum operum aduersum sibi fecerunt 292
Petrus adolescentem nobilem Romanum defunctum resuscitat 295
Petri Apostoli constantia 296
Petro Romam egressuro Christus occurrit 297
Petrus inuersis vestigijs crucifigitur 297
Petrus cruce, Paulus gladio Romæ necati sunt 298
Pharisæorum tegnæ & auaritia 27
Pilatus præses prouinciæ Iudææ, Cæsaris imagines Hierosolymitanis ædibus, primus inuexit 216
Pharisei extollendo elatam mulierem reginam, suam faciunt 27
Pilatus Samaritanos necat, affecto defectionis à Romano imperio crimine 221
Pilatus Iudææ Præfectus CHRISTVM crucifixit ibidem
Pilatus causa exitij Iudaicæ gentis & excidij Hierosolymitani 222
Pilatum Iudæi perurgebant vt Iesum morti adiudicaret 229
Pitholaus cum mille viris se Aristobulo associat 50
Pitholaus doli suspectus venditur 53
Pisoni aula regia, cæteraque vrbis Hierosolymitanæ committuntur 39
Pompeius fugientem Aristobulum insequitur 37
Pompeius Iudæorum inspexit tabernaculum 43
Pompeius sacræ pecuniæ talenta duo millia inuenta seruari intacta præcepit 43
Pompei modestia circa sacras res ibidem
Pompeius benignitate magis quàm terrore victos sibi as-

bi associauit 44
Pompeius victis Iudæis tributum imposuit, ducem statuit ibidem
Pompeius Alexandrum Aristobuli filium iugulari iubet 55
Pompeius Hierosolymitanam vrbem occupauit 640
Pompeius Hierosolymitanæ vrbis templum cepit ibidem
Porticus Salomonis ad fraudem à Iudæis paratur & incenditur 608
Porticus Solomonis à Iudæis incensa, à Romanis exusta ibidem
Porta aurea à Romanis succenditur 623
Porta ænea Hierosolymitanæ vrbis per noctes aliquas sponte reserata 626
Potentioribus seruire crimen non est 551
Pudens incautior in certamine à Ionatha occiditur 606
Pueri Iudæi reuerentia erga sacerdotes quos Titus occidi iusserat 633
Pharisæi quales sint 27
Phasælus, Herodes, Iosippus, Pheroras filij Antipatri 53
Phasælus filius Antipatri præsul Hierosolymitanus, & dux militiæ constituitur 64
Phanis agrestis vir, summus sacerdos constituitur 397
Pharum turris maxima in portu Alexandrino 452
Pharos insula ibidem
Pheroras Herodis frater tetrarches à Cæsare constituitur 137

Pheroras bello Parthico occisus ibid.
Pheroras Salomon incessit, quòd nuptias suas Obodæ Arabiæ procuratori spopondisset 138
Pheroram Herodes ab vxore propria diuellit 166
Pheroras maximo fletu celebrique pompa fraternum funus curat 167
Pheroras ab Herodis vxore amatorium poculum accepit ibidem
Pheroræ vxor de fastigio ædificiorum se præcipitat 172
Phiala flumen in Trachonitide regione 373
Philippus Trachonitidis regionis hæres constituitur 202
Philippus & Antipas Herodis filij tetrarchæ constituuntur a Cæsare 212
Philippus & Alexander Macedones, inuictissimi exercitus duces 238
Phinees custos gazophylacij comprehenditur 645
Placidi ducis Romani exercitus aduersus Iudæos victoria 420
Præsumptio nimia, incauta & sui negligens 98
Principum Sacerdotum numerus ab egressu Patrum ex Aegypto vsque ad ædificationem templi 263
Principatus summi sacerdotij vsque ad mortem perseuerabat 264
Principum sacerdotum numerus à Solomone vsque ad tempora captiuitatis ibidem
Principum sacerdotum numerus à regno Herodis vsque ad imperium 271
Priscus Ionathem interemit 607
Pro patria lege mori insigne immortalitatis est 196

Prouinciæ nomen vnde ortum habeat 215
Prodigia Hierosol. excidium præcedentia 627
Prudentia in bello plurimùm valet 591
Ptolemæus Ionathæ matrem germanosque viuos in muris præcipitandos locat 6
Ptolemæus Simonis ducis Iudæorum gener 5
Ptolemæus Iudæam incursionis immunem non dereliquit 25
Ptolemæus frequentibus incursibus Damasci incolas territat 29
Ptolemæi filius ad vrbem Ascalonem dirigitur 56
Ptolemæi filius sororem Alexand. Aristobuli filiam in coniugij societatem sibi accipit: eiusdemque in filium paricidium ibidem
Ptolemæus Aegypti rex ob non seruatam fidem grauissimis bellis premitur ibid.
Ptolemæus Herodis fidissimus amicus 21

QValitas aquarum fontis ab Eliseo benedicti 426
Qualitas aquarum Asphaltitis lacus 425
Quies insueta ægritudinem gignit 26
Quinque vrbes Iudææ diuina vltione incensæ 432

REgnandi cupido fratribus non parcit 18
Repentina conuersio ad pœnitentiam, morumq; inæqualitas suspecta habetur 21
Ridiculosa Alexandro à suis data responsio 22
Romanus exercitus in vrbem Hierosolymam receptus 39
Romanis fame laborantibus Hyrcanus alimoniam administrat 43

Romanorum magistratus optimus quibusque sorte cesserat 49
Romani vltra oceanum victoriam extenderunt 239
Romani vltra columnas Herculis imperium suum propagauerunt 240
Romanus orbis terrarum orbis appellatur 244
Romanorum 515. à Iudæis prope Gabaon occisi 274
Romanorum 5000. à Iudæis extincti 283
Romanorum stratagema contra commentum Iudæorum 324
Romanus miles muro Iotapatæ vrbis succedens, oleo perfunditur 326
Romanis vniuersa regna cessere, omnis terra in possessionem data est 509
Romani in templum irruentes à Iudæis graui prælio cohibentur 592
Romani à templo fugati intra Antoniam clauduntur ibidem
Romanorum calamitas 609
Romani summis vocibus Titum imperatorem declarant 638
Sabinus congregata militari manu Capitolium occupat 401
Sabinus à Vitellio excruciatus necatur 462
Sabinus Syrus natione muros Hierosolymitanæ vrbis ascendit 586
Sabinus telorum ictu obrutus, cadit 587
Sacerdotes infulati inter suas hostias immolãtur 42
Sacerdotes amicti suis stolis inter cadauera cæsorum humi iacebant ibidem
Sacerdotum extrema constantia suorum officiorum ibidem

Sacerdotem summum immutilato corpore esse oportet 78
Salome Antipatri filia 53
Salomes filij Antipatri oratio aduersus Archelaum 206
Samaritani seruitio dati capta eorum vrbe & euersa 9
Samaritanos Pilatus sternit afficto crimine defectionis à Romanis 221
Samariæ regionis descriptio & situs 313
Samariam Iudæi crediderunt terram promissam patribus suis ibidem
Saturninus Alexandrum & Aristobulum filios Herodis mortis condemnat 157
Saul se perimit 341
Saxonia inaccessa paludibus 510
Saxones hominum genus validissimum ibid.
Sebastia vrbs vbi 8
Sebastiæ vrbis obsidio ibid.
Sebaste vrbs ab Herode & ædificata & habitatoribus repleta 107
Seditio grauis in vrbe Cæsarea Iudæorum & gentilium 228
Seditio grauis inter Iudæos & gentiles Alexandriæ orta 258
Seleucia ab Alexandro euersa 25
Seleucia Iudææ vrbs Daphnis nemori proxima 381
Sephoritani pacem cum Vespasiano ineunt 309
Sephoritani finitimas regiones incursantes, latrocinia belli specie exercuerunt 315
Sextus Cæsar à Cæcilio Basso dolo interemptus 69

Silon & Ventidius Romanæ militiæ duces 89
Simon Ionathæ successor 5.& 236
Simon Ionathæ successor manu validior, quàm cauendarum fraudum perspicacior 5
Simon cum duobus filijs in conuiuio Ptolemæi circumuentus neci traditur 5.& 266
Simonis Iudæi acerba passio 286
Simonis Iudæi egregia facinora 287
Simonis Iudæi oratio ad hostes ibidem
Simonem magum præsidem suæ salutis vitæque custodem Nero constituit 292
Simonis magi iactantia, de excitato mortuo, & eiusdem volatus 293,294.295
Simon è superno aëre decidens, fracto crure Aritiæ moritur 296
Similitudo morum voluntatum facit societatem 401
Simonis ducis Idumæorum minæ aduersus sacerdotum principes 406
Simon Gerasenus ciuis, latrocinijs assuefactus 437
Simonis vxor ab exercitu Iohannis capitur, eidemq; redditur 442
Simoni vxor redditur 442
Simon Idumæam depopulatus 444
Simon vrbem Hierosolymam ingressus, hostem se omnibus exhibuit ibidem
Simon Matthiam (â quo in vrbem receptus erat) occidit 552
Simon à Romanis militibus ad Ruffum Terentium deducitur 648
Simon transmissus ad Cæsarem triumpho reseruatur ibidem
Simon post triumphi pompam neci adiudicatur ibid.

Sodo-

Sodomitarum regio quondam huberrima splendidissimisque vrbibus distincta 431
Solomon Hierosolymitanum templum fundauit 493
Sylla Faustus ortus Cornelio primus in Hierosolymitanum templum irrupit 41
Syria per Scaurum infestatur 53. incursionibus Ezechiæ latronis laborat 64
Scaurus à Pompeio missus Aristobulum obsidione liberat ibidem
Scaurus in Syria aduersus Arabas bellum molitur 45
Scelus est odisse fratrem 11
Scenopegia Iudæorum quæ sint 22
Scenæ species, non iudicij disciplina absentem condemnare 157
Stratonis turris vbi 14. & 106
Stratonis turris locus Antigoni neci decretus 15
Stratonis turris postea Cæsarea appellata 45

TArichæis bellum à Romanis infertur 362
Tempestas subitò Hierosolymis orta 402
Terræmotu triginta ferè millia hominum consumpta 96
Terebinthus maxima prope Chebron vrbem â constitutione mundi 441
Tyberius Octauiano defuncto succedit in imperium 216
Tyberiadem vrbem Herodes in honorem Tiberij iuxta mare condidit ibid.
Tiberio mortuo Caius succedit 223
Tiberias vrbs à Iosepho capitur 303
Tyberius Alaxander præses Aegypti 455

Tigra-

Tigranes fugiens de Perside, à Gabinio occultè dimittitur 52
Titus & Vespasianus atrox bellum inceptarunt 316
Titus Iosepho maxima portio salutis apud patrem fuit 352
Titi oratio ad milites, hortans eos ad prælium 363
Titi strenuitas præliando aduersus Tarichæos 370
Titi oratio ad commilitones 370
Titus mille equitibus ad Giscalam à patre dirigitur 390
Titi verba ad incolas Giscalæ ibidem
Titus ad Galbam mittitur, vt de bello Iudæis inferendo interroget 435
Titi reditus ad Iudæam 480
Titus obsidioni sese parat ibidem
Titus circumuentus ab hostibus in magno versatur periculo 485
Titi oratio ad Iudæos interprete Iosepho 592
Titi verba ad Iohannem seditionis principem 600
Titi oratio, audita immanitate Mariæ in proprium filium 616
Titus consensu omnium imperator declaratur 633
Titi oratio ad seditionum principes 634
Titus ad Antiochiam contendit triumphans 651
Tyrannus & Iocundus equestris duces exercitus apud Herodem 132
Tyro vir veteris militiæ exercitus regij, excruciatur 160
Tyro cum filio, atque Triphone Herodis tonsore, saxis ac fustibus interficiuntur 161
Thabirij montis descriptio 393

Tha-

Thabirus mons Romanis traditus 393
Theodorus regias opes occupans, decem millia Iudæorum prælio fudit 19
Theodorus octo millibus Hebræorum à se peremptis, in Arabiam iter direxit ibidem
Traianus ad Schytopolitanos mittitur, vt populi animos exploret 361

VEntidius & Silon Romanæ militiæ duces 83
Vespasiani laus 290. 298.
Vespasianus impacatas Gallias Germanorum tumultu composuit 290
Vespasianus Britanniam Romano imperio addidit 291
Vespasianus & Titus atrox & memorabile bellum inceptarunt 316
Vespasianus Iotapatæ vrbis aquęductus, ne in vrbem intrarent, obstruxit 322
Vespasianus Iotapatam vrbem secundò expugnat 319
Vespasianus in talo iaculo sagittæ vulneratur 325
Vespasianus sex millia Iudæorum in Istmon misit 378
Vespasianus triginta millia Iudæorum vendidit ibidem
Vespasiani oratio consolatoria ad suos milites 384
Vespasianus moderatus & prouidens vir 413
Vespasianus totam Iudæam deuastat 443
Vespasianus proxima quæque Hierosolymitanæ vrbis castella & munitiones præsidio suorum denastat 432
Vespasianus bellum contra Iudæos suspendit 436

Vespa-

Vespasianus Romani imperij gubernacula inuitus suscipit 449
Vespasiani cum filio reditus ad Alexandriam 258
Vestium Hierosolymitani templi rationes 494
Vici Cæsareæ proximi à Cestio incenduntur 273
Vita nihil dulcius 344
Vita præsens, carcer animæ nostræ 656
Vitellus crapulæ notatus 456
Vitellianus exercitus Cremonam confugit 460
Vitelliani exercitus xxx. millia & ducenti cæsi ibid.
Vitellius Sabinum necat 462
Vitellianorum militum vniuersalis cædes ibidem
Vitellus in medio foro Romæ occiditur, vina simul & sanguinem fundens 463
Vitellij imperium octo mensium & quinque dierum ibidem
Vitellij edacitate Roma ferè defecerat ibid.
Virtus patiens, nec in aduersis frangitur 365
Virturi prouidentia comes 503
Vitula immolanda ante aras edidit agnum 628
Voces auditæ à sacerdotibus in templo, ante Hierosolymitanæ vrbis excidium 629

XEnodochia Hyrcanus primùm instituisse fertur 8
Xerxem fugientem Athenienses persecuti sunt & fugauerunt 237

ZAbulon ab exercitu Cestij ducis diripitur 273
Zabulon iussu Cestij ducis incenditur 273
Zaræ regis filij & fratres se Trto tradiderunt 643
Zeno Cotila Philadelphiæ rex 7

FINIS.

EGESIPPI INTER SCRIPTORES ECCLESIASTICOS præcipui, in quinq; libros Hierosolymitanę vrbis excidii,

Prologus.

QVATVOR *libros Regnorum, quos Scriptura complexa est sacra, & iam ipse stylo breui prosecutus vsq; ad captiuitatem Iudæorum, murique excidium, & Babylonis triumphos, historia in morem composui. Macchabæorum quoq; res gestas propheticus sermo paucis absoluit: reliquorum, vsq; ad incendium templi, & manubias Titi Cæsaris, relator egregius historico stilo Iosephus, vtinam tam religioni & veritati attentus, quàm rerum indagini & sermonum sobrietati. Consortem se enim perfidiæ Iudæorum in ipso etiam sermone exhibuit, quem de eorum supplicio manifestauit, & quorum arma deseruit, eorum tamen sacrilegia non dereliquit. Deplorauit flebiliter ærumnam, sed ipsius causam ærumnæ non agnouit. Vnde nobis curæ fuit, non ingenij ope fretis, sed fidei intentione in historiam Iudæorum, vltra Scripturæ seriem sacræ paulisper introrsum pergere, vt tanquàm in spinis rosam quærentes, inter sæua impiorum facinora, quæ digno impietatis pretio soluta sunt, eruamus aliqua, vel de reuerentia sacræ legis, vel de sanctæ religionis constitutionisq; miraculo, quæ magis, licet hæredibus, vel in aduer-*

Iosephus in eius indagani rerũ & sermonũ sobrietati, quàm religioni & veritati attentus fuit.

Iudei sibi ipsis cladis autores fuere.

sis ostẽtui fuerint, vel honori in prosperis. Simul (quod est indicium domesticæ improbitatis) liqueat vniuersit, quòd ipsi sibi propriæ cladis autores fuêre. Primũ, quòd alia curantes, Romanos in se conuerterint, et ad cognitionem regni sui inuitauerint, quibus ignorari satiùs fuit. Rogauerunt amicitiam, fidem non seruaturi. Pacem violauerunt virtute impares. Postremò bellum intulerunt, quibus spes omnis in mœnibus, non in viribus erat, cùm sit maximè omnium miserabile

Miserimũ omniũ obsidione claudi.

*claudi obsidione. Quæ etiam, si benè procedit, sæpiùs augere quàm minuere pericula solet. At ne quis vacuũ fide & superfluum putet nos suscepisse negotium: ideò per principes ductum Hebræorum genus omne consideremus, vt liquidò clareat, vtrùm à * senioribus Iudæ, nusquam generationis eius successio claudicauerit: an verò offenderit in principum serie, sed manserit in eo, cui reposita manebant omnia, & ipse erat spes gentium. Hinc ergò sumam exordium.*

* femoribus

EGESIPPI DE EXCIDIO VRBIS HIEROSOLYMITANÆ, historiæ Liber I.

CAPVT I.

Sacrilegij dolor bell. Parthici principiũ.

BEllo Parthico, quod inter Macchabæos duces, gẽtemque Medorum diuturnum ac frequens variaque victoria fuit, incentiuum principium dedit sacrilegij dolor, quia rex Antiochus, cui nomen illustris, Antiochi regis filius, vbi Aegyptum quoq; suo imperio adiunxit, in superbiam elatus, quòd ei incerta bellorum prosperauissent, ritus Hebræorum negligi, ministeria quoq; eorum profanari iusserat: idque postulantibus plerisq; Iudæorum, statuere ausus. Quod factum Matathias sacerdos perpeti nequiuit: nec solùm ipse temperauit à sacrilegio, regaliq; edicto non obtemperauit, verùm etiam immolantem simulacris hostias de popularibus suis nactus gladio transuerberauit. Et congregata manu, atque Asidæis in societatem

Antiochus Hebræorũ ritus negligit.

Matathias sacerdos à sacrilegio temperat.

ascitis, ipse cum filijs suis temerãtes v-
sum patrium, & iustitias legis, alios ne-
cauit, pleroſq; expulit, belliq; ſabbato
Matathias belli ſabbato adoriẽdi autor fuit. adoriendi autor fuit, ne ſimili arte ipſi
quoq; deciperentur, ſicut iam plerique
eorum, dum ſabbato bellum ſuſcipere
detrectant, irruentibus in ſeſe hoſtibus
multi occubuêre. Potentiam proſperi
actus dederunt, & perſeuerandi in viro
vſq; ad extremum vitæ ſtudium defen-
ſionis & pietatis vigor. Sed cùm ſibi ſu-
premum diem adeſſe intelligeret, vo-
catis ciuibus atq; aſſiſtentibus liberis,
hortatus eſt, vt tuerẽtur patriam, tem-
pliq; religionem, ducemq; his ludam
Iudas Macchabeus Matathiæ patri ſucceſſit. Macchabeum curę atque ſolicitudinis
ſuæ ſucceſſorẽ reliquit: Qui bello ſtre-
nuus, conſilio bonus, ac præ cæteris fi-
de prõptus, quàm frequenter innume-
ras hoſtiũ copias parua manu fuderit,
proſequi, nõ eſt præſẽtis negotij: Quod
tamen breui colligere datur. Sæpè pro-
ſperis vſus ſucceſsibus, excitauit in ſe
magnam hoſtium multitudinem: qua
circunfuſus vndiq;, dum cedere pudo-
ri exiſtimat, refugientibus ſocijs in prę-
lium ruit. Cæſisq; quos aduerſus erat,
à late-

à latere circũuentus, ſed tamen vltus
propriam mortem, occiditur. Huic ſuc-
ceſſit Ionathas, nõ minùs virtutis ſimi-
litudine par, quàm naturæ germanita-
te: Qui poſt multa in bellicis rebus o-
pera, in rebus ſacris officia, quæ circa tẽ-
pli purificationem ſpectata ac probata
ſunt, prætenta per dolum amicitiæ fi-
de, intra vrbem hoſtiũ clauſus, nec lõ-
go pòſt interuallo necatus eſt. Iohãnes
etiam ſenior natu frater, & Eleazar iu-
nior cæteris pro religione mortem nõ
recusârunt. Poſt hos rei ſummam Si-
mon recepit, ad quã non rudis, ſed iam
probatus fraternę ſocietatis triumphis
appropinquauit. Vtinam & ipſe tam
perſpicax ad fraudes cauendas, quàm
manu validus, bellandiq́ue artibus sa-
tis ſpectatus. Etenim cùm virtutis ope
Romanor. Ducibus Regibusq́ue gen-
tium amicitiam fœderauiſſet, Ptole-
mæi dolo generi ſui rogatus ad conui-
uium, inter mẽſas & pocula cum duo-
bus filijs, qui aderant, circunuentus, at-
que exutus armis impiè neci traditur.
Sanè præuenit inſidias Iohannes ortus
ex Simone, cui nomen Hyrcanus, &

Poſt Iudã Ionathas.

Poſt Ionathan Simõ.

Simõ cum duobus filijs in conuiuio Ptolemæi neci traditur.

properauit ad vicinæ vrbis mœnia, vbi a populo propter egregia patris merita, odio quoq; hostilis sceleris, expectabatur. Vix deniq; vrbem ingressus est, & iam Ptolemæus aderat. Sed cùm per aliam portam ingredi vellet, repulsus, multitudini cedendũ existimauit. Assumpsit ilicò Ionathas paterni sacerdotij munus, & ad cultum rerum diuinarum profectus, statim pietatis obsequia curamq; seruandæ necessitudinis exequebatur, matrem cupiens, fratresque periculo auferre. Congressuq; superior factus, iustæ passionis affectu superabatur, quo minùs castro potiretur, in quo clausi attinebantur. Nam Ptolemæus vbi se vrgeri videbat, matrem eius atq; germanos in muris locabat præcipitãdos ilicò, nisi Ionathas bello, quod inferebat, desisteret. Vincebatur iuuenis pietatis metu, qui vincebat fortitudinis assumptionem, & iracundiam excitatam in hostem, reuocabat suorum misericordia. Mater tamẽ parata ad tormenta tẽdebat manus, obsecrans non salutis auxiliũ, sed vltionis solatium. Verebatur enim, ne filius plus matri metue-

Post Simonem Ionathas, qui & Iohãnes

Ptolemæus Ionathæ matrẽ germanosq; viuos in muris præcipitandos locat.

metueret, quam paternæ vindictæ impenderet. Sibi mortem illam loco immortalitatis futuram, qua maritus vindicaretur, & gener impius pro scelere immani pœnam exolueret. Sed iuuenis plus intra seipsum, quàm in hostẽ præliabatur. Nam quoties patrem cogitabat, accendebatur. Rursum cùm matrem verberari atq; ad necem aptari videret, molliebatur: reuocabat impetũ, referebat gradũ, quia retrahebat passio inter obsidionis moras, feriatus ex lege, superuenit annus, q erat septimus. Cessit pietas religioni, soluta obsidio est: sed eo magis Ptolemæi excitata immanitas, vt quorum obiectu pœnã eua ferat, eos iugulari iuberet, qui continuò se vltioni exemit, ad Zenonẽ, cui nomen Cotilæ Philadelphię regẽ confugiens, vt eius ope sese tueretur. Nec Antiochus quieuit, qui Simoni patri Ionathæ ludibrio suos fuisse exercitus indignabatur: Cupiensque adhuc assurgentes Ionathæ primitias extinguere, cum magna veniens manu Hierosolymam, Hyrcanum obsedit. Repulit Hyrcanus auro, quem ferro ne-

Antiochus Hyrcanũ obsidet.

Iohannes qui et Hyr-

canus sepulchrum Dauid disrupit.

nequibat, reseratoque (vt Iosephus autor est) Dauid sepulchro, tria millia auri talenta eruit: Ex quibus trecenta annumerauit Antiocho, vt obsidionem relinqueret, & pretio emptus abiret. Atque vt facti inuidiam leuaret, fertur ea pecunia Hyrcanus instituisse primus xenodochia, quibus aduētum susciperet pauperum peregrinorum. Aucupatus etiam Antiochi necessitatem, qua Medis bellum inferebat, vitus dispendium est: Plurimasque vrbes Syrię sibi adiunxit: Samariam quoque, vbi posteà Sebastia condita est, circundedit munitionibus, cuius expugnationem Aristobulo & Antigono filijs suis mādauit. Quorum obsidio lenta vsque ad diram famem, & terra alimēta humanorum cadauerū clausos coēgit. Qua impulsi necessitate, opem ab Antiocho (cui nomen Aspondius) petēdam arbitrati, ferentem adiumēta ærumnæ societati implicauêre. Victus enim à fratribus prælio, fuga sese eripuit neci. Samaritani autem repetita obsidione, captaque & euersa vrbe, seruitio dati. Quo rerum secundarum processu exci

Hyrcanus primus xenodochia instituit.

tati Aristobulus atque Antigonus, impetum non refrigerabāt, sed adiungere sibi finitimos bello coactos haudquaquàm dissimulandum arbitrabantur, donec inuidia oborta, bellum immane exarsit, conspirātibus locorum incolis, & coacta valida manu. Quæ tamē victa, profundam in reliquum trāquillitatem Iohāni exhibuit, & sibi otium. Hyrcanus trigesimo & primo anno lōgæ quietis gratia functus, diem clausit extremum, quinque liberis superstitibus, quod à plerisque beatitudini datur: moderator egregius, & pulchrè sobrius, qui nihil vnquàm vel fortuitis euentibus dereliquerit, in quo actus eius obfuscaretur: vxori summæ rei commisit negotia, ipsam consultiùs ratus rebuspublicis moderaturam, filios præscientia quadam animi tenens non diuturnos fore, nec eum fefellit opinio.

CAPVT II.

SIquidem Aristobulus, cui inter fratres ętas prouectior, mens prōptior, principatum sacerdotij ad regni potē-

Aristobul. sibi primus diadema imponere vsurpauit. Ioseph. li. 1. c. 3. De bel. Iud. 481. annos & tres mẽses numerat.

tiam vertit, & diadema primus imponere sibi vsurpauit: post quadringentos septuagintaquinque annos, triumque curricula mensium, ex quo de Babylone remeans Israël seruitio exutus, in suam terram sese recepit. Superbè itaque nec partem ponere cæteris contentus fratribus, solum Antigonũ honoris specie, quem videbatur diligere, mulcebat: Matrem (quia potestatis exortem, & iudicio viri fraudatam se expostulauerat) alligauit vinculis, & vsque eò processit immanitatis parricida li spiritu ferox, vt & ipsam, & fratres suos simili modo vinctos arcta custodia detineret, quò prope vsque ad mortem suprema fame compellerentur, nì maturiùs Aristobulus scelesti parricidij merita soluisset: ac primùm in ipsum Antigonum ferus animus exasperatur, & de amore in odia conuertitur, vt eum ante omnes necaret, quem solum sibi consortem imperij pollicebatur, adeò apud improbos affectus vilis, vt citò prauis suggestionibus extorqueatur.

Aristobul. matrẽ fratresq; vinctos arcta detinet custodia.

Apud improbos vilis affectus est, citò q; extorquetur.

CA-

CAPVT III.

DIgnum igitur vt crudelitatis eius seriem non prætereamus, quò iudicium Iohannis etiam post mortem proberur, qui summam publicæ rei seniori committendam filio haudquaquàm existimauit, quem tanto declinaturum furore à pietatis lege & norma iustitiæ præuidebat. Haud scio, morúmne eius contuitu, an insita gratia sacerdotum principibus, vt his aliqua, quæ futura erant, etiam minùs dignis infunderentur. Facinus miserabile fuisse, qui fratribus inuiderent amorem naturæ, inde mali prima oborta est labes, inuidiæ commenta consecuta huiusmodi sunt.

Iohannes summam Reip. seniori filio cõmittẽdã esse noluit.

Scelus est odisse fratrem.

CAPVT IIII.

COmposuerant primò alia, quibus fidem Aristobulus non detulit, & obtrectationem molliuit charitatis gratia, inuidiæ tribuens delationis amaritudinem. Ideo falsa veris admiscuêre, vt ex his, quæ ad speciem veri assumpserant, renitentem circumuenirent.

CA-

CAPVT V.

Scenophegia quæ sint.

SCenophegia Iudeorum interim in terris ex lege celebrabantur, dies videlicet festus & plenus reuerentiæ, quo sacrificium solenne deferebatur. Eo die clarus militiæ gestis Antigonus, domũ reuertitur, & accidit, vt fratrem aduenies inæqualem offenderet, ilicò ad templum, ecquid enim præferret religioni? vt erat succinctus ornatu bellico, & circunfusus comitatu pari, tendit: multus ibi pro fratris salute Domini precator, & inde ad fratrem sedulus properat. Hinc calumnia componitur ex acerbo felle, & acerbiore paratur exitu.

Antigonus apud Aristobulum fratrẽ falso defertur

CAPVT VI.

COntinuò enim Regem adeũt improbissimi homines, & inuidiam excitant, quòd pompam armatorũ celebratiorem, quàm priuatis mos est, direxerit, ostẽtui vulgo futuram, ne quis conatibus eius obuiare auderet. Tanto apparatu non aliud nisi necem Regis, & vsurpandi imperij potentiam affectatam. Haud difficile ægeranimus inualido

ualido fessus corpore impulsus est, vt credibile duceret, quod pro vero asserebatur: maximè cùm dies sacratus religioni, mendacij suspicionem excluderet, pompa excitaret inuidiam, infirmitas metum adderet, armatorumque cohors fidem patrandi sceleris impleret. Itaque priùs quàm sibi probaretur tentamentum aliquod flagitij parricidalis, stipatores suos cum armis iubet in hypogeo locari obscuro, qui aduenientem Antigonum*dolo necarent, nec expectarent imperium Regis, sed * ipsi extinguerent. Sanè mandato per nuncios præmisso, vt inermis veniret, eius indicij qualitatem nupta Aristobulo in aduersum mutauit, vt per illos coniuratos sibi insinuari faceret, Antigono, fratrem eius delectatum esse armorum decore, quibus proximè accinctus affuerat, sed præ ægritudine intentiùs non considerâsse: nunc petere, omnem illum ornatũ bellicũ, quem sibi composuit, ad fratrem * deferat, gratum hoc Regi futurum, si armatus adesset. Antigonus dolum non præuidit, dicto paruit eo studiosiùs, quo magis

Hypogeũ subterraneum.

diloricarent.

conferat

gis placere Regi pariter & fratri desiderabat, decumbebat Aristobulus in castro, cui nomẽ primò Baris, posteà Antonia fuit, videlicet ab Antonio triumuiro donatione appellatione cum vrbis dignitate. Eò postquàm Antigonus appropinquauit, atque accessit ad illum obscurum transitum, conspicientes armatum veniſſe, regij stipatores adorsi repentè iuuenem, præcepto satisfaciunt, atque imprudentem opprimunt. Is locus Stratonis turris appellabatur, quo deceptum vocabulo Iudã, qui erat Essenus genere, opinio est frequens: quem siue probitate vitæ suæ, siue mystica obseruatione, sæpè, quę futura erant, annunciâsse historia vetus prodidit.

Baris, Antonia.

Turris Stratonis.

Iudas Essenus futura annũciasse fertur.

CAPVT VII.

IS, vt accepimus, cùm vidisset Antigonum prætereũtem, vt fratrem reuiseret, dicit ad eos, qui numero discipulorum eius annectabantur: Papæ, nunc mihi bonum est mori, quandò mihi mortua veritas est, viuit Antigonus, quem necesse est hodie interfici, lo-

locus autem eius neci decretus Stratonis turris, qui sexcentis hinc stadijs abest: hora iam diei quarta est. Tempore itaque excluditur prædestinatæ mortis fides. Hæc vbì dixit, intentiùs ipse secum conferre cœpit, quomodo eum fefelliſſet opinio. Nec multò post indicium defertur interfectum esse Antigonum in Hypogeo ad Stratonis turrim, qui locus simili vocabulo, æquè vt ille, qui erat in maritimis Cæsareæ, nuncupari solebat. Quo facinore patrato, Aristobulus secum ipse reputans, quid sceleris admiserit, in morbum ipse incidit. Erat in oculis parricidium, perturbatio in animo, nec alibì vllum interuallum dissimulationi dabat. Defigebatur in imis visceribus dolor, inuidia in miserationem versa est, quòd innocentem peremisset cõtra ius germanitatis, tãti sceleris immanitas mentem exulcerabat: non somnus oculis, nõ quies animo dabatur. Serpebat cæco vulnus dolore, coquebantur ægra præcordia, ac duræ solicitudines lauciabant inualidos artus, & crebro gemi-

Antigonus occiditur.

Iudas Antigoni mortem prænunciat.

Aristobulꝰ ob fratricidium in morbum incidit.

gemitu pulsabant alta nimis suspiria.

CAPVT VIII.

Aristobulo sanguinem euomit.

**conuulsis*

**exhibēs.*

ITaque immoderata mœstitudine eò prorupit morbi vis, vt *conuulsis viscerib⁹, sanguinem vomitu oris reijceret: Quem puer aulicus, regijs vsibus *præbens ministerium, foras extulit, atque imprudens facti, quod casu potiùs quàm industria gerebatur, ad eum locū peruenit, in quo Antigonus fuerat extinctus, illic supra rotātes adhuc fraterni sanguinis maculas, percussoris sanguinem effudit. Clamor subitò factus & gemitus intuentium, eò quòd profunda quadam dispositione domini libatus perempto scelestissimi parricidæ sanguis videretur. Sono excitus causam quæsiuit, cùm fileretur, elicuit studio quærendi & metu indignationis. Cuius accepto indicio, suffusos oculos lachrymis, & quantum erat in eo virtutis, ingemiscens, haud, inquit, repēditur meritis meis congrua vicissitudo. Neque enim Dei oculum tam impij machinator sceleris præterire poteram. Matura flagitij vltio subest, & iam

Antigoni cadauer ad Aristob. fratris sanguinē clamorem emittit.

iam digno conuenior parricidij mei pretio. Vale corpus, quousq; animam fratri matriq; condemnatam detines? Quid per partes eis libo meum sanguinem? in me omnis (si qua est pietas) contorqueat manus spiculum, ac me omnes filij germaniq́ue vltores pietatis gladio transfigant. Mactetur hostia paricidalis, atq; immoletur violatæ necessitudini, totū simul caro noxia sanguinem euomat. Non viscerum meorum cruciatibus & lenta tabe dæmonium exaturetur, quod me in tam nefarios ausus sæui facinoris impegit. His dictis finem imperij ac vitæ dedit. Vix anno functus potestate regia, propter quam parricidium non effugerat.

Exoptat sibijpsi mortē Aristobulus.

CAPVT IX.

SOluit ilico mulier, atq; exuit vinculis fratres defuncti, Regem constituit Alexandrum, cui & procera ætas, & moderatio suffragari æstimabatur. Qui vt regnū adeptus est, fratrem, quem aduerterat regni *cōpetitorem, statim interemit. Reliquum, qui superarat

Alexander Aristobulo fratri succedit.

**cupidiorē Regnandi cupidine*

WBP
Orpie

Fratribus quidē parcere nouit. pererat ex fratribus, vitæ ac ſaluti potiùs quàm regno intentum, reſeruauit, vacuum negotiorum: continuoq; (vt ſe habet inquietudo morum) bello pacem mutauit. Congreſſuq; habito aduerſus Lathyrum Ptolemæum, plurimos quidem hoſtium interfecit, ſed ad Lathyrum victoria defluxit. Cui tamē victoriæ fructū ademit Cleopatra mater, coacto in Aegyptum concedere, vt mortem ſibi imminentem euaderet. Eius abſentiam aucupatus Alexander, dum regni eius partes inuadere cupit, etiam Theodorum in ſe cōuertit, quoniam potiſſima quæque de eius poſſeſſionibus ſibi aſſociauerat. Improuiſo itaque impetu Theodorus Regias opes occupauit, X. millia quoq; Iudæorum prælio fudit, ſed ſuper plagam non fractus Alexander, plura adhuc de hoſtium partibus ſuo imperio adiunxit, captarumq́ue vrbium populos ſeruitio ſubegit. Hos bellandi ſucceſſus domeſtica ſeditio interpolauit, & orta de conuiuijs vſque ad bellum contentio proceſſit. Familiari peſte huiuſmodi Iudæorum viris, vt de epulari ludo ſeſe

Alexander rex conſtituitur.

Ad Lathyrum victoria defluit.

Theodorus X. millia Iudæorum prælio fudit.

ſe in arma excitent, ac niſi peregrina auxilia Regi præſto fuiſſent, ſeditio prævaluerat. Sed aduentitia manu ægrè licèt, compreſſa eſt tamen, octo millibus fermè Hebræorum interemptis, inde in Arabiam iter direxit, ac nonnullæ eius vrbes ſubactæ: tributa quoque Moabitis & Galaaditis iure victoriæ adſcripta. Vnde regreſſus in Amathunta, Theodoro tantis eius ſucceſſibus ſtupefacto, vacuum defenſoribus caſtellum inueniens, ſine mora expugnauit. Non vſquequaque tamen otioſus Obedas Rex Arabum fuit, nec inulta diu regni ſui paſſus diſpendia. Nam inſidijs opportunè locatis, omnem exercitum eius deleuit, concluſum vallis profundo, & multo camelorum agmine attritum. Euaſit tamen Alexander, & fugiens de prælio, Hieroſolymitanæ vrbis receptacula petit, inuiſus ſuis quoniā recruduerant odia ærūnę eius occaſione, quia tātę potentię metu premebantur. Nec ſilētio tegebatur animorū diſcordia, * aut verbis tantum modò exerce-

Octo millia Hebræorū fermè interempta.

Amathus.

Obed. Rex Arabū Alexandrum vicit.

** haud*

batur, prælio non vno, sed plurimis decertatum. Quibus extincta ferè L. Iudęorum millia, quos Alexander interemit, suis, quàm hostibus pernitiosior, & maiore victor detrimẽto, quoniam regni sui vires vincẽdo attriuerat. Vnde nec ipse quidem iam suis victorijs delectabatur, auersusque à prælio, arte tractabat sibi subditos, vt iam non armis premeret, sed verbis vrgeret, ac solis sermonibus offensionũ genera dissolueret. Nihil tamen proficiebat ad colligendam sibi gratiam, quoniam factis facinora præponderabant, atq; ipsa repentina conuersio ad pœnitentiam, morumque inæqualitas sæu* passis suspecta habebatur.

Alexander L. Iudæorũ millia interemit.

Repentina cõuersio ad pœnitentiã morũq; inæqualitas suspecta habetur.

**passim*

CAPVT X.

DEnique cùm simulata eius placiditate se circunueniri arbitrarentur, Demetrium regem sibi auxilio futurum aduersus Alexandrum in bellũ excitauerunt. Pugna in manibus, nec comperendinata, quamuis vni aduersum duos exercitus numero inferiore certandum foret. Mille enim comitatus

Iudæi Demetriũ Regem sibi ascisc unt.

tus equitibus, & sex millibus peditum, quos mercede sibi associauerat. X. milia quoque Iudæorum sibi conspirantium in bellum accersens iuxta vrbem Sichimã occurrit hostibus, quibus tria millia equitum erant, & peditum XL. millia. Tentatoque vtrinque agmine, vbi neque Demetrius pecunia conductos desciscere à fide vidit, neque Alexander de Iudæis aliquos, quibus se Demetrius adiunxerat, deposuisse erga se odia cognouit, armis decernẽdum existimauerunt. Superior bello Demetrius factus, plurimo tamen suorum sanguine. Nanq; ab his, qui è diuerso mercede conducti venerant, egregiè bellatum, ità vt vsque ad mortem virtute ac fide decertauerint. Destitutum itaque sese Alexander videns, cæsis suorũ cateruis, in montes concessit. Sed præter vtriusque spem ad alterum eorum species victorię peruenit, fructus alteri partus, quia & Demetrius nudatus est discessu Hebræorum, qui eundem ad societatem rogauerant, & Alexandro ex ipsis VI. millia sese adiunxerant, more quodam humani ingenij adstipulanti-

Demetrius victor.

Deficiunt Iudæi à Demetrio ad Alexandr.

bus ad misericordiam rebus aduersis. Cessit itaque Demetrius ei, quem bello vicerat, videns illum affluentibus paulatim Hebræis iam pugnæ idoneum, sesq, cum paucis relictum. Cuius victoria libertate assuetis* damnationis metum mouebat. Redit Alexandro sæuitia cum securitate, regnumque in suos, & vsus belli reformatur. Quærenti ab his, quidnam faciens, animos sibi plebis cõciliaret, responsum est, si moreretur. Vix enim * forecum mortuo, tam grauia perpessi, in gratiam reuerterentur, vt odia aduersus defunctum deponerent. Quibus excitatus, rebellandique assuetudine, multis necatis reliquos coëgit in vrbem, cui nomen Besemelel. Cuius expugnatio acerbiorem solito pestem inuexit, tam sæuo crudelitatis processu, vt ex eo numero octingentos in media ciuitate crucifigeret. Quorum in conspectu coniuges eorum filiosque iugulari præcepit.

** dominationis.*

Ridiculosa Alexandro à suis responsio.

** forti*

Misselim Ioseph bello Iud. li. i. cap. 3.

Alexander octiugẽtos in media ciuitate crucifixit.

CAPVT XI.

HAEc spectabat accumbens in medio concubinarum, lętus inter escas &

cas & pocula sed magis sanguine quàm vino inebriatus, hoc solo facto ampliùs populum quàm bello deterruit: ita vt proxima nocte Iudæorum VIII. millia vltra Iudęam discederent, quibus fugæ finis mors Alexandri foret: tantique horror mali quietem regno attulit. Sed vbi à domesticis feriatum prælijs, exorta est ei causa inquietudinis, Antiochi aduersum Arabes expeditio, quam sibi terribilẽ & periculo futurã arbitrabatur. Hic est Antiochus, qui etiã Dionysius appellatur, Demetrij frater à Seleuco vltimus, cui transitum negare cupiẽs Alexãder, inter vrbẽ Antipatridẽ & loppes litora, foueis ingentibus ductis, muroq; altissimo, turribus quoque è ligno impositis, elusit operam magno suorum labore, nullo hostis impedimento. Siquidẽ negotio facili repletæ foueæ, turresque exustæ, ipse quoque Alexander fuga sibi consuluit, eò tutior, quia nequaquàm tanti existimatus, vt eum victor Principis loco persequi deberet. Nam secundis partibus reseruatum, vt itineris obstructi iniuriam acceptam vl-

Crudelitas pacem cõciliat.

Antiochus, qui & Dionisius.

Alexander fuga sibi consulit.

ciſceretur. Rectum autem in Arabas iter direxit, quorum Rex in loca prę-lio opportuna ſeſe contulerat. Deindè ſubito conuerſo equitatu, maxima vi ac multitudine effuſas, ac ſine ordine ruentes hoſtium turmas inuaſere. Certatum acriter, quoàd Antiochus reſtitit (renitebatur enim) quanuis exercitus eius quaſi more pecorum obtruncaretur. Vbi verò & ipſe cecidit (nam præcæteris ſeſe offerre ſolebat periculis) auerſi omnes, quorũ maxima pars incerto fugæ diſperſa extinguitur, reliquis in vicum, cui Annana nomen, coactis, atque alimentorum inopia conſumptis, vix pauciſſimi ex his tantæ cladi ſuperfuêre.

Antiochus occiditur.

CAPVT XII.

HOC ſucceſſu Aretas etiam à Damaſcenis ad regnandum expetitus, vt Cœles, Syriæque imperitaret, quo Ptolemæum excluderent, quem maximè infeſtis odijs perſequebantur, nec Iudęam immunem reliquit incurſionis, de qua victor, licet ſuperato Alexandro, ſecundũ vtriuſq tamen partis

Aretas.

tis conuentum diſceſſit, ac reuertitur in ſua. Alexander autem Pellam euertit, & Geraſem petijt, iterum de Theodori poſſeſſionibus aliquas ſibi adiungere parans, eamque ſibi bello vendicauit. Inde in Syriam progreſſus, Gaulanem & Seleuciã & * Gamalam euertit, vltus ſuperioris belli cõtumeliam, ipſas quoque Antiochi munitiones diruit. Quibus ex locis iter in Iudæã conuertit, ac præter ſpem cum gaudio totius gentis ſuſcipitur pro mirabili ſucceſſu rerum geſtarum: vbi parta bellã di quies exordium tribuit ægritudinis, atque aliquãtulum quartanis febrium vicibus affectus, leuato pauliſper incõ modo, dum negotia repetit militaria, nec modum ſeruat, animo validior quàm corpore, comminuit omnem ſuæ vigorem ſalutis, viresque abſumpſit, atque ità mortuus eſt. Viginti itaq; & ſex annis vario rerum euentu aduerſum innumeros bellorũ tumultus regnum tenuit, & duobis liberis ſuperſtitibus, deceſſit, quos impares regni eſtimans gubernaculo, ſummam rem vxoris propriæ delegauit ſolicitudini, quo

**Gamellã*

Quies infueta ægritudinẽ gignit, & poſt ægritudinẽ labor improbus mortem.

Alexander moritur duobus ſuperſtitibus liberis.

Alexander vxori Alexandræ regnum reliquit.

niam eam acceptiorem populo cognouit, atque ob hoc apud vniuersos inuenisse gratiam, quòd etiam ipsa ab immanitate viri semper alienam sese faciendam existimauerit, vt non solùm refugeret flagitiorum consortia, sed etiam resistendo eius iniquitatibus, totius in se plebis beneuolentiam cõuerteret. Nec improuida viri sententia fuit, nam regnandi ius mulier inoffense exercuit, sine vllo fœminei sexus impedimento, & acquisiuit moderandi gratiam sacrę legis obseruatione. Nam dum attentior circa templum cura exerceretur, & dimissa ministeria fraudis succreuit imperij vigor, nec tamen affectu infracta materno regni cupido. Siquidẽ ex duobus liberis electus vnus ad *spem regnandi non potestatẽ, Hyrcanus vocabulo natu senior, ingenio remissior, Aristobulũ verò acriorem animo, expertẽ potestatis, emolliebat priuati humilitate. Assuerunt se Pharisæi mulieri, genus hominum secũdum legis doctrinam exercitatũ, secundum qualitatẽ affectus callidum, auidũ negotiorum, pecuniæ appetẽs, qui captãtes

Mulier modesta, sagax, et prouida, nonnunquàm optimè regit, nõ tam armis quã religione.

**Speciem*

Hyrcanus adregnãdi spem eligitur.

Pharisæi quales sint

tes elatam mulierculam, secundũ sciẽtiam iuris diuini extollendo suam fecêre, vt pleraq; etiã regni negotia ipsis committeret, adhiberẽt, quos vellent: quos vellent excluderent, atq; aulico exuerent ministerio. Quid plura? ita sese insinuauêre, vt cõmodorum omnium fructus ad eos peruenirent: sumptus & molestiæ mulierem solam afficiebant. Nec mediocris mulieri spiritus, vt maxima quæque auderet, atque supra fœminei sexus cõditionem prælia disponeret. Siquidem & præstantissimam de suis manum parauit, & peregrini exercitus copias coegit ingentes, vt non solùm domi tuta ad omnẽ regnãdi securitatem foret, verumetiam exteris potentibus esset formidabilis. Ea tamen reliquis præstabat omnibus, sed Phariseis quasi inferior obtemperabat. Erat Diogenes in regno eius, qui de potentissimis Alexandri amicis familiaritati eius inhæserat, eum adorsi obtruncauêre, memorantes ipsius consilio octingentos illos in medio vrbis ab Alexandro cruci suffixos, in cæteros quoque facinoris autores quosque,

Diogenem Pharisæi delatũ occiderunt.

que vt pergeret vltio, mandatum. Necabantur itaque, quos Phariſæi præcipiebant, non quos ſocietas ſceleris inuoluerat. Quo metu perterriti pleriq;, quibus huiuſmodi pericula intendebantur, & maximè præſtantiores opibus aut dignitatibus, ab Ariſtobulo interceſſionem implorauêre, vt matrem ab executione præcepti ſeuerioris, ad meliora inflecteret: Ille ſibi gratiam parare cupiens, non detrectauit. Mulier ægrè licet, oranti tamen filio conceſſit, vt contuitu honorum, quos geſſerant, qui in huiuſmodi inuidiam arceſſebantur, ſupremæ necis ſententia mitigaretur, atque eos tantùm, quos obnoxios ſuſpectaret, & *patrandi flagitij incentores fuiſſe vrbe egredi iuberet. Qui accepta vitæ ſecuritate, per agros dilapſi ſunt.

Ariſtobul. pro facinoroſis ad matrem intercedit.

**patrati*

CAPVT XIII.

EOdem tempore cauſa accidit, vt Damaſcum iuuentus dirigeretur, quoniam Ptolemæus frequentibus incurſionibus incolas memoratæ vrbis terrebat, cuius negotij neceſſitas occupauit

pauit de exercitu Alexandriæ validam manum. Cleopatram quoque Tigranes, qui Armenijs imperitabat in vrbe, cui nomen Ptolemais, obſidione clauſerat, quẽ muneribus Alexandra mulcebat, vt à ſe auerteretur. Quem Lucullus facta irruptione in terras Armenio rum infectis rebus redire coegit, conſultiùs ducentem ſua tutari, quàm alie na adiungere. Tantis itaque negotijs intenta Alexandra, in morbum incidit. Quam occaſionem rapuit Ariſtobulus ad ſuas artes, & congregata manu, conſpirantibus ſecum, quos feruor naturæ ad prærupta quæq; audendum cupienti adiunxerat, theſauros occupat, eorumq́ue copijs inuitauit ad militiam voluntarios, ac pretio componit, vt in omnia quæ vellet fidem præſtarent, atq; inſulas Regis induit. Turbatus animo Hyrcanus, matrẽ lachrymis conueniebat. At illa ſpirans ferocia, filios & vxorem Ariſtobuli in caſtrum recluſit, cui nomẽ primò Baris, poſteà Antonia appellatum, de quo ſuprà memorauimus. Cœpta Alexandrę celeri eius obitu deſtituuntur. In hæredi-

Cõſultiùs eſt ſua tutari, quàm aliena adiungere.

ditatē omnem Hyrcanus succeſſit, qui viuente adhuc matre dignitatē inducrat ſacerdotij. Ariſtobulus virtute & ſapientia præſtabat, res vſq; ad contentionem atque congreſſionem deducta: vbi conſertum, pleriq, relicto Hyrcano, illum alterū bello meliorem ſecuti. Hyrcanus comitantibus ſecū, qui bello reliqui fuerāt, confugit in Antoniam, repertisq; filijs & vxore Ariſtobuli, per obſides ſalutem inuenit, quia ne quid aſperum in ſuos fieret, Ariſtobulus pacto conſuluit: Conuētum fratrum huiuſmodi fuit, vt regno Hyrcanus cederet, atq; ad Ariſtobuli ius omne imperij tranſiret, nec tamen Hyrcanum inhonorum relinqueret, ſed regni exortem honore alio fungi ſineret, quem ipſe impartiuiſſet. Tranſactio huiuſmodi etiam religione templi ſacratam aſſenſionem vtriuſque tenuit volūtariam, inde cum gratia diſceſſum eſt, ac ſe inuicem ſalutantes, Ariſtobulus in aulam Regiam ſeſe recepit, Hyrcanus ęquanimiter in domum Ariſtobuli conceſſit.

Hyrcanus in matris hæreditatē ſuccedit omnem.

CA-

CAPVT XIIII.

SED fuêre, quos metus ac rerum mutatio inceſſerat, qui ſe ſtuduiſſe aduerſus Ariſtobulum recordarentur, & præ cæteris Antipater, is erat Idumæus genere,* moribus apud ſuos clarus, nō tenuis pecuniæ, & ideò prævalidæ potentię, arte mira factus, ad contemnendam pecuniam propter conciliandam gratiam. Qui Hyrcanum conſilijs ſuis perterritum, quod nullam ſalutis ſuæ ſpem tutam haberet, qui imperio deceſſiſſet, niſi transfugio ſibi conſuleret vbi ad ſuas artes inclinauit, inſinuat Aretę Regi, fouendum auxilio virum, qui circunuentus foret, vt regno cederet, decorum hoc fore Regi, ſi arbiter fieret imperij reſtituendi, multoque pulchriùs, ſi circunſcripto, cui primitiua regni competerent, dolo ſublata reformari iuberet, illum verſutum & callidum, & ideò ſuſpectum vicinis: hunc mitem & quietum, qui pro ſummo beneficio acciperet, quicquid ſibi ab externo tribueretur, cui frater etiam regnandi ius ademiſſet. Præparatam itaque ARETAE Regis

**maioribus*

gis

gis gratiam Hyrcano annuncians, fugiendi spem detulit, & viam demonstrauit, vt secum peteret Petram, in finibus Arabiæ sitam, quo in loco Regem adirent, qui precibus Antipatri donisque inflexus, plurimam bellatorum manum Hyrcano adiunxit, vt regno restitueretur. Erat ferè peditum equitumque quinquaginta millia, à quibus prima pulsus congressione. Aristobulus Hierosolymam confugit, ibique intutus aduersus tantam hostium multitudinem, quę clausum expugnauisset, nisi Scaurus ductor Romani exercitus alterius belli occasione, quod aduersus Tigranem gerebatur, soluisset obsidionem, missus à Pōpeio, cui recepti Mithridatis vltio grauis, bellique in socerum transferendi propositum exarsit, qua causa Syriam infestari per Scaurum præceperat, quū ipse Tigranem atque Armeniam vrgeret. Scauro itaq; aduenienti Damascū, quam Metellus & Lollius funditùs euerterāt, occurrêre fratrum legati, sibi quique Romanæ opis auxiliū implorantes, & quamuis inferioribus esset viribus

Aristobul. Hierosolymā cōfugit

Scaurus missus à Pōpeio obsidionē soluit.

ribus Aristobulus, præponderauit tamen pecuniæ oblatione. Vēditur summa prælialis certaminis talentis trecētis, & iustitia postulati pretio pensatur. Qua pecunia sibi annumerata, denunciat Scaurus Hyrcano, Regiq; Arabiæ discedere ab obsidione, aut si permanerent, scirent sibi aduersum Pompeium & Romanos bello certandum. Eo terrore obsidio soluta, Aretas Philadelphiam petit, Scaurus Damascum reuertitur. Aristobulus autem vix dum idoneus propulsando periculum manum colligit, hostem insequitur, & ad Paparionem (id vocabulum loco) sex millia hostium, simul & fratrem Antipatri Fallionem prælio fudit, Hyrcani atque Antipatri spes lapsa est, quibus fiducia omnis in Arabiæ viribus erat.

Aristobul. præponderauit oblatione pecuniæ.

CAPVT XV.

SEd vbi Magnus Pompeius adire Syriam cœpit, & Damascum aduenit, à Romanis, quorum auxilijs infracti, de manibus victoriam amisêre, opem postulant: Pompeiumque adeunt, tan-

Magnus Pōpeius Syriam adit.

WBP Onolo

quàm iusti arbitrum, & minimè auarum pecuniæ, allegationibus itaq; non muneribus (vt antè) niti cœpêre: quoniam integer animus aduersus corruptelam pecunię, laqueis auaritiæ nõ capiebatur, & gratuitò odisse poterat fraterno insidiatum honori: & ideò his eum adorsi querelis, quibus & Atistobulo fieret inuidia, quòd indignus aliena inuaserit, & Hyrcano conciliaretur gratia, cui vel merito vitæ, vel ætatis suffragio regnandi ius competeret, astipulante præsertim matris autoritate, quæ & iudicium eligendi habuit, & ius conferendi. Nec Aristobulus diù abfuit, quanuis nihil in magno pectore, quod suis artibus conduceret, intueretur: Præsumebat tamen de Scauri redemptione, sesq; eius iactabat societate. Venit itaq; Regio ornatu præditus, & prope maiore, quàm solebat, stipatus ambitu, vt qui de iustitia diffideret, adquiescẽdi præiudicium excluderet, spem obediendi negaret: sed diutiùs tolerare Rom. Cõsulis sublimitatem nequiuit, cui moris erat regni exorti Regibus imperitare. Itaque vbi ad vrbem

vrbem vẽtum est, cui nomẽ Diopolis, aliò concessit, Rõ. dignitatis superciliũ dedignatus regni tumore. Qua secessione Aristobuli, est non mediocris datus offensioni locus, vsquadeò cõmoto Consule, vt statim arma Rom. in Iudæam conuerterẽtur: Coniũctis Syriæ etiam plerisq; auxiliaribus, quẽ vbi cõperit Aristobulus ad vrbem Scythopolim, atq; inde Coreas appropinquare, vnde erat Iudææ exordiũ possessionis, confugit in Alexandrium castrũ munitum admodum, & in monte altissimo situm. Quo cognito, iubet eũ Pom peius descendere: at ille tanquàm heri li præcepto obedire indecorum existimans, periculum potiùs subeundum, quàm obtẽperandum imperio animi immodicus arbitrabatur. Sed referta populis Romana castra desuper spectãs simul à suis monitus, non lacessendos, quorum in nomẽ ac potestatem totus propè orbis terrarum concesserat, descendit, pluribusque vsus, quibus regnum sibi iure delatum astruere cõtenderat, vel generis debitum necessitudine, vel exercitus iudicio, qui secutus sit

Aristobul. in Alexandrium castrũ confugit.

validiorem, deseruërit ignauum: vel euentu prælij, vel pacti conuentione ad munitionem reuertitur: rursus cùm Hyrcanus consulem adijsset, vocatus ad iudicium Aristobulus, sese repręsentauit: Sed cùm adhuc comperendinari cognitionem videret, in castellum regressus est. Medius enim inter spem & timorem putabat, quòd imperijs eius obediendo ad sui gratiam Pompeium inflecteret. Sed ne vi adigeretur iterũ imperio cedere, in Alexandrium sese recipiebat. Nec prætерijt Magnũ Regis versutia, iubet eũ * discedere munitionibus: idq; facturum, datis ad singulos custodes munitionũ literis, sese astringeret: iussis quidem paruit, quæ nõ audebat refellere. Protinùs tamen Hierosolymitanis mœnibus sese abdidit, & bellũ aduersum Romanos parare cœpit. Pompeius quoque fugientem insequi, vrgere clausum, neq; parandis belli vsibus tẽpus vllum dare, direxit Magni intentionem de Mithridate nuntius, quòd morte bellum finisset, vrbs Hierico in finitimis suis Pompeiũ tenebat, cùm rei memoratæ indicia venirent:

* *decedere*

nirent: locus propè vrbem, in quo balsamum gignitur, virgultisq; innascitur, quę acutis lapidibus incidunt pueri agricolarum, perque eas incisiones distillat humor lachrymis pulchrè rorantibus. Inde vir militiæ vetus compositis ordinibus, ad vesperum castra mouit, & primò diluculo Hierosolymitanis mœnibus astitit atque improuisus armatas acies infundit.

Locus quo balsamum gignitur.

-infudit.

CAPVT XVI.

OBstupefactus Aristobulus dispositionis specie, virorum robore, militũ alacritate, spontè occurrit, veniam precatur, pecuniam, vrbem, seq; offerens. Verbisque in mollibus suppliciter inflexis mitigauerat indignationem Consulis: sed irrita precatione, quia effectus deerat promissionis, non solùm negatis pecunijs, sed etiam vrbe excluso Gabinio, qui oblatam petitum venerat, bellũ incubuit. Nanq; Magnus adhibitis custodibus Aristobulo, vrbis mœnia speculari cœpit, atque explorare diligentiùs, quibus in lo-

Aristobul. obstupefactus nihil non offert, sed pauca præstat.

Gabinius à Põpeio missus, pro pecunijs expetendis expulsus est ab Aristobulo.

cis tentaret irruptionem. Sed quum & valida murorum circũſpectaret, quòd expugnari nequirent, & templum in vrbe haud inferioribus circundatum munitionibus, vt geminũ eſſet ingreſſus periculum, & à defenſioribus templi, & ab his, qui murorum propugnacula tuerentur, hæſit animo dubius, ſententiæque incertus per aliquantulum temporis, cùm ſubitò intra vrbem orta ſeditio, volentibus Hyrcani ſocijs vrbe recipere Pompeium, renitẽtibus Ariſtobuli propugnatoribus, illi portas aperire Magno, iſti obſerare, bellumque inferre, ne Regem eriperent. Sed pluribus, quos terror potentię Romanæ auxerat, ceſsêre inferiores, atque in templum ſeſe recepêre ſoluto ponte, qui tranſitu peruio vrbem ac templum medius coniunxerat. Receptus itaq; in vrbem eſt exercitus Romanus, & ſuis manibus Iudæi aperuêre portas, non multò pòſt vrbis ac templi expugnatoribus futuris. Completumq́, eſt illud Dauidicum: Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum. Spõte itaque tra-

Alij portas aperire, alij obſerare nituntur.

Cõpletũ eſt vaticiniũ Dauidicũ.

tradidêre regalia ſua, ceſsêre aulicis: Piſoni claro inter ſuos viro, & militiæ ſtipendijs exercitato, id negotij commiſſum eſt, vt manu valida aulam Regiam, cæteraq; vrbis tuenda exiſtimaret. Quod ab eo ſolicitè curatum, quaſi ad ea defendenda potiùs, quàm occupanda Romanum exercitum duxauerit. Ad tẽpli autem irruptionem, quoniam pertinaciter reſiſtebatur, Iudæos Magnus parauit, ſocios videlicet Hyrcani, vt ſi fieri poſſet, aliena Romani myſteria nõ profanarent: ſimul vt ſuis manibus Iudæi foſſas replerent, impio miniſterio & turpi obſequio ſeruierũt manus eorum in cophino, mentes in ſacrilegio: ſed nihil proficiebat congeſtio, cùm reniterentur è muris Ariſtobuli fautores, & deſuper afferrent impedimentum, irritaque Pompeio fuiſſent exordia, niſi incurrentibus ſacris religionis diebus, quibus ab omni vacare opere Iudæos vetus obſeruatio foret, imminere ſuos aggerendis terrarum tumulis imperauiſſet: ſola enim conſerendæ manus vſurpatione in conſuetudinem verſa, etiam ſabbato,

Piſoni aulæ Regiæ, cæteraq; vrbis commiſſa ſunt.

intercurrentibus.

-salutis bato, si tamen inferatur prælium, & salute extremum petatur periculum, decernendum sibi ferro Iudæi existimāt: reliqua certamina religioni ducunt. Iam vallum excreuerat, iam machinæ admotæ, repugnabāt Regij murorum altitudine ferociores, nec intermixti prælijs propiore Magni accessu inclinabantur. Stupebat Pompeius acres virorum animos, muri decorem ac magnitudinem, & nusquam remissa officia Sacerdotum in medio belli furore: tanquàm profunda pax esset, nihil decerat sacrificiorū solennitati, inter bellatorum iacula, mortesque cæsorum fundebatur sanguis hostiarum. Victima altaribus imponebatur, ante aram positi feriebantur. Tertius iam mensis anceps adhuc certamen - tenebat. Primus Sylla ortus Cornelio, Faustus, & duo Cēturiones, quorum vni nomen Furio, alteri Fabius erat, deiecta - terra murorum, templum irrupêre, singulis sequētibus sese cateruis, & circundantes vndiq; templi interiora, quoscunq; repererant, gladijs - transuerberabant, cædebantur fugientes, repugnantes alij

-habebat

Sylla ortus Cornelio.

Vide Iosephū lib. 14. antiq. c. 8.

-turre

-transfigebant

lij obtruncabantur. Nullus parcendi modus, nec tamen ea sęuitia bellantiū, obsequia vatum impedita. Nudatis gladijs imminebat hostis, illi tamen sine vlla perturbatione soliti vicem muneris exequebātur. Nullum intermissum est officij genus. Quicquid ad purificationis solennitatem, quicquid ad cultus sacri obseruantiam spectare poterat, impletum est (Tanta erat cura ministerij) atque vtinam pro veritate deuotionis & fidei fuisset: maiora quoq; a suis orta pericula, quàm sibi ab Hebræis inuicem inferebantur: atque intùs pugna vehementior, & à seditiosis propius & anceps periculum: à fronte externus hostis, à tergo lateribusq; domesticus.

CAPVT XVII.

ITaque concluſi vndique, alij se præcipitabant, alij patriæ incendijs exurebantur. Sacerdotes tamen vsq; ad vltimum in suo munere perseuerabant, hortantes se inuicem, ne in posterioribus ponerent officiū religionis, quàm salutis præsidium: rectè secū agi, si pietati

tãti impenderent, quod deberetur necessitati pulcherrimumq́ue, si in patrię sinu sepeliri liceret. Quid autem iuuaret euadere, & superstitem viuere religioni? præclarum potiùs opus, muneri cõmori pio. Quod si quis periculi metu deserat, sacrilegium est: si quis impleat, sacrificium & piæ passionis victoria. Infulati itaq; sacerdotes inter suas hostias immolabantur, & amicti sacerdotalibus stolis inter cadauera cæsorũ humi iacebant. Fusa illic Iudæorũ XII. millia, Romanorũ pauci extincti, plures vulnerati sunt. Nihil tamẽ grauius in illa miseria ingemuerunt Iudęi, quã quòd illa abscõdita antè sanctificationum mysteria retecta gentibus, ac manifestata sunt: Deniq; Pompeius curarum istiusmodi declinans superflua, dum triumpho potiùs ambusta ambiret, sequentibus sese suorum plurimis, vidit tabernaculum, secundum quod soli principi Sacerdotum solenni accessũ patebat, atq, intùs inspexit lucernam, & mensam, & thymiamata, & tabulas testamenti: superq́ue eas Cherubin, & multitudinem aromatum dis-

Infulati Sacerdotes inter hostias immolabantur. Cæsa, refert Iosephus, l. 1. c. 5

Põpeius inspexit tabernaculũ Iudæorũ.

per-

persam, & sacræ pecuniæ talenta duo millia, in qnibus quum plurimùm auri esset, integer tamen ab omni cupiditate vel ipsa, vel si qua sacrorũ vasorũ inuẽta sunt, intacta seruari præcepit: & sequẽti post excidiũ die Theocorus iussit mundari templi interiora, ac celebrari assueta sacrificia. Hyrcano quoq; principatum sacerdotij dedit, prõpta eius opera vsus in obsidionis necessitate: nam etsi infidus suis, Romanis tamẽ fidelis, vt sua patria expugnaretur. Sed puto neminem dici fidelem posse, qui suis fuerit inuidus. Non perfunctorie itaq, in ipso prælio iuuit hostes suorũ, vel quod extramurani populi multitudinem annitentem Aristobulo retraxit ab eius societate: ad omnia tamẽ quibus vel præueniendi Aristobuli, ducendiq́ue eius autoritate, vel conficiendo celeriter bello, Pompeius egregius imperator fuit. Præclarũ hoc addidit, vt in victoria modum teneret: denique benignitate sibi magis, quàm terrore, quos vicerat, associauit, autores tantummodò belli securi percussit. Tributum quoque victis impo-

Neocoria

Hyrcano sacerdotij principatq́ datur à Pompeio.

po-

posuit statuit Ducem, Iudeæ fines determinauit. Suis ergò finibus circunscripta Iudæa est: reformauit etiam Gadaram, quam Iudei euerterant, rogatus à Demetrio, qui patriæ suæ huiusmodi gratiã à patrono popoſcerat: & in hac causa & in plurimis apud Magnum supra libertorum modum vsque adhuc diam excellens: Aristobulum autem cum filijs & socero eius captiuos statuit secum Romam deducere: sed vnus ex sobole Regia in itinere elapsus custodibus, domum reuertitur, ei nomẽ Alexandro, ætas fratre prouectior & sorores duæ. Antigonus autem quo iunior, cum fœminei sexus germanitate ad vrbem deducitur, Pompeiusque Ciliciam, deinde Romam petijt.

Aristobul. captus Romam deducitur.

CAPVT XVIII.

AT in Syria Scaurus, qui Ducis officio præerat receptis vrbibus, quas Iudæi inuaserãt in Mediterraneis Scythopoli, Ippone, Pella, Samaria, Iãnia, Mirisa, Azoto, Arethusa: maritimis quoque, Gaza, Ioppe, Dora, & ea quæ Stra-

Stratonis turris olim vocabatur, posteà autem Cæsarea nuncupata sub imperio Herodis, qui & ornatum addidit & nomen mutauit, aduersum Arabas bellum molicbatur, Iudeam inter Euphratem & Aegyptum: Syriam quoque suis reformatam finibus, iudicio coërcens, prædandique cupidine, quod potiùs reor, quàm proferendi imperij gratia, summam regni Arabiæ Petram inuadere volens, difficultate quidem locorum impeditus, irrumpere nequiuit: plura tamen vel propinqua vrbi vel longè posita deuastauit, quibus in locis exercitum eius morantem fames incesserat, ac penè incidisset facinus miserabile, nisi per Antipatrum laborantibus Romanis Hyrcanus alimoniam ministrâsset. Idemq; de consilio Scauri Aretam monuisset soluere bellũ pecunia, deniq; trecentis talentis Arabs hoste se exuit, Scaurum redemit, hoc regressionis eius pretium fuit, quæ res Hyrcano fidam cum Romanis firmauit societatem, & profunda pace securitatem fouebat, quòd in locis hostilibus exercitui Romano, opera eius ex indi-

Turris Stratonis postea Cæsarea.

profunda pacis

indigentia graui, frumenti satietas facta, auxiliumque præsto fuit.

CAPVT XIX.

Alexander bellum assumpsit.

SEd vbi Alexander è vinculis Magni elapsus, primùm occultè, & per aliquantum tempus manum sibi idoneã congregans, deindè palàm percursare cœpit Iudæam, exagitari Hyrcanus, & rebus suis diffidere: Romanos cura vrgere, ne bellum glisceret: quinetiam murum præparare Hierosolymis constituerat, quem Magnus destruxerat, ac propè aggressus fuerat opus, nisi Gabinius, qui Scauro successit, curatis strenuè cæteris, quibus terrorem sui nominis sparserat, occurrendum Alexandri tentamentis æstimauisset. Nec Alexander refugiendum arbitratus, sed decernere prælio ausus cum decem millibus peditum, mille & quingentis equitibus etiam castella reparauit: Alexandrium, Hyrcanium, Macheruntam receptaculo sibi (si res popposciisset) futura, vel hostibus impedimento, quoniam & Arabia non satis fida Romanis

Gabinius Alexandri tẽtamentis occurris.

repetiuit

nis proxima erat. Gabinius, quõ citiùs occurreret, M. Antonium cum parte exercitus præmisit, vt iter hostium impediretur, donec ipse cum toto agmine aduentaret. Antipater cum electis adueniens, & Malichus & Pitholaus diuersis ludæorum subnixi cateruis, cum Antonio vires iunxêre, quos vbi confertos Alexãder vidit (nam iam & Gabinius aderat) flexit consilium, vt retrorsum cederet. Sed cùm iam nõ longè esset ab Hierosolymis, coactus manum conserere, victus aufugit, necatis fermè tribus millibus suorum, cæteris captis aut dilapsis: vix Alexandro pauci superfuêre, potiùs ad fugæ societatẽ, quàm ad rebellandi audaciam. Deniq; pacem à Gabinio petẽs, etiam castella, ne quid suspectum haberent, Romanis tradidit. Eo bello egregiè Antonij virtus emicuit, quanuis præclarum vbique documentum suæ dederit fortitudinis. Gabinius in quinque conuentus Iudæam diuisit, vt potestatem minueret, ex qua oriebatur potior rerũ insolentia. Hyrcano pro mansuetudine ingenij eius sacerdotij honor mãsit: totius

Antonij virtus egregiè emicuit.

totius autem regionis eius conuentus non vni, sed in commune Hierosolymitanis à Gabinio cura impartita: itēque ceteri conuentus simili modo attributi, per Gadaram & Amathuntem & Hierico; Sefforitanosque, vrbes scilicet potiores diuisi, quo & singulorum potentiæ nihil relinqueretur, & functio regionum non vacillaret, quæ publicam expectaret sollicitudinem. Quod & à Romanis ad relcuandū rebellionis metum, & à Iudæis ad deponendam inuidiam cum gratia susceptum: quoniam non sub Rege, sed sub Optimatibus degeret Hebræorum genus, ad Reip. Romanę similitudinem, in qua nō vnus imperitaret, sed per vices optimi quique, quibus sortito magistratus cesserat, administrabant. Regni quidam exortes, sed Regum arbitri, consultum prouidè aduersum inquietudinem gentis æstimabatur.

CAPVT XX.

SED Aristobuli fuga reditusq; in Iudæam plurimùm turbarum excitauerat,

uerat, pleriſque refluentibus ad eum, quos veteris amicitiæ gratia ſolicitauerat aut res vltimę, quibus remedium ex diſcordia publica quærebatur: ima ſummis miſcere cupientibus, atq; aliæ ſpes * lapſæ forent. Regreſſus igitur Ariſtobulus munitiones ædificare, Alexandrium reparare cœperat: quo comperto, Gabinius Siſinnio & Antonio, Seruilioque cum parte exercitus directis, cœptum opus impediuit: deſertis enim munitionibus Ariſtobulus ſe bello parauit, & quia maiore numero quā vſu agmen trahebat, deonerauit inermis populi multitudinē, & ſola octo millia armatorum coëgit', adiuncto quoque Pitholao, qui voluntarius ex Hieroſolymis cum viris mille aduenerat: deinde orto prælio (imminebant enim Romani eius ceruicibus) aliquādiù quidem ſtrenuè pugnatum, tamen prævaluit virtus Romana, cæſa Iudæorum quinque millia. Ariſtobulus cum mille viris irrupit aciem, & in caſtelli Macheruntis munimenta ſeſe recepit, duo millia aliò dilapſa, adorſi tamē caſtellum Romani, per biduum fermè

* laſſæ Ariſtobul. Alexandrium reparare cœpit.

dilati : quoniam de vltimo periculo Aristobulus totis viribus decernebat. Sed nequaquàm diutiùs sustinere potuit, captus cum filio Antigono, quem pariter fugiens de vinculis secum abduxerat, ad Gabinium missi, & abeo Romam directi sunt. Senatus Aristobulo in custodiam detruso, filios eius ad Bythiniã dimisit, quod Gabinium ferunt epistolis insinuâsse, id Aristobuli coniugi promissum, remunerandæ sedulitatis eius gratia, ob traditas sibi munitiones.

CAPVT. XXI.

HIS ita in Iudæa gestis, Gabinius audẽdum aliquid ratus, in Parthos expeditionem parauit: sed suspecta partiũ Ptolemæi Regis reuocauerũt profectum. Nam ab Euphrate in Aegyptũ Gabinius iter conuertit, vsus necessarijs ad omnia ministerijs Antipatri & Hyrcani: (Sed Hyrcani per Antipatrũ) qui pecunia, frumento, armis, auxilijs quoque exercitum iuuaret, ac maximè cõgressiones circa Pelusium, nisi gnaris

ris locorum & totius belli generis Iudæis omnia procurantibus, Gabinium facilè deterruissent. Sed rursus morante exercitu, Alexãder Aristobuli filius in Syriã sese alteram, velut in vacuam Prouinciam immergere moliebatur, nisi rumoribus excitus Gabinius, reditum maturauisset, præmissoque Antipatro, reuocâsset plurimos Iudæorum ab Alexandri societate, quorum multitudine fretus, parabat omnes, quos in regione offenderat, Romanos exitio dare: denique dilapsis licet Iudæorum plerisque per Antipatri conuentionẽ, audaciam tamen non deposuerat, prẽliumque adorsus in triginta millibus virorum, verùm circa Itabirium montem fusis decem millibus, aufugit, reliquorum dispersione bellum confectum. Gabinius compositis ad arbitrium Antipatri, Reip. Hierosolymitanę negotijs, inde profectus, Nabathæos prælio subegit: Mithridatemque & Tigranem fugientes de Perside, occultè dimisit: palàm tamen militibus intimauit, fuga lapsos. Successit Gabinio CRASSVS, & profecturus *Successit Gabinio Crassus.*

ad Parthicum bellum, omne quod erat Hierosolymis aurum in templo, abstulit: & præterea duo millia talenta detrahi iussit, quæ Pompeius intacta reliquerat: nec longũ lætatus, vbi trãsmisit Euphratem, exercitum amisit, & ipse extinctus est. Eo successu Parthi lętiores, transeundum in Syriam crediderunt, quos strenuè insidijs excepit Cassius, & commissæ sibi prouinciæ finibus repulit, non sine graui detrimẽto hostium: cùm effuse veniẽtes, quòd neminem sibi obsistere ausurum arbitrarentur, locis præuentos angustioribus occupauisset. Deniq; fusis suorum pluribus, bellum deseruêre. Cassius repulso hoste securus Prouincię, in Iudęam irruit, & Tarichæis deletis, triginta millia Iudæorum in seruitutem vendidit. Pitholaum quoque suspectum doli, quo partes Aristobuli fulciret, iugulari iussit. Neque expers consilij eius Artipater fuit, vt æmulum potentiæ quàm maximè excluderet.

Sacrilegiũ Crassi & eiusdem pœna.

Cassius in Iudæam irruit.

CAPVT XXII.

IS

IS Antipater cognouit vxorem, cui nomen Cypris, splẽdidissimo inter Arabiæ fœminas loco ortam, atque ex ea suscepit liberos quatuor sexus virilis, & vnam fœminam. Viris huiusmodi vocabula: Primus Phaselus, sequens Herodes vocati, tertius Iosippus, quartus Pheroras, & Salome filia: Eaq; causa vir egregiè factus ad emerẽdam muneribus atque amicitia societatem potentium, gratiam præ cæteris sibi Regis Arabum conciliauerat, quia de locis Arabiæ vxoris acceptæ prætendebat necessitudinem. Denique aduersus Aristobulum decernere pręlio parans filios suos, prædicto Arabum Regi, quasi mutuę charitatis pignora direxit. Quos ille quasi depositum inuiolabile susceptos, eo cultu, quo liberos domi habuit, & posteà repetitos patri reddidit. Sed cùm Aristobulus bello superatus, in vinculis haberetur, Alexander filius eius cùm secundum conuentiones pacis, quibus eum Cassius ad Euphratem rediturus deuinxerat, prælio vacaret quum confinia Persidis haud vllo suspecta Parthorum transitu infestarentur,

Antipater ex vxor Arabica quatuor sexus virilios et vnã fœminam suscepit.

Phaselus, Herodes, Iosippus, Pheroras filij, Salome filia.

tur, & blandæ tranquillitatis ſpecies in Orientis partibus humanas leuaret ſolicitudines, Cæſar è tranſalpinis regionibus Galliarum, Italiæ ſeſe infundēs, Pompeium Senatumq́; vltra Ionium mare expulit. Italia excluſus, Aemathiam Magnus petit, eoq́ue diuerſis ex locis Romana iuſſit agmina ſequi, quòd ibi bellum pararet. Quibus intentus gerendis Ariſtobulum, quē Romæ vinctū reliquerat, eum Cæſar, qui inter vrbem Romam atq; Pompeium medius erat, quoniam de Flaminia in Appiam compendiarijs tramitibus Magnum ſequebatur, vt vel ipſum exciperet, vel interciperet eius exercitum, vinculis leuatum, tributis etiam militaribus numeris in Syriā direxit, vt Iudęam ſibi adiūgeret, Pompeiumque à tergo vrgeret. Sed in exordio tentamentorum, vbi ad locum peruenit, veneno interemptus, imperfectum negotium reliquit. Opinio mortis eius Pompeij fautoribus aſſcribebatur: ita luſæ ſunt diſpoſitiones Cæſaris, & deſtitutæ Ariſtobuli cupiditates, noua quadam mutationum varietate, vt tutior

Cæſar Pōpeiū vltra mare Ioniū expulit.

Ariſtobulo veneno interēptus.

tior fuerit exul inter hoſtes, & in vīculis captiuus, quàm inter ſuos ciuis, Dominus in cubiculo, Rex in conuiuio. Quo comperto, Pompeius, quòd Ariſtobulus in Iudæa recidiua ſibi bella reparare tentauerat, etiam filium eius Alexandrum iugulari iuſſit, ſuſpectum nimis ob partes Cæſarianas. Scipio Cnei mandatis obediens, pro tribunali ſtatuit reum, vt ſpecies iudicij prętēderetur, accuſatoribus quoque adhibitis, atque in eum, qui Romanam rempublicam armis inquietâſſet, ſentētia prolata, vt pro iuris potiùs autoritate, quàm pro executione præcepti, more quo Duces hoſtium conuicti rebellionis, ſecuri percuſſus exiſtimaretur.

Pōpeius Alexand. Ariſtobuli filium iugulari iubet.

CAPVT XXIII.

COgnita vtriuſq; nece, Ptolemæus qui ſuſceperat Ariſtobuli germanos, & vxorem Alexandri, Philippionem filium ſuum in vrbē Aſcalonā direxit, memoratos fratres accerſiturū: ille aduenientes ſuſcepit Antigonum, atq; eius ſorores, vt ad patrē deduceret,

Ptolomeus Menneus Dynaſtæ Chalcidis filiū ſuum Aſcalonā in vrbē direxit.

vsu & consuetudine amoris igniculus obrepsit adolescenti ignoscendo profectò, si scirent tyranni ignoscere, atq; alteram de sororibus accepit sibi in cõiugij societatem. Non tulit hoc Ptolomæus pater, sed occiso filio nurum propriam sibi iunxit: morum egregius cẽsor, qui inexoratam in filio damnaret coniunctionem vt ipse se parricidio & incœsto contaminaret. Pompeio interfecto, qui dum arma Cæsaris fugit, Spadoni Aegyptio caput suum amputandum præbuit, conuersa res: præbuit tamen ea patientia caput, qua tantorũ populorum aliquoties victorem decebat, vt in illa victi sorte, exulisq;, conditione * cõspiciens rerum humanarum ludibrium & varietatem, gladio ceruicem offert, ab eo, cui regnum dederat, pro gratia mortem recepturus. Post cuius necem mutatio facta, plerisque ex familiaribus Magni amicitiam Cæsaris expetentibus, præcipueq; Antipatro incredibilem in modum prædito, ad omnes, quorum affectaret amicitiam. Omnibus enim necessariæ opes, & maximè in præliorum apparatibus

Tyranni ignoscere nesciunt.

De parricidio Ptolemæi in filium.

** cõspicere*

bus, vbi ex inimicis atque aduersarijs sępenumerò chariores efficiuntur. Etenim quia Ptolemæus Aegypti Rex fidem læserat, ab ipso Cæsare bellis grauissimis premebatur.

De morte Ptolem. ũ.

CAPVT XXIIII.

PErgamenus Mithridates cum omni manu, quam secum deduxerat, Pelusiacis repulsus obstaculis, in vrbe Ascalone resederat. Desperatoq; transitu, & conatu irrito, nec iam se committere bello audebat, locis iniquioribus & impar viribus. Cui Antipater Arabas primùm in auxilium asciuit, deinde tria millia Iudæorum valida manu & munita armis secum perduxit. Commouit etiam Syriæ potẽtes in adiumentum ipsius, Ptolemæum, qui habitabat in Libano, & Iamblichum, & Ptolemæum alterum. Quorum freti societate, etiam alij populi ad bellum accensi sunt. Quibus adiunctis viribus fretus Mithridates, Pelusium accessit, & cùm transitu prohiberetur, obsidionem adortus est. Quò loci Antipater

Pergamenus Mithridates.

præclarum militiæ documentum dedit. Siquidem resistentibus oppidanis, cum summa vi belli vtrinq; decerneretur, primus cum suis, dirupta murorum parte, in qua ipse præliabatur, vrbem irrupit, eamq; cepit. Nec tamẽ hic finis laboris adiumentiq;, sed etiã, cùm introrsum exercitus pergeret, & circa eam, quæ appellatur Oniæ regio, Iudæi Aegyptij vellent resistere, quo interclu derent iter, rursus Antipater, non solùm remouit prælium, sed etiam ad exercitum iuuandum, quæ necessaria forẽt vsui humanitatis, ab ipsis, qui arma contrà parauerant, ministrari effecit.

Memphitæ sese societati Mith. adiunxére

Vnde Mẽphitæ quoque animos à prælio reuocauerunt, & se Mithridatis societati volentes dedidêre. Qui prætergressus suspectiora, cum reliquis Aegyptijs conferendum ratus, liberioribus quidẽ locis, sed validioribus viris, regionis ipsius, cuius incolatus Iudæorũ exercitus appellabatur, strenuè decertauit, adeò vt prærupto sese periculo daret, ac penè extinctus foret, nisi Antipater videns totũ, in quo Mithridates erat, dextrũ cornu à cohorte vrgeri, ex alia

Iudæorum castra, legit Ioseph. lib. 14. c. 15.

alia quoque parte includi flumine, nec vllum effugium viris, irruisset à cornu sinistro super eos, qui Mithridatem cedentem persequebantur, quos eousque insectatus est, donec omnis hostium populus extingueretur. Eo prælio octoginta solos Antipater viros de suis amisit, super octingentos Mithridates, ita vt ipse præter spem euaserit, atque hæc vno momento clades secuta. Antipater multis vulneribus corpore exceptis, egregium virtutis suæ testimonium apud Cæsarem inuenit: Mithridate præsertim non solùm suæ absolutionis interprete, sed etiam fortitudinis prædicatore: quibus rebus egregiè Cęsar delectatus, in honorem Antipatrum, vt oportebat, inter amicos recepit. Deinde, vbi ea quæ in Aegypto forent constituenda disposuit, atque in Syriam processit, Romanæ eum Reipub. honoribus affecit. Talentum quoque contulit, cæteraque, vt probato sibi viro, gratiæ suæ pignora impartiuit. Hyrcano etiam summum sacerdotium de sententia Antipatri volens firmauit.

Mithrida. præter spẽ euasit.

Antipater multis exceptis vulneribus egregiũ virtutis suæ exhibuit testimoniũ

CA-

CAPVT XXV.

Antigonus Cæsari occurrit, atq; Antipatrũ accusat. Vide suprà cap. 22.

ANtigonus quoque in Syria Cæsari occurrit, & quem vel patris deflere ærumnam conuenerat, veneno per amicos Pompei interfecti, vel supplicium germani: quem Scipio summa crudelitate, tanquàm reum securi percusserat, inuidię magis quàm doloris partes exequebatur, vt Hyrcanum & Antipatrum incubare alienis, quæ sibi & fratribus suis per scelus erepta forent, questu grauissimo coacerbaret extorrem se factum habitationis paternæ: terram, in qua sit natus, negari sibi, tamen suas iniurias tolerabiliores videri, multo acerbiores illas, quibus tota gens populi Iudæorum ab Hyrcano & Antipatro afficeretur. Eosque de benè gestis in Aegypto rebus vendicare gratiam, cùm illud Mithridatis iuuandi munus, nõ ex insita in Cæsarem beneuolẽtia, sedulitas vlla detulerit, sed ex Pompeianæ conscientia societatis formido extorserit, vt esset offensionis obtentus. Aduersus ea Antipater, non verborum referens vicem, sed rerum assertionem, scidit vestem, & nudus ve

Antipater vestem scidit.

stimentorum, plenus vulnerum, diloricato amictu, offerens oculis circumstantium spectatæ indicia virtutis: En, inquit, maleuolentiæ meæ in Cæsarem testimonia, defendant reum, quæ tanquàm animi lumina micant. Has ego cicatrices tibi Cæsar voluntatis internæ obsides tribuo. Hæc ego fidei meæ depono pignora, & inscriptos cordi apices gero. Si ciuibus non creditur, hostes interrogentur, pro quo vulnera illa susceperim. Quid in me aliud, nisi fidem, quam tibi deferrem, persequebãtur? At obiectat mihi Pompei gratiam, fateor Cæsar, me non hominum, sed nomini Romano amicum fuisse, idq; studuisse egregiè, vt vestræ Reip. mea officia impenderentur. Militaui itaq; non vni, sed omnibus, fuerit mihi charus Pompeius, sed antè mihi ille cœpit amicus esse, quàm Cæsari esset inimicus. Tuus ille gener erat, & tu socer illius. Cùm esset in partibus ludęæ, iuui, vt Imperatorem Romanum, non tamen ea pro illo, quæ pro te excepi vulnera. Tibi impendi vades mortis, & ictus telorum excepi hostilium. Quid

mirum

mirum autem, si captiuus vulnerum decus nescit? & fugitiuus quid sit fides ignorat? Quid autem perpetuus hostis obijciat mihi, nisi vestram amicitiam? Mirum sanè videtur, quòd accusatum quenquam Romanos adeat Antigonus, quos bello soleat incessere, atque apud eos exutum se imperio queratur, cuius vsum ac negotium, non ad sui potētiam, nec ad insigne domesticum, sed ad lacessenda arma Romana, & vlciscenda patris germaniq́ue exitia desiderauerit. Ingratus salutis tribunal Romanum non timeat, sed etiam audeat vltrò incessere, cùm sciat istic rebellionis suæ consortem pœnas luisse. Vbi Antipater finem dicendi fecit, Cęsar pronunciat dignum magis sacerdotio Hyrcanum videri: Antipatro autem detulit potestatis electionem. Tum ille eundem arbitrum honoris & moderatorem expetens, atque in eo, qui honorem daret, ponens mensuram honoris, astutè satis & verecundè decus tulit, & incrementum potentiæ. Totius enim Iudææ procurator factus

Antipater

est Antipater, sanè popoſcit, vt muros Iudææ,

Iudææ, qui bello diruti fuerant ædificaret. Tantumq́ue negotium datæ fidei securus, & postulauit & impetrauit. Eaq́ue, vt moris erat Romanis imperatoribus, arbitrio Cæsaris in Capitolio scripta sunt, quæ insignia honoris Antipatro conferenda Cæsar æstimauisset, vt & suæ iustitiæ, & meritorum viri, posteritatis quoque cognitioni indicia extarent. Prosequutus autem Cæsarem Antipater ex Syria, in Iudæam flexit iter. Et primò, quem Pompeius destruxerat, murum in veterem statum reformauit. Deinde tumultus repressit, conueniens singulos affectu parentis, nunc molliorib⁹ monitis, nunc minis, vt quæ pacis essent potiùs, quàm belli, sequenda arbitrarentur, néue exasperarent animum regis. Qui si inoffensus maneret, ciuem præstaret: si commoueretur, tyrānum exhiberet, & si mitis esset natura Hyrcanus, cauerent tamen, ne eum contumelia exacerbarent, sibi quoque studium esse, vt in mediū consuleret, pro solicitudine pia, nō pro potestate. Sed si nauare aliqua tentarent,

popoſcit muros Iudæorū ædificari.

vin-

vindicandi animum sibi non defuturum, Romanorumque amicitiam potiùs, quàm dominationem experirentur. Cui enim dubium foret ex amicis in arma erupturos, si eum, cui regnum ipsi firmauerant, cognouissent regno exutum? Simul quia lenitudine ingenij tardiorem Hyrcanum nouerat, ad exequendas publicorum munerũ necessitates, filijs suis diuidendam tuendæ regionis curam putauit, quòd ille impar tantæ moli imperioq; esset. Phaselum itaque seniorem ex liberis præsulem Hierosolymis & Ducem militiæ constituit. Herodem quoque minorem natu atque admodum adolescentem pari honore Galilææ præfecit. Qui vbi potestatem adeptus est, natura acriorad obeunda negotia, statìm ingenio suo materiam inuenit.

Phaselũ ducẽ militiæ cõstituit.

Herodẽ natu minorẽ Galilææ præfecit Antipater.

CAPVT XXVI.

Syria labo rabat incursionibus Ezech.

LAborabat enim Syria Ezechiæ latronis incursionibus. Quibus ille prædatoriæ manui princeps totam infestabat prouinciam, atque omnibus locis

locis infer sus erat. Quem correptum iugulari iussit, multosque prædonum interemit, quod ei maximam virtutis gloriam peperit, & huberem apud Syros gratiam. Vnde in vrbibus ac vicis canentium vocibus celebrabatur, quasi pacem & quietem publicam multa post tempora reformauisset. Excitabat hic setmo secundo plebis rumore æmulationem piam laudis fraternæ, vt Phaselus iuniorem natu quem adæquaret mentis benignitate, allectis in primorum locum beneuolentia prestantioribus, qui seuera temperarent gratia. Vnde & maximus honor Antipatro, quasi parenti publico, deferebatur. Ipse tamen nihil de beneuolentia ac fide mutauit, qua obseruare Hyrcanum solitus erat. Sed difficile est in prosperis inuidia carere. Deniq; primum tacitus Hyrcanus ad iuuenũ laudes vellicabatur, vehementiùs tamen eum, quæ præclarè gesta in Herodis operibus ferebantur, exasperabant, quẽ vltra leges Iudæorum & priuati modũ progressum videbat, vt omnem sibi cum fratre ac patre vendicaret potentiam,

Difficile est in prosperis inuidia carere.

Regemq; exuerent omni honore, cui nihil prçter nomen resedisset, quod vacuum potestatis inanem speciem præferret. Deniq; inconsulto eo plurimos necidatos, ac sine mandatis Regalibus interfectos, quos lex patrum perire nõ sineret, vnde oportere Herodẽ in causam vocari plæriq; aiebãt, vt rationem daret, qua gratia violauerit legem, quæ inauditos vetaret exitio dari: debere assurgere Hyrcanum, vel hinc experiri, vtrum Regem, an priuatum sese Herodes gerat. Qui vocatus in iudicium, nisi adesset, manifestum fore, quò tanta eius insolentia aspirauisset. His atque huiusmodi Regiorum satellitũ sermonibus Hyrcanus per inuidiã paulatim accendebatur, qui *propiorem ignauiç pudorem increpitabant, quòd Regaliũ negotiorum iure decesserit, trãsfusa in Antipatrũ & filios eius potestate, quos Dominos constituerit licentia sibi regnandi imminuta. Quibus excitus, statuit Herodem iudicio suo non defore *purgaturũ, quæ aduersum leges vsurpata obiectarentur. Herodes tametsi in iudiciũ se vocatũ indignaretur, tamen vel

*propriorẽ

*purgatũ

vel patris monitis, vel consilio placidior eaduẽtabat, præoccupatis Galilææ munitionibus: sed tamẽ neq; inuidioso agmine, vt bellũ minari videretur, neciterũ in tuto præsidio, vt salutẽ proderet, fultus quoq; Sexti Cæsaris erat aspirante sibi gratia, qui metuẽs, ne quid iuueni insidiarũ irrogaretur, præscripserat Hyrcano mãdatis seuerioribus, vt à iudicij grauioris periculo temperandum putaret. Vnde magis absolutionẽ iudicij Sexto detulit qnã volũtati, quãuis Hyrcanus, etsi in simulãtibus cesserat, vt eũ in causam vocaret, volẽstum absoluerit, quoniã seruare Hero. quàm persequi malebat. Sed ille iuuenili calore iniuriã dolẽs, absolutionis ingratus, perrexit ad Sextũ proposito studio, vt si iterum vocaretur, nõ obediret, deditq; obtrectãtibus insimulãdi locum: quãuis Hyrcanus non assurgeret ad vltionem, cùm videret superiorẽ: Recordatione tamẽ iniuriæ (quæ *tractãdo alitur) excitus Herodes, cõgregato exercitu petebat Hierosolymam, vt solueret omnẽ Hyrcani potestatẽ, ac penè effecerat, nisi à fratre infractus & patre,

*Sextus Cæsar scripsit pro Alexãdro.

*retractãdo Herodes magno exercitu Hierosolymam

petit, vin-

dicaturus Hyrcani rebellionẽ.

impetus eius consenuisset, rogantibus, vt insurrexisse satis putaret, & minitatione vindictæ modum poneret, abstineret tamen ab Imperatoris exitio, sub quo non mediocrem assecutus foret gratiam, vt tantam potestatem adipisceretur: Læsum quidem videri, quòd in iudicium vocatus sit, sed rursus affectum gratia, quòd absolutus. Durum nimis, si iniuriam prosequatur, & pro salute ingratus sit. Dubium deinde ancipitemque esse bellorum euentum, grauem quoq; inuidiæ sarcinam, cùm Imperatori suo arma inferat, & ei qui paterno affectu eum fouerit, sæpiùs iuuerit, * nequaquàm læserit, nisi cùm malis consiliarijs vsus, vmbram ei excitauerit iniquitatis, qua se lusum arbitraretur.

**nũquàm*

CAPVT XXVII.

HIS & talibus fregêre iuuenilem impetum, bellumq́, intestinum à Iudæa remotum, sed Romanorum interuentione transfusum, atq; in eos versum. Siquidem à Cæcilio Basso Sextus

xtus Cæsar dolo interemptus est, & posteà Iulius Cæsar triennio & septem mensibus potestate functus perpetua, quia priuati habitum supergressus fuerat, in Senatu graues pœnas dedit, Cassioq; Brutoque autoribus. Vnde congregatis* vrbibus, cùm vltum iri filius Iulius adoptiuus patris exitium, adiuncto sibi Antonio destinauisset, quia maximam belli partem, missis auxilijs Herodes iuuisse æstimaretur, totius Syriæ eidem regendæ commissa est solicitudo. Quæres Antipatro causa letalis exitij fuit.

**viribus*

CAPVT XXVIII.

Malachus antipatrũ veneno è medio auferri curauit.

TImens enim Malachus Antipatri potentiam, quæ virtute Herodis cumulabatur, corruptò vno de Regalibus ministris, Antipatro venenũ parauit. Quo potato, post conuiuium statim moritur Antipater, impigro in cæteris ingenio, & maximè quęrendo stabiliendoque Hyrcani imperio virstrenuus. Tulit grauiter Herodes obitum patris, commotoq; exercitu, vltorem pollicebatur, sed fraterno consilio re-

uocatus, ne bello intestino Iudæa inter Herodem & Malachum vexaretur, parato ad repugnādum, & maximè dissimulante Malacho, quòd necis Antipatri conscius foret, in aliud genus vltionis facilè traductus est, vt satisfactione accepta, quòd nulla fraude Malachi Antipater obisset, Hyrcanum ac Malachum Herodes ad cœnā vocaret, & de sententia Cassij, qui etiā suis id negotij mandauerat ad obeundā vltionē directis: parati Cēturiones præpositiq; Romani exercitus, venientibus Hyrcano simul ac Malacho occurrēre in littore, atq; euaginatis gladijs vtrunq; eorum circūstetēre. Solum tamen Melachum multis vulneribus cōfossum ac laniatum supremo exitio trucidauerūt. Cōsternatus eo terrore Hyrcanus, sensum amisit, atq; omni solutus vigore mētis & corporis corruit. Paulisper tamen vbi sese recepit, interrogato Herode, quis præcepisset Malachum occidi, vbi cognouit ex Præpositis, Cassij Romani Imperatoris iussu necatum, ilicò respondit: Cassius ergò & mihi, & patriq; meæ saluti fuit, qui vtriusque insidiatorem

Malachus multis cōfossus vulneribus trucidatur.

torē peremit. Sed hoc siue præ metu dixerit, siue ita senserit Hyrcan. haud liquido patet, neq; nostro definiri potest iudicio. Insurrexerat Elichus, qui fraterna necessitudine Malachi mortē cupiret vlcisci, sed quia Herodē lacessere non audebat, fratrem ipsius Phaselum lacessendum arbitrabatur. Quo cognito, Herodes mouere se cupiens, retētus est corporis infirmitate. Elichus interea munitiones quasdam, & præcipuè Massadā impositis præsidijs occupauerat. Sed vbi Herodi refusus salutis vigor est, recepta omnia, ipsūq; Elichū de munitione Massadæ, Herodes obsecrātem dimisit. Interpellauerat eius potētiam Antigonus Aristobuli, administrāte sibi Ptolemæo socero, quos Herodes prælio fudit, & ecto Antigono, Hierosolymā victor reuertitur. Magna gratia etiā recentis triūphi, & præcipuè nouæ cōiunctionis. Nā primò Dosis ei coniūx adhæserat, ex qua Antipatrum susceperat filiū, posteà Mariamnem Alexandro Aristobuli filio genitam, secundis sibi nuptijs copulauerat, Hyrcano proximā, atq; ob ea regali prædi-

Elichus quì alio nomine Felix apud Ios. lib. bel. Iud. 1. c. x. & Antiq. li. 14. c. 20.

Phaselum pulsat, fratris vindicaturus mortem.

Dosis Herodis coniunx.

tam nobilitate. Nec tamen inuidiam euasit, quòd regnum præreptum ire Hyrcano affectauerat. Nam vbi bello Macedonico Cæsar atq; Antonius Cassium Brutumq; oppressere, victoresq; alter in Italiam regredi maturauit, alter in Syriam properandum credidit, legationibus plurimis affluentibus cõuenêre ad Antoniũ Iudęorum quique potiores atq; in Bithiniam proęssere, accusantes Herodẽ fratremq; eius Phaselum, eò quòd ipsi violenter inuasêre rerum omnium potestatem, nomẽ solùm Hyrcano ad speciem honoris dereliquissent. Sed præsentia Herodis prę ualuit & gratia, qui non mediocri pecunia, sed & muneribus opimis Antonij animum sibi deuinxerat. Vnde ne sermone quidem vllo perstrictus ab Antonio, euacuauit inuidiã aduersum se directæ legationis. Iterum cẽtum ferẽ viri Iudæorum Antiochiam aduscque, nõ minore spiritu accusatum profecti, apud Daphnem offendêre Antonium, iam totũ Cleopatræ amoribus deditum, atque eius libidini deseruiẽtem, ibiq́ue arguere cœperunt intolerabilem fratrum potestatem. Messala contrà refellebat assistẽtem Hyrcano, & insolẽtiam gentis redarguebat, quę factione paucorũ excitata suos detrectaret, alienos quæreret, Hyrcaniq́; iniuriã prætexeret, cùm Hyrcanus, quòd ciuibus esset accommodum, præoptauisset. Cognitis itaque allegationibus partium, interrogauit Hyrcanum Antonius, quos aptiores esse arbitraretur. Cuius affectu secundum Herodem ac fratrem eius conueniente, quum voluntati suæ responsa congruerent, delectatus admodum, quòd erat fratribus paternę hospitalitatis copulatus necessitudine, quãdo cum cum Gabinio aduenientem in Iudæam gratissimè satis Antipater hospitio recepit, multisque percoluit officijs, Herodem & Phaselũ Tetrarchas ordinauit, totiusque Iudęę procurationem agere præcepit. Hinc quoque multiplicatus est numerus cõquerentium: nam etsi alios legatorum custodia receperat, alios affecerat contumelia: illi tamẽ postea Legati ad Antonium in vrbe Tyro degentem, facta Hierosolymis seditione pergere pręce-

Antonius totus Cleopatræ amoribus deditus.

pti, voluntati ciuium non defuerunt. Et quanuis grauiter esset in reclamantes vindicatum, rursus tamen perstrepere ausi sunt: missus ab Antonio Tyriorum præses, qui corriperet insolentiæ reos, cùm tam ipse quàm etiam Herodes atque Hyrcanus quærerent, ne sibi grauissima supplicia, patriæq; perturbationes, & causas bellorum gignerent. Vbi nihil profectum, sed irrationabili contētione misceri omnia cœpere, direxit Antonius armatos: à quibus alij cæsi, alij grauiter saucij, ab Hyrcano tamen aut sepulturæ mortui, aut medicinæ: qui potuerant euadere, gratiam adepti, geminæ humanitatis occasionem dedêre, qua eius in ciues beneuolentia manifestaretur. Cæteri quoq; qui effugerant, ita vrbem exagitando exasperauerant Antonium, vt etiam in eos, quos vinctos tenebat, suprema supplicia mandarit.

Præses Tyriorum.

CAPVT XXIX.

CEsserat acerbitati insolentia, sed * decursu ferè biennij effuderat se Syrię Parthorū exercitus Pacoro Regis filio

**decursō ferè biēnio*

filio, & Barzafarmane Persarum Satrapa, Barbarum agmen ductātibus. Quibus stimulator accessit Lysanias Ptolemæi filius defuncto patre, cui cognomentum Mennco fuit, exutus iam potestate per memoratum Satrapam, solicitauit Pacorum promissis mille argenti talentis, & quingentis mulieribus, vt Antigono regnū daret, Hyrcani solueret sacerdotium. Pacorus ministro Regio partem equitatus dedit, (quoniam ipse rebellionibus intra Syriam detinebatur) vt in Iudæam transiret, atq; Antigono rem gereret, & studium eius iuuaret: sed hoc quoq; parū processerat, nisi confligentibus aduersum se Iudæis, Herode ac Phaselo, & contrà Antigono ducibus de sententia Antigoni propositum foret, vt Pacorum conciliatorem pacis reciperēt. Quod Phaselus ingenij facilitate, obnitēte Herode, probatum in tempore, mox sibi pernicioſum expertus, cognouit natura Barbaros esse infideles: nam missus ad Barzafarmanem, quasi pacis executorem & cum Hyrcano profectus occurrit Satrapæ, astutè satis velanti insi-

Lysanias Ptolomæi filius.

insidias specie benignitatis. Denique profecturis munera dabat, & quemadmodum circunuenirentur dispositionibus suis constituebat. Prosequebantur eos custodiæ magis causa, quàm socij periculorum. Deferebantur nuncij, quòd mille talẽtis Parthus redemptus foret ad exitium memoratorum. Ofellius quoque fugam suadebat, quòd à Saramalla Syrorum ditissimo factionem eis paratã cognouerat. Sed nec sic quidem adductus est Phaselus, relicto Hyrcano sibi consulere. Verùm adorsus est Satrapam grauioribus contumelijs, quòd pretio fidem proderet, plurisque pecuniam, quàm æquitatem duceret, ampliùs pro salute sese dare, quàm Antigonus pro regno annumeraret. Sed Persa fidem, quam prodiderat, periurio cõciliare sibi nisus, & suspicionem omnem depellere, haud multò pòst dolum patrauit. Nam eo præfecto ad Pacorũ, quibus id negotij dederant, Phaselum & Hyrcanum corripiunt execrationibus, quando aliud iam facere nequibant, vltum iri cupientes Barbarorum periuria, & perfidiam proditionis.

Nec minùs * Nini minister missus in Iudæam dolis prætenderat, vt caperet Herodem, sed illum iãdudum suspectantem insidias Barbarorum, grauis ad cauendum cura exercebat, seque intra munitiones tenebat. Nec simulatis à Pacoro mandatis, quibus de Phaselo eiusq; insolentia fratrem conueniret, muros egredi, & alloquijs hostium sese committendum putauit. Cognitoq; fratrem & Hyrcanum teneri, nocte in Idumæam suos præmisit, atque ipse cum seruulis insequentes Barbaros fudit. Multisq; cæsis, in Massadam sese properato gradu contulit, grauiores tamen Parthis expertus Iudæos, qui fugienti incubuerant, & suos quidem intra munitiones composuit, vltus sese de insequentibus. Ipse autem relictis præsidijs, quæ matri & fratribus iuniorib̃ præsidio forent, in Arabicam Petram contendit. Infudêre se Persę Hierosolymis, irruẽtes in fugientium domos, versa omnia in rapinas, bellũ, tumultus: eoq; iniuria processit, vt regnum Antigono traderetur. Phaselus quoque & Hyrcanus in potestatem eius

ad

*vini

ad subeunda, quæ libitum foret, consignarentur. Ille autē tenere sese diutiùs nequiuit, sed continuo in Hyrcanum facto impetu, aures eius dentibus suis abscidit, ne quando vlla rerum cōuersione recursus ei pateret ad sacerdotiū: Summum enim Sacerdotem immutilatum corpore quēquam esse oportet, nec licere per legem liquet, vt mutilato corpore quisquam summo fungatur munere sacerdotij. Phaselus ascitæ sibi mortis celeritate contumeliā præuertit, illiso capite saxis, quæ fortè occurrerant, dedignatus seruari ad ludibria, vel iussu alieno mori, qui posset vinctis licet manibus & ferro negato exitum vitæ inuenire. Fuit tamē etiam alius de eo sermo huiusmodi, quòd saucio Antigonus Medicum adhibuerit, quò venena vulneri tāquàm medicamentum infunderētur. Quilibet exitus horum principiū habuit spiritus ferocioris. Addidisse allegatur in vltimis suis, cùm iam exhalaret spiritum, cognito quòd Herodes viueret, & fugaparatas insidias euaserit, cum gratia sese obire: quia superstitem relinqueret, qui

Hyrcani aures dentibus abscinduntur

Summum sacerdotē immutilato corpore esse oportet.

Phaselus saxis capite illiso, moritur cum gratia.

qui sibi vltionem *inferret. Herodes autem properauit in Arabiam, sperans se accepturum pecuniam, qua sola Barbaricam inclinari posse crederet auaritiam, vt fratris redimeret captiuitatē, ac si vel Arabē paternæ immemorem dilectionis, vel referendis muneribus tenaciorem offenderet, æs mutuum poscceret pretium redemptionis, pro quo oppigneraret redimēdum filium, quem ad hos vsus septennem puerum secum deduxerat. Sed præuentum est pietatis studium germanitatis morte Phaseli, & in vacuum Herodes tam sedulò fraterni studia muneris exequebatur. Priùs tamen, quàm de morte fratris cognosceret, Bocchum Arabiæ Regem alienum reperit, quem amicum credebat: nam is fidem cum tempore mutauit, & iam appropinquantem Arabiæ finibus Herodem vetuit intrare. Compositò quòd sibi Parthorum nuntijs insinuatum foret, ne profugum suum in regnum Arabiæ recipiendum putaret, belliq́ue grauissimi causam sibi gigneret. Quibus offensus Herodes, continuò retulit, quæ iustæ com-

** referret*

Herodes in Arabiā properat pro captiui fratris redemptione.

Quo se sorpiæ tuna, eodē etiā fauor hominum inclinat.

Quem hîc Egesippus Bocchum Ios. li. bel. Iud. 1. c. xi. Malachū vocat.

cõmotionis dolor prompſerat, atquè inde in Aegyptum conuertit. Mox tamen Bocchum pœnituit violatæ gratiæ, miſſisq; per quos reuocaretur, Herodes præuertit. Cui ingreſſo regiones, quas Rhinocorij inhabitabãt, & de fratris interitu, & de Hyrcani captiuitate, qui ſub vinculis in Parthienem deductus eſt, veris indicijs manifeſtatũ, tantumque mœroris aſſumptum, quãtum depoſitum ſolicitudinum, vt pro bello fugam pararet. Denique Alexandriam ſummo ſtudio contendit, atque ibi cum honore à Cleopatra ſuſceptus, quòd tãti nominis virum Ducem militiæ ſuis expetendum partibus arbitraretur. Vnde poſthabitis Reginæ petitionibus, Romã nauigauit, minores procellas hyemis ratus, perturbationesque Italiæ compertas, quàm quos in Cleopatræ mobilitate grauiores omnibus naufragijs fluctus perhorreſcebat: deniq; inexpectatis vẽtorum flatibus profectus, circa Pãphiliam periculum incidit, ſed euaſit tamen, & mutato nauigio, Brunduſium priùs, atque inde Romam peruenit: Ibi paternæ amicitiæ prætoprærogatiua adijt Antonium, deploratisq; ſuis & domeſticarum ærũnis neceſſitudinũ, quibus in obſidione poſitis Romam precatũ venerat, Antonium flexit, aſſumpta ex tãta rerum conuerſione miſericordia, quia Rex dudum potentiſſimus: & qui Romanæ reipublicæ ſæpius tulerat opẽ, repentè vt naufragus, & rerum omnium egens, auxilijque inops ſuis in periculo poſitis ſuppliciter imploraret auxilium, ſedẽ mutauerit: in quo & ſi Antonius hoſpitalitatis gratia, quæ ſibi cũ patre eius Antipatro fuerat, propensè inclinaretur, maximeque quòd *idumęa Tetrarchen faciens regno prædeſtinatum reliquerat.

Herodes Romã veniens Antonũ adijt

* *dumæã*

CAPVT XXX.

CAeſar tamen beneuolentia naturali * diffuſior, & toleratam in Aegipto Antipatri militiã omnibus patris ſui Cęſaris prędijs, & hoſpitalẽ coniunctionem tanquam renouatis gratiæ pignoribus chariora habebat: ſuſpectabat tamen verſutum ingenium Regis, non æquo & bono, ſed negotiorum ſuorum vtilitatibus prauè intentum.

* *effuſior.*

tum. Senatus adeundi data copia, apud quem Messala & Atratino astruētibus paterna benè gesta, ipsius quoque Hero dis officia erga Romanam Rempubli-cam patrum autoritate decretum est, vtile Romano imperio regnum Herodis videri, quod adstipulante Antonio, bello aduersus Parthos gerēdo adiungi Romanis memorati Regis societatem conduceret, dimisso Senatu, Cęsar atque Antonius & Herodes pariter egressi curia, prosequentibus magistratuum officijs deducuntur. Primoq; die, quo regnum Herodi senatusconsulto delatum foret, Antonius adornat conuiuium, Regemq; inuitat. Eodem ferè tempore Iosippus frater Herodis aquæ inopia fugā in nocte composuerat, sed tanta subitò vis pluuiarum terram infudit, vt omnes repleret ductus aquarum. Itaq; reuocato transfugio, quod ad gentem Arabum parabat, obsidentis Antigoni copias partim insidijs, partim congressione, atq; aperto prælio fudit, sed & ipse plerunque aduerso exitu sese in castrum recepit. Et iam Herodes ex Italia in vrbem Syriæ

Herodi regnū Senatusconsulto defertur.

Syriæ Ptolemaidem improuisus aderat, propereque egressus nauigio, cum ingenti manu ciuium & peregrinorū Antigonum petebat, occurrentibus sibi Ventidio & Silone Ducibus Romanæ militiæ, quos Antonius deducendo Herodi adesse præceperat. Eos Gellius in hos vsus directos ab Antonio licet abhorrens studio, quòd vtrunque eorum Antigonus pretio auerterat, specietamen de proximo conuenire suaserat, siquidē in proximis vrbibus, ob reprimendi belli Parthici tumultus, Ventidius immorabatur. Silon autem intra Iudæam positus aperta cum Antigono societatem pecunia conficiebat: nec tamen Herodes auxilio egebat, cui præter paucos Galilæorum vniuersi adhæserant: & quia propositum erat, vt de Massada suos quamprimùm eriperet obsidioni, Ioppen in medio positam pugnando cepit, aduersariorum manu refertam, ne ad vlteriora progressus, hostem à tergo relinqueret: & quamuis iter eius Antigonus impedire cuperet, tamen facilinegotio MASSADAM recepit,

Ventidius & Silō Romanæ militiæ duces.

ſuosque exemit periculo. Deinde profectus Hieroſolymam cùm omnia feciſſet, nepugnandi haberet neceſſitatē, aſſerens ſe pro ciuibus aduerſus rebellionem, non aduerſum ſuos prælium recepiſſe: laceſſitus ab Antigoni fautoribus ſagittis, & leuioribus ſpiculis de muro ſibi obſtrepentes fugere coegit. Nec vlla fuiſſet victoriæ mora, ni dux Romani agminis Silō ſubornâſſet milites, qui de inopia querelam exprome rent, vaſtataq; omnia circa muros, difficultatemq; vtenſilium, & anguſtias alimentorum prætenderent: & iā tempus adeſſet, quo ad hybernacos concedere oporteret, rupturos imperium minarentur, ni ſibi acquietum foret. Iamque ſeditio conualuerat, niſi Herodes centurionibus pariter ac militibus Romanis medium ſe offerens orauiſſet, ne deſererent eum, quem Cæſar & Antonius, Senatus quoque tuendum ſibi commiſerant, quum præſertim nihil defuturum vſibus polliceretur. Et cōpleta oratione in regionem egreſſus, ſubitò rerum omnium abundantiam exercitui ſuppeditari fecit, vt nulla Siloni

loni ſupereſſet cauſatio: & inde erectis vniuerſorū animis, cum duobus millibus peditum & quingentis equitibus Idumæam recepit: quieto iam Romanorum agmine, atque in hybernis locato, dux facti Ioſippus leuiori electus negotio, ne quid aduerſus Antigonū maiore periculo vſurpandum arbitraretur: Ipſe autem ſuos ex Maſſada trāſlatos, cùm in Samaria prouiſis, quę munimento & vſui fore crederet, conſtituiſſet: glaciali hyeme & repleris niue locis omnibus, præueniens aduentus ſui nūtio Sephorim priſco vocitatam nomine, quam Diocæſaream poſteà nūcupauerunt, ſine vllo ingreſſus prælio reficiendis, quos hyemales pruinæ atque aſperiora gelu itinera fatigauerant opportunam exiſtimauit: erat enim illic & alimentorum multa copia. Vbi refectis cibo & ſtatiua interpoſitione militibus, aduerſum latrones prælium adoriundum putauit, qui totam percurrentes regionem, non minore quàm bellica incurſione locorum incolas attriuêre. Itaque primò partem quandam equitum & peditum

Ioſippus dux facti.

in vicum Arbelam præmisit, & ipse cũ reliqua manu post quadraginta dies affuit. Nec tamen exercitus specie territi latrones, sed cum armis occurrendum rati, præferebant disciplinam bellicam & latronum audaciam: conflictu habito, cessit cornu Herodis sinistrum, sed citò reparauit Herodes, & adhibitis adiumentis, suos statuit, insequentes perculit, atque infregit impetus eorum. Qui cominus pugnantem Herodem pati nequiuêre, declinantesq; vsque ad Iordanem secutus neci tradidit. Reliqui omnes supra fluuium dispersi, vt omni incursionum metu Galilæa absolueretur: residentibus tãtummodò, qui se latebris recondentes ac velut infodientes speluncis, victoriam morabantur. Erãt autem in prærupto montium, concauis saxorum lateribus, inhorrentes specus, inter scrupeas rupes, in uio vndique & impossibili, nisi locorum incolis, accessu. Qui transuersarijs semitis & angustis callibus, quibus solis adiri solerent, periculi vsu, vt aduersus periculum deprehẽdendi tutiores forent. Cœci intus antrorum recessus,

cessus, quorum in fronte petra, vsq; ad profundas congregationes aquarum, velut quodam continenti iugo prominens, spem adeundi excluderet, lubrico vndique situ, de supercilio montium cadentibus aquis, & amnium cursu fragroso, vt * præcipitium fluentorum ruina, & saxum imminens charraris plus terroris daret. Denique aliquandiù Rex in incerto hæsit, non reperiẽs quemadmodum naturam vinceret. Posteà verò huiusmodi commẽto vsus, vt in modum arcarum machinato munimine, validissimos quosq; includeret: in ipsa spelæorũ ora armatos, retinaculis quibusdã depositis, qui facilè inermes cedere, & cum omnibus necessitudinibus, & generatione interficere cœperunt: at si qui resistere auderent, eos iniecto igni exurere. Nullus pietati locus: Quinetiam volens Herodes pleroſque eripere neci, atque ad se confugiendi fiducia dare, auertit magis: ita vt nullus voluntarius Herodi adiungeretur, & si qui adigebantur, mortem præferrent captiuitati. Denique vnus de senioribus, cui septem filij

Descriptio horrẽdorũ montium.

*præcipitiũ

Senior qui dã filios vnà cũ vxore interimit. tandẽq; seipsũ præcipitat.

vxorq; adessent, quorum saluti consulere posset, omnes eos tali occîdit modo. Singulos quosque progredi iubens, ipse in ingressu stetit, & procedẽtem de filijs interficiebat. Despiciens Herodes tam triste facinus ac miserabile, paterna perstrictus necessitudine, arcebat manu, & verbis rogabat, vt parceret liberis, impunitatem pollicens: at ille haudquaquam * vllis inflexus vocibus, atque insuper regi conuitiatus, supra filios etiam vxorem peremit præcipitatis ex alto cadaueribus filiorum, ad vltimum semetipsum in profundum præcipitem dedit. Perterritus his Antigonus, quòd tã facilè Herodes latronum multitudinẽ, locorumq; su perauisset difficultatem, ipsius quidem præsentiam declinauit: sed conuertit sead Ptolemęum, quem Herodes parti exercitus præfecerat, & vir ad futta belli petidoneus, per eos, quibus mos erat turbare Galilæam, improuiso impetu Ptolemęum iugulari coegit: Iosippum quoque fratrem Herodis, germano in alijs occupato partibus, impigrè repugnãtem cum militibus Romanis, qui in

* vllius

Antigonus Ptolemeũ improuiso impetu iugulari coegit. & Iosippũ Herodis germanum trucidat.

in adiumentum eius temerè collecti aduenerant, delcuit. Nec tanto contẽtus triumpho, addidit etiam victoriæ grauem in defunctum contumeliam, vt abscisso capite relinqueretur: pro quo Pherora frater peremptì quinquaginta talenta obtulit, nec impetrauit. Qua victoria rursus in Antigonũ plurimorum intra Galilæam studia conuersa, renouataque belli negotia. Antiochiam Herodes contenderat, illic amœno satis loco, quem Daphnen vocitant, requiescebat. Vbi accepto germani necis nũtio, paulisper * ingemẽs, passioni mœrorem distulit, vindictã parauit. Non tulit Antigonus * furorem dolore, sed intra munitiones sese recondit. Irrupit Herodes, vt persequeretur tanti facinoris autores, & facilè occurrentia auertit agmina. Erat multorum nex plurima, obstructæ viæ iacentium cadaueribus, vt itinera ipsa peremptorum funeribus replerentur. Peractum esset prælium, omnibus fuga versis, si Herodes Hierosolymam protinus dirigẽdum iter æstimauisset. Abiecerat Antigonus hastas, vltimũ sup-

* *ingemiscens.*

* *furentem*

Maxima strages ab Herode facta.

plicium pertimescens. Confusi omnes metu, adeò vt cùm asperitate hyemis reuocatus à persequēdo esset Herodes, & armis depositis, balneū esset ingressus, vno comitatus seruulo, occurrerunt ei tres viri districtis mucronibus: deinde plures, qui fugissent de prælio, latibula quærentes, hi viso Rege, turbati metu pertransiêre, atq; ad exitum balnei festinauerunt, vt possent euadere, qui potuerant necem Regis patrare, bellumque absoluere. Denique nemo fuit, qui fugiētes corriperet, vnde conijciens Herodes, quāta hostibus formido inesset, incubuit prælio, & Pappum ipsum Ducem aduersi agminis interfecit, atque eius abscindi caput iussit, quod ab eo frater Iosippus regius interemptus foret.

Herodi balneū ingrediunti tres viri districtis occurrunt mucronibꝰ

CAPVT XXXI.

ANtigonus interea, fugam quā parauerat, distulit: quem morātem Herodes circumfuso exercitu obsedit: Incubuitq; ea parte, quæ erat ante templum, qua parte etiam Pompeius murum irruperat. Tāta autem iam victoriæ

riæ Regi præsumptio, vt etiam obsidione cœpta ad accipiendā vxorem Alexandri filiā deflecteret, hymenæis classicum mutans, & nuptias bello intermiscens, atque ex occasione prælij conjunctionis oportunitatē adeptus, à festis ad bellū reuertitur. Occurrit & Sosius missus ab Antonio in adiumentū Regium, ita cōiunctis viribus, cùm vsu belli & disciplina militari Romani præstarent: & Regi studio placendi inniterentur, vix quinto mense facta irruptio, Herodianis murum ascendere ausis. Irruentibus autem Romanorum Cēturionibus oppidum, innumeræ factæ cædes, vastata circa templum omnia. Alij fugientes ad templum, alij cōgregati intra domos obtruncabantur, nulla miseratio senectutis, nulla infantiæ, aut muliebris infirmitatis. Obtulit se Antigonus, & immemor loci, deiecit se ad pedes Sosij. At ille, quem tantarum conuersio admonere debuit misericordiæ, conuitiatus iacentem Antigonum vocauit, nec tamen quasi mulieri pepercit, sed vinctum in carcerem detrusit. Fluctuare

Antigonus deijcit se ad pedes Sosij.

ctuare Herodes, quomodo Romanorum manibus eriperet patriam, quomodo templum à gentilibus incoinquinatum reseruaret. Festinabāt enim Romani spectare mysteria interiora, profanare sancta sanctorum. Rex verò nunc prece, nunc minis remouêre singulos, fuga deteriorem arbitratus victoriam, si quid sacramentorum diuulgaretur. Instare ad prædam Romani, Herodes resistere, ne vacuam sibi vrbem relinquerent, regnumque sibi superesset deserti. Sosius contrà captæ vrbis prædam militibus deberi asserebat. Sed Rex de proprio spopondit militi secuniam daturum, atq; ita reliquũ patriæ, quod remanserat, pecunia redemit: vt promissum impleret humanissimè milites suscepit, rationabiliter Duces, ipsum quoque Regia liberalitate Sosium remuneratus est, nemo ingratus recessit. Sosius coronam Deo obtulit, & profectus secũ abduxit Antigonum ad Antonium, quem ille, quasi degeneris animi virum, securi percussit.

Antonius Antigonũ securi percussit.

CA

CPVT XXXII.

HErodes autem plurima etiã suis largitus, plurima Antonio amicisq, eius dona dedit, nec tamen redimere ab Antonio potuit securitatem sui. Iam enim Antonius Cleopatræ amori defœneratus inseruiebat, atque addictus eius libidini famulabatur, sed vincere non poterat fœmineas auiditates, & maximè exercitatæ mulieris in cædibus propinquorum, quibus extinctis, possessionem eorum, quasi spoliũ suis iunxerat: eadem auaritia simul & crudelitate, si quos de Syria locupletiores fama acceperat, interficiebat: atque addicto iam ad suas libidines Antonio, regnum quoq; Iudææ & Arabiæ, extinctis vtriq; genti imperitantibus, auaritiæ suæ adiungi posse arbitrabatur. Sed quanuis libidine ebrius, somnograuis, in hac tamen parte resipuit Antonius, vt tales viros, & potentissimos Reges, pro imperio petulantissimæ mulieris extinguere detrectaret. Tamen ne immunes dimitteret, amicos eorum perculit, possessionis maximam partem ademit, eamq; præcipuè, quæ

quæ balsamum gigneret: Vrbesq; omnes, intra Eleutherũ amnem sitas, Tyro tamen & Sidone exceptis, Cleopatrę cupiditati adiudicauit. Quæ tali mercede à viro delinita, vsque ad Euphraten prosecuta proficiscentẽ in Parthos Antonium, per Iudæam reuertit: vbi donis muneribusq; maximis conciliare sibi Reginæ animum Herodes non prætermisit. Cui secundæ res superbiam augebant, vt muliebris impotẽtia supra modum sese extolleret. Siquidem non multò pòst ei Parthorum Rex Artabazes, Tigranis potentissimi Regis filius dono est datus. Quem Antonius captiuum tenens, cum omni præda & spolijs Persicis triumpho debitum, quasi vile mancipium mulieri addixit: vt quò illustrior fuerat victoria, eò turpior esset largitio, quæ Regẽ tanto ludibrio dehonestaret. Nec tamen diutiùs potitus secundis, qui vti illis nesciebat, insolẽtia muliebri Augustum in se excitauit. Itaque bellum Actiacum magnis vtrinque parabatur motibus. Promptissimè Rex cum Antonio gestiebat bellum subire, quia & Iudæa

Iudæa ab hostili tumultu vacabat, & Hyrcaniam à sorore Antigoni diu rerentam receperat. Sed in hoc quoque Herodes beatissimus, cui inuisum est periculis alienis sese miscere. Volens itaq; Cleopatra alienare animum eius à Regibus, atq; auertere, suadet viro, vt bellum aduersus Arabas gereret Herodes: quo si superior esset, Arabia Reginæ cederet: si inferior, dominatus Cleopatræ in Iudæam extenderetur. Vter uicisset, alterum solueret. Quod consilium non ex dispositione, sed ex vsu in Herodem inclinauit, qui simul, vt prælium adorsus est, validior equitatu auertit hostem, in exitu multitudine hostium superatur, & numero circumuenitur. Congregatis in Canatha viribus aduersariorum, aduersum quos densa reaciem volens, elatis suorum animis successu priorum, eaq; causa in hostem irrumpentibus destituitur, & maximè fraude Athenionis, quem Cleopatra Ducem adiunxerat, non vt adiuuaret Herodem, sed vt in ipsa desereret necessitate. Deniq; destitutum exercitum eius in locis saxosis atque inuijs adorsi

Consilium Cleopat. Antiq. lib. xv. c. xiiij.

Ara-

Arabes, graui cæde ſternũt funduntq;, & fugatos vſque ad refugia ſecuti exitio dedêre: affuit Herodes ſeriùs quidẽ quàm neceſsitas expoſtulabat: ſed tamen vltus ærũnam, poſterioribus præliis ita Arabas afflixit, vt vnam illam victoriam ſuam ſæpiùs deplorarent.

Magnus terræmotꝰ

Accidit etiam motu terræ grauis animorum defectio, quo pecorum plurimum, hominum quoque triginta ferè millia conſumpta ſunt. Militaris tamen omnis manus, eò quòd ſub dio habitabat, incolumis perſeuerauit. Hinc quoque erecti animi hoſtium, vt arbitrarentur, quòd deſertam Iudæam facilíùs inuaderent, & perculſos talibus prodigijs affligerẽt. Vnde eos Herodes ad defenſionem ſui erigendos putauit, & maximè quia Legatos, quos in Arabiam miſerat, necatos dolo compertũ habebat. Hoc ergò trepidãtes ſermone adorſus eſt. Cùm tot ſecundis noſtrorũ prælijs, fractæres hoſtium vſq; ad ipſorum fuerint confeſsionem, qui veſano dolore perciti, quaſi victi Legatos noſtros peremerũt, mirum mihi videtur, quòd metus vos irrationabilis in tantũ percu-

Oratio Herodis ad ſocios.

perculerit, vt fortuita elementorũ notis iam virtutũ ſucceſſibus præferatis. Nulla congreſſio fuit, qua non ſtatim Arabes ceſſerint, atque in fugam conuerſi, cedendum exiſtimauerint: &, vt ſe habent furta belli, fraude atque inſidijs remedia captauerint, non vt ipſi vincerent: ſed vt noſtram differrẽt victoriam. Pro quibus cùm confidere oporteret, exagitatiò ſucceſsit quaſi formidabilis belli, quia terra tremuit, cũ ſoli innocui fuerint, qui prælia gererent. Aut ſi conſiderare velimus, quibus offecerit, Arabes potiùs æſtimabimus, quos in bellum reduxit, ne ſe fugiendo ſubtraherent fortioribus. Video enim illos non armis, aut viribus fretos, ſed pecoris noſtri diſpendio in aciem remeâſſe. Fragilis autẽ ſpes, quæ non ex propriæ virtutis fiducia, ſed ex aliena pendet miſeria: cùm in terris nihil tam mutabile, quàm vel ſecũdæ res, vel aduerſæ. Exiguis enim momentis ſtatus rerum humanarum nouantur. Nec proſperitas diuturna, nec ærumna eſt pertinax. Itaque nec miſerum eſſe, nec contrà perpetuum eſt, ſed alternæ

Fragilis ſpes, quæ nõ ex propriæ virtutis fiducia, ſed ex alienapendet miſeria.

frequenter, & in ijsdem variæ vices rerum. Deniq; ex nobis exẽplum capessere licet. Conflictu superiore potiores fuimus, sed in processu prælij sors mutata, vt vinceremur ab his, quos viceramus. Ergo & nobis sperare suppetit, quòd vincantur à nobis, qui nos vicerant. Incauta enim semper nimia præsumptio, & sui negligens. Timor autẽ prospicere futuris admonet, & diligẽtiam docet. In prosperis audacia obrepit, & inconsulta temeritas nescit cõsilium ducis expectare. Deniq; cõtra sententiam meam progredientibus vobis Athenionis nequitia nocendi locum reperit. Nũc mihi trepidatio vestra vadatur prærogatiuam victoriam. Erigite igitur animos, & veterem Iudęorũ magnanimitatẽ attollite. Nec vos insensibilium cõmotiones pertereãt, nec terrarum motus alterius ærũnę indices arbitremini. Habent suam noxam passiones elementorum: nec aliud timeatis, quàm quod in ipsis *offensibus est. Nõ enim signa periculorũ sunt in terrę motu, atq; animantium lue, sed ipsa pericula. Nihil est quod timeamus, quasi

*offensiõis

quasi graula perpessuri qui pertulimus grauissima. Propitius iam potest esse, qui vindicauit: & mitior, quàm si non vindicâsset. Quid seruatur post terræmotum ac pestilẽtiam, nisi misericordia? Quia soluimus duplicia peccata. Et tamen nos, quod bello vtile sit, integrum habemus. Pestilentia enim extra bellum positos abstulit: nostra autem victoria id hostibus ademit, quod bello idoneum legerãt. Deinde nobis pecus mortuum, illis cõsilium, qui legatos, quos misimus, contra ius fasque iugulandos putauerunt. Præuaricati sunt legem omnium hominũ, ipsorũ etiam Barbarorum: quoniã apud ipsos quoque, qui nesciũt humanitatem, inuiolabiles legati habẽtur: dum vindicta cœlestis reformidatur, & tanti sceleris vltor Deus timetur. Hoc ergo admiserũt aduersarij nostri, quod nec humanæ nec diuinæ leges inultum relinquunt. Egrediamur ergo, non pro finibus aut spolijs, sed pro diuina iniuria pręliaturi. Incitet nos ad bellũ, nõ coniugij aut prolis charitas, sed præsumpta protectio Dei. Non arbitria nostra,

Notatu dignissima.

Optima belligerãdi intentio.

sed diuini iuris præcepta exequimur sacra, vt pro his vindictam reposcamus, quos inuiolabiles esse oportere religio iubet. Inter arma hostilia legatio sola pacis sequestra est: exuit hostē, qui legatione fungitur, quorum nunc sanguis clamat ad Deum, & vindictam reposcit. Festinemus igitur ad prælium, dum vltorem habemus Deum cæsorū vindicem. Illi pro nobis meliùs præliantur, & circumfusi Angelorum legionibus, in acie prætendunt. Talibus hortatus milites, in hostem ruit, omnem occasionem belli requirens. Erāt Arabes præstantiores numero, sed animis infirmiores: vnde congressione habita, ceciderunt ferè eorum quinq; millia. Reliqui sese in munitionem recipientes, aquæ inopia fatigabantur, vt legatione missa pacem pretio deposcerent. Sed cùm se protrahi viderent, & sitis ampliùs aquis deficientibus accenderetur, egredientes pleriq; sese of-

volũtarij Ferro quã siti præoptãt perire.

ferebant hostibus * voluntariò, ferro quàm siti præoptantes perire. Quos vinctos seruabat Herodes, ne quid esset insidiarum. Itaq; quatuor diebus quinq; ferme

fermè millia recepta sunt, alijs ad bellum prodeuntibus, iterum ad septem millia virorum cęsa. Qua plaga humiliati Arabes à Rege, quantò virtute inferiores, tantò consilio pręstantiores: Quem aduersarium habebant, quasi defensorem, & auxiliatorem sibi ipsum expetiuerunt.

CAPVT XXXIII.

SEd maior victorem solicitudo perculit, vt qui sibi alios subiecerat, non iam de finibus, sed de toto regno periculum imminens perhorresceret, victo Antonio, quem fida sibi amicitia copularat. Denique Augustus Cæsar Actiaci triumphator certaminis, necdum superatum Antonium arbitrabatur, cùm Herodes supereſſet victoriæ. Anxius itaque Rex, cùm Rhodum accessisse Cæsarem vero indicio comperisset, nauigauit ad eum, ne fama terrenum iter eius præuerteret. Aduenienscq; depositio diademate, sese obtulit priuato habitu, sed mente Regia. Denique nihil veritati subtrahens, constantiam tenuit, autoritatem reseruauit. Ego, inquit, Auguste fateor, me

Oratio Herodis ad Cæsarem.

fidelem fuisse Antonio socium, vtpote qui ab eo regnum acceperim, cui me debitorem adhuc non abnuo, idq; armis probâssem, si Cleopatra non inuidisset,& Arabes nõ impedissent. Ea necessitate arma aduersum te non tuli: non quasi amici desertor, aut prælij pauidus, sed quasi domi rebus gerẽdis occupatus. Ingratum me tamen sibi non sensit Antonius, quòd & adiumẽta exercitus, & frumẽti innumerabiles copias absens miserim. Sed & tu Cæsar me non ingratum beneficijs eius iudicauisses, si Actiaco bello interfuissem. Vide quàm nihil subtraham. Plus meruo apud te ingratus in hostem tuum, quàm in te hostis videri. Iudicium mihi tuum grauius quàm bellũ est, apud quem non virtutum merita, sed* vitia periclitantur. Vnde & ego malo apud te de fide, quàm de perfidia causas dicere. Vide Cæsar, quàm integrum Antonium non deseruerim, victum non refugi. Vicisti Cęsar Antonium legionibus tuis maximis, vicisti consilijs tuis, vicisti imperij Romani viribus, quod dereliquit & quod negauit: & verè victus

*crimina

est virtutibus tuis sed magis moribus suis. Vicit eum Cleopatra vxor, vicit eum Aegyptius amor, vicit eũ Conopæa luxuries. Victus est, quia maluit cum Cleopatra vinci, quàm sine ea vincere: vicit eũ mulier infestior suis, quàm aduersarijs. Suaseram mortem mulieris, si vellet sibi consulere: promiseram auxilia, quibus reparare afflictum: promiseram vires, quibus fugacẽ tuerer, meipsum belli consortem obtulerã: sed mentem eius obstrinxerant Cleopatræ cupiditates: victus est, quia audire me noluit: victus sum & ego cum Antonio, minore tamẽ flagitio: quia illum Cleopatra vicit, me Antonius. Ille Barbaram, ego amicum non dereliqui. Cum illo posui diadema, sed ad te venire timens amici fidelis gratia, sequestraui regni insignia, sed non abieci virtutis conscientiam: vt voles, iudica. Ego tamen quauis sorte iudicij tui referam mecum, quod cuiusmodi fuerim amicus, æstimabitur.

CPVT XXXIIII.

Responsio Cæsaris ad Herodem.

REspõdit ad ea Cæsar: Salue, inquit, & nunc magis regno tuo vtere, quia

quia nõ inuidemus virtutibus, sed delectamur. Dignus enim es pluribus imperare, qui sic tueris amicitiam: & vt in aduersis positum non abneges, & amicum tibi confiteri non erubescas. Sed adorere fœlicioribus adhærere, & conseruare fidem in prosperis, *iam in aduersis satis probâsti. Vicerit te Antonius, sed non ego victum putabam, quem amicitia parem fecit victoribus. Propterea expeteris à nobis, quia nullus te belli euentus mutauit: quandoquidem non tu Antonium deseruisti, sed te Antonius, qui Cleopatræ magis quàm tibi credidit. Insipientia illius te nobis acquisiuit, quia pernitiosissimã sibi elegit, fidelem repudiauit. Nec mirum, si Cleopatræ Antonius victus adhęreat, à qua victor captus est. Quid miraris, si à te desistere fecit Cleopatra Antonium, cùm à me dissociauerit, atque ex consorte imperij hostem fecerit? Ergo & quia tu nobiscum repudiatus es, & ideo nobiscum regna. Nec hoc quidem beneficio vacat, quòd dum nos bellis occupamur ciuilibus, tu indomitam Arabum gentem subiectam feci-

*quam

feciſti, quia Iudæorum hostes pro nostris ducimus. Nobis enim arma inferunt, qui vos lacessunt. Nobis ergo militasti, cùm tibi vinceres: & ideo te remunerabimus, vt regnum tuum confirmetur nostro munere. Interìm nihil imminuisse non parua gratia est: adoriemur in reliquum, vt non requiras Antonium. Neq; enim dignum est, vt quem bello vicimus, non vincamus beneuolentia. Cùm hęc dixisset Cæsar, imposuit diadema capiti eius, sedulitatem adiungens muneri. Qua dignatione Cæsaris inuitatus Alexander, ex amicis Antonij virum, cui Cæsar maximè indignaretur, volens *abducere offensioni, multa deplorabat prece: sed indignatio nimia nullũ veniæ locum reliquit. Proficiscentibus inde in Aegyptũ, prosecutus Cæsaris iter suppeditatis omnibus, quæ vel ipsi, vel exercitui vsui forent, maxima sui gratia Imperatoris sibi studia conciliauit Herodes: præcipuè quia in locis ardioribus vsque Pelusium, Regali prouisione aquarum affluentia subministrata: quibus officijs tantum sui amorem

Herodes p Alexãdro fruſtrà intercedit.

*subducere

infudit omnibus, vt plus videretur me ruisse quàm accepisse. Minor quoq; regni potestas, quàm humanitatis largitas æstimaretur. Vnde Cæsar ex sententiâ rebus intra Aegyptum gestis, Antonio & Cleopatra defunctis, non solùm quæ adempta erant, Herodi reddidit, verumetiam prętter illa, quæ Cleopatra auerterat, Gadaram, *Ioppē, Samariam quoque ei concessit. Maritimas quoq; vrbes, Gazam, Arithedanam, Ioppen, turrim Stratonis simul donauit: quadringentos quoq; stipatores ex Gallia, quibus septa incedebat Cleopatra, ad custodiā corporis Regi concessit, multaque alia. Sed his omnibus Rex pluris habebat, quia à Cæsare super omnes, infra Agrippam tamē, diligebatur, ab Agrippa infra Cæsarem.

Cæsar Herodi multa donautt.

**Hipponē*

CAPVT XXXV.

QVintodecimo itaq; sui regni anno, vt beatitudini suæ responderet, & gratiæ tanto rerum secundarum successu leuatus, ad pietatem intendit, & vt se gratū cœlestibus in se supra modum fluentibus beneficijs demonstraret, templum ornauit: omnemq; illū circa

circa templum loci ambitum circumuallauit muro, geminatisq; spatijs inclusit immensō ædificandi sumptu, & exquisito decore. Indicio erant magnæ circa sacrariū porticus, quas extruxit ex fundamentis: nec minor tuendi quàm ornandi intentio. Siquidem castrum Aquiloni subiacens cōmuniuit, quod appellauit Antoniam propter Antonij gratiam, nullo inferius superiorū palatiorum. Addidit etiam in ipsa arce Regiæ domus gemina habitacula, maximi ambitus & mirabilis pulchritudinis, quorum gratiæ nihil conferendum arbitreris. Vnum eorum Cæsarium, alterum Agrippium nuncupabatur, vt in suis ædibus tantorum amicorum diuturna memoria celebraretur. Vrbem quoq; Sebasten non solùm Rex ædificauit, sed etiā repleuit inhabitātibus. Ac ne singula persequar, haud vllum facilè prætertijt locū vetustarum vrbium, quem nō renouaret labētem, aut additis, quæ deesse videbātur, ædificijs ornaret. Liberalitates quoque suas vsq; ad quinquēnalia diffundens certamina: vnde illud hominū genus effusis

Herodes tē plū exornat mirificè.

diui-

diuitijs locupletauit. Templum etiam Cæsari de marmore albo condidit ad fontes Iordanis, adeò immemor factus religionis, vt homini tẽplum faceret, vsumq; gentium in Iudæam induceret, loco nomen Panium est: Vbi mons altitudinis excelsæ vertice summo in sublime porrigitur, cuius in latere vmbrosum aperitur antrum, per quod graue olentis præcipitij profundum sæuam exhalat mephitim. Intùs aquarum congregatio, & sine vllo motu multa vis inerat, vt æstimatio profundæ altitudinis non comprehenderetur. Foris autem circa ipsius antri radices fontes scaturiunt: Vnde ortum illic Iordanis pleriq; æstimauêre: nobis tamen, quid veritas habeat, in posterioribus aperiendum videtur. Erat in maritimis ciuitas, quæ Stratonis turris appellabatur, iam fessa bellis frequẽtibus, & vetustate ipsa inclinata in ruinam: opportunitate tamen & gratia loci præminẽs, quam renouauit lapide albo, & * varijs ornauit ædificijs, atque in ea magnanimitatis suæ virtutem, & elegantiã operis expressit. Inter duas

Mõs excelsæ altitudinis.

**aulicis*

duas enim maritimas vrbes, Doram atq; Ioppen sita in medio: vtraq; ex parte perstringitur Importuoso littore, vt omnes, quicunq; ex Aegypto Phœnicen prætermeare desiderant, in salo fluctuent, quia frequenter illic mare ventis excitatur, & maximè Libycis spiramine, cuius etiam moderatiore flatu fluctus attollitur: denique illisus præcurrentibus saxis, & fracto repercussus impetu, efferum mare cadendo exasperat. Itaq; rex nullum impensis statuens modum, magnanimitate vicit naturam, portumque maiorem Pyræo constituit, atq; in eo penetrata rupium vastitate, stationes tutas composuit. Mẽsus quoque spacium, quod magnitudini portus conueniret, saxa ingentia in mare iecit, quibus inesset plerisque altitudo pedum quinquaginta, alijs etiã excelsior. Distinxit ipsum maximis turribus portum, quarum vnam Drusion vocauit, vt Drusi nomen, qui de Cæsaris maioribus fuit, insignibus sui operis intexeret. Gradus etiam breuiores locis interposuit frequentioribus, per quos sine graui labore nauigia

sub

subducerentur. Tribus etiam colloſſis ingentibus totã portus illius gratiam venuſtauit. Iterum tẽplum * Cæſaris editiori fundauit loco, & templi medio coloſſum conſtituit Auguſti nomine, velut ſimulachrum ipſius, quod non minoris magnitudinis foret ſimulachro Olympij Iouis aut Iunonis Argiuæ. Neſcias pulchritudinem in tantis difficultatibus, an validitatẽ operis, ac munimentum in tanto decore præſtare ampliùs putes, quandoquidẽ in ſolubile maneat opus, & mari, & vetuſtati. Acceſſit itaque in eo opere multiplex gratia. Nam & vrbs maxima accreuit Prouinciæ, & portus nauigantibus, & honor Cæſari, cuius ex nomine Cæſarea in hoc tempore vocatur.

*Cæſar

CAPVT XXXVI.

HAnc Regis potentiam proſperis affluentem ſucceſſibus vnius mulieris expetita ſocietas inclinauit, mœſtisque infregit doloribus, ex quo aduerſum ius fasq; coniugium dignitate potiùs generis, quàm charitate, vſu quodam Regio metiendum exiſtimauit. Habebat autem in cõſortium, Doſidem

ſidem nomine, Hieroſolymitanã fœminam priuato ſibi antè ſociatam, quę gratior eo eſſe debuerat, quo fuerat felix marito, cum qua regale fuerat adeptus faſtigium. Verùm immemor gratiæ proijcit Doſidem, ſociat Mariamnem Ariſtobuli neptem, Alexandri filiam. Itaq; dum ſequitur nobilitatem, perturbationem incidit, qua ſibi domus propria non cõueniret, cui diuerſarum Prouinciarũ multiplex obtemperaret populus: ac ne oculi nouæ nuptæ odio nouercali domi poſito eo, quem Doſis generauerat, offenderentur, ejectus non ſolùm paternis ędibus, ſed tota quoque vrbe Antipater (id enim iuueni nomen) infauſtis nuptijs locum fecit, quas pater vnici filij exilio concelebrauit, vixque feſtorum dienum ſolennitatibus arceſſebatur: videns mulier morigerari ſibi maritum, etiam pietatis conuitio in ſuperbiam conuerſa, addita eſt etiam cauſa, qua iure eius animus inflammaretur: quia Hyrcanum auum ſuum, viri ſui inſidijs nouerat extinctum, falsò ſuſpectum propter regni cupiditatem:

Doſidẽ Herodes habuit vxorẽ de qua Antipatrũ ſuſcepit filiũ.

Ipſe

Ipse est; de quo suprà memorauimus, quem Barzafarmanes, qui Persis imperitabat, cùm occupâsset Syriam, captiuum abduxerat, atque in Parthia primò retentum, postea Iudæis postulantibus, qui supra Euphraten inhabitabãt, miseratus sortem inclinatam permiserat: atq; vtinam vt concessus fuerat deprecantibus, ita etiam credidisset monentibus, ne more ingenij humani propinquorum eum potentia solicitaret, vt ad Herodem transitum faceret, eam illi periculo futuram, quòd nullos magis regni cupido seruãdi, quàm proximos exagitaret, atque à propinquis caueret. Verùm ille tædio peregrinationis, & suorum desiderio trãsiuit Euphraten, in Iudæam reuertit. Quod altiùs in pectus Herodis, quàm quisquã ratus erat, descendit, non quòd ille regnum affectauerit, sed quia viro regij generis, & diu exercitatę priuilegio potestatis, incertũ, an ab eo abstinere se posset, ęstimabatur. Laqueus igitur mortis Hyrcano, cõiugium neptis fuit, cuius gratia properauit ad Herodẽ: nescius, tutiùs apud hostem captiuos degere, quàm

quàm apud Regem propinquos. Nulla iraq; vel leui regnandi suspicione, hoc solo interemptus est, quòd ei competere regnũ videbatur. Diligebat intereà Mariãnem impenso amore, nec offensam volebat: Cumulauerat mulieri gratiã numerosior partus. Nam quinque ei generauerat filios, sed ex tribus maribus iunior Romæ obierat, dum literis imbuitur liberalibus. Reliqui duo vltra priuatorum modum Regio cultu celebrabantur. Suffragio erat iuuenibus matris nobilitas, & suus ortus in regno, quòd imperante iam patre geniti forent, sed amor maximè Mariamnes, quo Rex magis magisq; quotidiè accendebatur: vt cùm ipsi nulla vicissitudo amoris à coniuge rependeretur, caueret tamen, ne in aliquo mulieris animum mœstificaret. Aequa lance odium mulieris, & amor viri aduersum se certabãt. Iustiùs tamen Mariamne amãtem se virũ oderat, quàm Herodes Mariamnem amabat non amantem. Suppetebat mulieri odium de flagitio, fidutia de amore: quia alterum dolore *nepotis auersabatur, alte- *neptis obuersabatur

ro per obsequium amantis extollebatur. Et ideò ne à conuitio quidem obiiciendorum criminum temperauit, quòd auum sibi Hyrcanum, & fratrem Ionatham per scelus eripuisset, cùm alter prosocer, alter affinis: ille propter senectutis infirmitatem seruari debuerit, hic saltem propter ætatem adolescentulum: facinus indignum, cui septem & decem annorum adolescenti summum commiserat sacerdotium, huic continuò honorem contulit, & mortem intulit: nulla alia causa, vt accepimus, nisi quòd sacerdotali amictu indutus, vbi accessit primùm ad altaria, sacrato & celebri die, subitò populus illachrymauit: quod suspectum adeo Herodi fuit, vt præ gaudio crederet populum illachrymasse, atq; adeò erga ephebum prodidisset affectum suum, lachrymas illas voti indices, studium populi sui periculosum, qui intimis visceribus significauerit, quòd studium erga cultum adolescentis haberet, & nobilem illum Regium nepotem impotentis mulieris filium fratrem Reginę proteruioris, quę Regem virum

virum dedignaretur proruptūrum ad imperandum, nisi maturiùs sublatus è medio foret, cui forma, cui decoris gratia suppeteret, vt iure præferendus omnibus æstimaretur. Proposuit itaque adolescentem occidere, exagitabat eum mater adolescentis, quæ & ad inuestigandum acrior, & ad vlciscendum vehementior, nihil occultum, nihilque inultum patiebatur, eoque reuocare sese ac reprimere deliberabat. Rursus exagitabat eum cumulatior indies erga adolescentem amor vniuersorum & regni periculum. Vnde prærupto furore excitatus, statuit quouis modo sibi consulere.

CAPVT XXXVII.

MIttitur adolescens nocturnis tẽporibus ad vrbem Hiericho atq; ibi solitus delectari studio natandi: à plurimis quasi in ludū coeūtibus, dum sine modo mergitur, in piscina necatur. Id tacitū soror nō tulit, sed affectu germanitatis per cōuitiū prodidit, atq;

obiectauit marito, iussu eius sibi fratrẽ ereptum. Destitutam se omnibus, funestam sibi domum coniugis, qui primò sibi auum ademerit, posteà germanum interemerit, miserã se exitio suis fuisse: imprecari dira viro, socrui & regis sorori, commune omnium flagitium vltorem Deum poscere, ne tantum facinus impunitum relinqueretur. Ferebat ista Herodes quasi amore captus, & nutibus deditus: sed furebat ira muliebris, & ferre non poterat maledicta execrantis, & indignantis arrogantiam maximè, quia victus * vernaculo eius Herodes insurgere aduersus dilectam nequibat, & ideò quò magis excitari quasi amans posset, scena adulterij contexitur, atque in mulierem istiusmodi crimen componitur, quòd imaginem suam Antonio in Aegyptum destinauisset. Quantę istud intemperantiæ fuisse, vt absenti & prompto in libidines viro, tum præterea potenti, qui potestate pro iure vteretur, formam venalem offerret, vt pulchritudine illiceretur, nouæ auctionis cõmercio se mulierẽ prostituisse, vi' ne amo-

*miraculo

ris an odio mariti, cuius periculũ pro mercede adulterij postulauisset? Hoc itaque commẽto mulierum, apud Herodem Mariamne quo magis amabatur, eò grauiùs apperebatur, nec tamen insimulatio ipsa, quanuis indignantiũ fœminarum, aliena veri penitus fuit, matrem enim Alexandram furentem, quòd alius filio suo Aristobulo in sacerdotio præferebatur (hoc enim nomine Ionatham filium suum quòd auum sibi Regem fuisse in memoriam reduceret, appellari malebat) ab Antonio per Musurgam quendam literarum sequestrum petijsse filio suo sacerdotium, fides vero propior erat. Deinde aduenientę in Iudæam Gellio Antonij amico, cognitum adolescentem miraculo fuisse propter excellentissimi decoris gratiã: Non minus etiã Mariamnem, cuius quò dignitas clarior, eò fama illustrior, & fortè compertam more quodã ingenij humani, quo viri quoque eo se interioribus amicis chariores cupiant declarare, si præsentibus quoque necessitudinibus suis in se hospitalitatis societatem indulgeant: ibi

quoque Alexandræ datam cum Sosio colloquendi copiam licet liberiori viduæ, alia quoq; cognoscendi hospitis deesse copia non potuerit, cùm præsertim huiusmodi & causas & personas requireret. Deinde collato vtrinq; cõsilio id se dedisse sententiæ, vt vtriusq; imagines Antonio dirigerentur. Perstrictum illum splendore imaginum, & Sosij præcipuè testimonio (qui nihil tale se vnquam vidisse in terris asseueraret, & gratiam illis non hominum, sed diuinam inesse lenocinantem: vt excitaret viri minimè sobrias cupiditates) scripsisse Herodi, vt Aristobulum ad se sine mora mitteret, de Mariamne quòd sibi coniuncta foret, prætermisisse. Non quò cooperire libidines suas, vel in his, quæ nuptiæ essent apud maritos soleret, cui sine periculo vsus foret, flagitiũ sine pudore, sed quò Cleopatræ caueret indignationem, quæ vtriusque quidem sexus riuali offenderetur, sed amplius si sociatam viro mulierem deprehendisset, quia se decore super omnes excellere mulieres arbitrabatur. Perlectis itaq; literis, Herodẽ excusa-

excusauisse, quòd sine seditiõe populi, & perturbatione totius gentis auellere à suis nobilem non posset adolescentem, atque vt satisfaceret Alexandræ, spopondisse Aristobulo sacerdotium: sed cùm moras fieri promissis vidisset, *morans & arte se ludi putaret, Alexandram parauisse nauigiũ, ac in ipso apparatu fugæ cognito per Sabionem, consilio reuocatã esse cum filio. His motum Herodem dissimulasse ad tẽpus iniuriam, & acceleras se Aristobulo sacerdotij collationẽ, vt honoris specie patratæ necis inuidiam velaret: Qua peracta, vt diximus, quasi fulmine ictus, exagitatus est, simul & affectati adulterij affi-cto à suis crimine, quòd sciret Antonium prõptum ad libidines, & inuelatas, ex eo quòd plurimũ poterat in flãmantem in omne genus amatoriũ cupiditates. Cleopatræ quoq; inexpiabilem riualitatis præcipuè dolorem atq; immanitatem, quæ plurimos virorum, quos segniores circa vxorum reprimendam intẽperantiam compererat, interemisset, imminere sibi periculum non solum amittẽdæ coniugis,

sed etiam subeundæ mortis perhorrescebat. Proposuit itaq; ipse contendere in Aegyptum, vt Antonium vel Cleopatram, quam maximè metuebat, *deflecteret. Euocatum alij ferunt M. Antonij literis eò tetendisse, vt necati adolescentis causas præstaret. Profecturus tamen affini suo Iosippo, cui Salome germana Regis in coniugium conuenerat, secretò aperit, suspectam sibi necem, propter coniugalis formæ appetẽtiam, quã missa sui decoris specie prodidisse mulier argueretur, idque quasi affini negotij committere, vt si ipse ab Antonio extinctus foret, Mariamnem necaret, ne merces flagitij supereesset. Iosippus haud quaquam, vt arbitror, studio proditionis, sed quò mulieris erga virum sopiret querelas, quibus se afflictam diceret ardere odijs viri, mandatũ exprimit, atq; ad affectum amantis interpretatur, quod ne mortuus quidem pateretur Herodes seiungi se ab vxoris societate. Sed mulier lõgè aliter, quàm Iosippus æstimauerat, ad argumentum traxit implicatæ adhuc in se crudelitatis, cuius exercendæ post mortem quo-

*flecteret.

que

que suam executionem affini proprio mandauisset, infestum illum sibi iniuria, qui suspiciones suas non argumento aliquo veritatis examinaret, sed prẽruptę mortis exitio vrgeret, nullum odijs finem fore, quæ vltra ipsum vitæ ac salutis defectum extenderentur. Sed Iosippus domestici mali immemor, dũ alienam coniugem viro reconciliare expetit, suæ coniugis aduersum se inflã mauit suspiciones: quæ & colloquia viri proprij cum Mariamne, morasq; in aula Regia haud perfunctoriè ferẽdas arbitrabatur. Denique vbi frater reuertit, insimulationes non distulit, iniuriam addens suam Regalibus contumelijs, quòd sibi quoq; Mariamne ademisset maritum: sed Herodes præstrictus licèt, tamẽ haud quaquam grauiùs primò commotus est, nec infensum se vxori prębuit, cùm etiã vi amoris infractus, quodam die mulieri iurare cœpit, quòd tãto eam diligeret affectu, vt nũquàm alterius mulieris flagrauerit cupiditate. Ita omnes ex animo abiecerit, vt vxori fidẽ seruaret. At illa: Satis, inquit, amorẽ erga me tuũ mãdatis,

*Herodes vxori iurat.

quæ Iosippo dederas, declarasti, præcipiens vt me occideret. Quomodo potest amare, qui occidere potest? Amens illico Rex vbi audiuit secretum suum proditum, cogitare cœpit nunquàm proditurũ fuisse Iosippum, nisi captus amore mulieris mercedem proditionis stupro quæsisset, manifestatũ quod diu latebat, in aperto crimen indubia corruptione: non frustrà excitatam sororem, quæ domesticam iniuriam præ cæteris deprehendisset. Itaque indignatione nimia furens animiq; impos exiliuit de lectulo, fugiens corruptelæ turpis contagia, nec furẽtem capiebat aula: audiuit soror vociferantem, continuoque rapiens tempus ad argumentum insimulandi & occasionem nocendi, confirmauit indignantis suspiciones: impulsus itaque dolore iniuriæ insimulatione germanæ, iubet occidi vtrunque, nec multò pòst secuta est factorum pœnitentia: & vbi ira cecidit, amor successit, & passio resuscitata est, tantusq; incanduit feruor cupiditatis, vt defunctam non crederet, atque in excessu mentis positus, quasi viuentem alloqueretur. Et sicut ad eam, quæ viueret, pueros dirigebat, rogans, vt depositis simultatibus, ad sese veniret, & redderet se coniugali gratiç. Vixdenique multo edoctus interuallo temporis obijsse credidit, quàm pro amore tanquàm immortalis fœminam decoris mori non potuisse arbitrabatur. Tantus erat affectus erga defunctam. Denique efferus, posteà atque in multorum necem præsentium odio fertur exasperatus, nec solùm morbo animi laborasse, sed etiam graui corporis ægritudine, quam ex pestilentia quoq; aëris contractam aiebant. Nam tractus cæli corruptior plurimis pestem creauit. Vnde consultis medicinæ peritis, syluarum secretis sese abdit, & refuso paulatìm vigore, venatibus salubritatem corporis, pariter ac mentis* salubritatem recepit.

Tractus cæli corruptior pestilentiam creat.

**sobrietatem.*

CAPVT XXXVIII.

HOc quoq; addebat miraculis suis, quibus defunctæ suspiciebat gratiã, luisse se iniusti pœnas flagitij, & elementorũ ægritudine expiatũ interitũ tanti

tanti decoris, excidio mundi, populorum lue vnius mortẽ, ſorte tamen impari vindicatam, cùm fructus terra abnueret, fames augeret peſtilentiã. Hunc Mariãne exitum tulit, ſobriè viro pudica, ſed inſolens formæ conſcientia. Cui magnanimitas ſuperfluebat, ſedulitas deerat, vt blanditias dedignaretur mariti, ſecura quòd nihil ab eo, qui ſupra modũ diligeret, exitij perpeti poſſet: nec ſolùm ad præſens vltionem reperit, ſed etiam in reliquum hæreditaria odia tranſmiſit. Cui ſucceſſere filij, materni doloris executores, pio erga matrem quidem affectu, ſed erga patrem impio: cùm vtrique parentum pari munere ius naturæ ſoluẽdum foret. Nec inexercitatos dolor reperit: Nam diu Romæ eruditi Latinis iuxtà & Græcis literis, aſtutiam non mediocrem aſſumpſerant, & abſentes* compererant necem matris, plæriſque in odium patris impulſoribus aſperabantur. Regreſſis quoq; ne conſpectus quidem paterni reuerentia ſedulitatem infuderat, creſcebat cum ætate malitia. Acceſſit etiam ex coniugij ſocietate

Vtriq; parenti pari munere naturæ ius ſoluendũ eſt.

**cõperta nece.*

tepræſumptio, quòd alteri Salomes filia neptis Herodis, alteri Archelao genita, qui Cappadociæ regnum tenebat, inius copulæ nuptialis conuenerant, & nobilitas coniunctionis odiorum dederat autoritatem. Offendebatur igitur Herodes, vel tacito filiorum ingenio excitatiore, quàm paterna pietas pati poſſet, quæ etiam vultu frequenter læditur. Addebantur & ſtimuli ab his, qui ab inſidijs filiorũ cauendum, quaſi ſoliciti crebrò denunciabant, afferentes, quòd vltrices materni exitij armarent manus. Quibus perterritus Herodes, Antipatrum Doſidis filium præferre fratribus, atq; ad ſui gratiam huberiore* effectu cœpit laceſſere. Arderemaiotibus odijs aula Regia, & certamine fratrum concuti: dum illi indignantur, quòd priuatæ mulieris filius ſibi in regno ortis præferebatur: ille verſutus adulandi, quò ſe inferiorem materno latere cernebat, eò ſtudioſiùs commendare ſeſe patri, appetere germanos compoſitis inſimulationibus non quieſcebat, donec ipſe per ſe, ac per alios, quos ſibi adiunxerat, excluderet

**affectu*

ret ipsos ab affectu paterno. Deniq; regnandi his spem omnem ademit, ità vt publicè condito testamento, solus imperij successor designaretur, missusque ad Cæsarem Romam, præter insigne diadematis omni ornatu cultuq; Regio fulciebatur. Inde in ludæam regressus, aucta erga se Cæsaris plurimorumq; illustrium virorum gratia, exigui propè temporis interuallo tantùm prævaluit, vt etiam matrem coniugio patris *adderet: geminisque armis, adulandi arte,& simulandi versutia, ita germanos vrgere apud patrem cœpit, vt pater filijs necem pararet. Denique furẽs animi Romam petit attracto secum Alexandro, quem reum magici aduersum se criminis ante Cæsarem statuit. Ille data sibi copia deplorandæ calamitatis, ærumnarumq; omnium, cùm videret sibi suppetere tanti iudicis autoritatem, qui nec ab Herode traduci per gratiam posset, nec ab Antipatro circumueniri, nihil prætereundum ratus, flagitia patris quadam perstrinxit modestia, vt nec vrgere tanquã accusator videretur, nec occulta esse sine-

*redderet

Antipater regio fulci tur cultu.

fineret, cùm plurimùm causam iuuaret, si se ob necis maternę dolorẽ paternis petij odijs demonstrauisset. In talibus enim iudicijs nihil magis liberos grauat, quàm naturæ pietas, & pietatis autoritas. Quæ si aliquãto traducuntur flagitio, prę iudiciũ minuitur, prę rogatiua excluditur. Vbi verò ad obiecta patris ventum, validis refellẽs assertionibus, alienũ sceleris primo fratrẽ demõstrauit, qui suorũ esset cõsors periculorum, quẽ innoxiũ in crimen vocari ingemiscebat. Astipulabatur puræ conscientiæ agẽdi ius & dicendi peritia, nihil sibi ac fratri relictum honoris, sublata omnia per scelus germani, patrisq; facilitatem. Amarissimè deplorabat necem sibi irrogari, quam pater eousque expetit, vt crimen adijciat, flagitium adiungat. Quibus dictis coegit in lachrymas vniuersos, atque eo sortem deduxit iudicij, vt Cæsari accusatio nõ probaretur, pater reconciliationẽ amplecteretur. Id gratum admodum & præcellentissimum Romano Principi, non solùm Regi inclyto regnum donasse, sed etiam liberos reddidisse.

Ita-

gnitudo regni & pluribus abūdat. Arbiter primò ſententiæ meæ Deus: deinde etiam vos accedite, quos Cæſar coniunxit, conſtituit pater, vos honore cōgruo proſequimini, vt neq; immoderatus neque infimus honor ſit: Aliud inflat, aliud exaſperat. Quod cuiq; portionis ſuæ meritis ſuppetit, impartiatur. Non enim tantùm quis delectat eum, quem ſupra menſuram honorat, quantùm lædit eum, cui debitū negat. Et plerunq; vterque eorum offenditur, vbi prælationis adulatio eſt. Sum certè omnibus pater. Honor filiorum haud dubiè patris gloria eſt: Si tamen ſupra modum quis liberos meos excolat, reus eſt mihi etiam pro liberis meis, quibus autor prolapſionis eſt: Nimius enim cultus audaciæ ſumptus eſt. Nunquid inuideo liberis meis? Abſit: ſed malo eos minus cū gratia poſſe, quàm plurimum cum ſeditione. Quod enim ſuperbiæ vel rapinæ eſt, citò labitur: quod gratiæ, diu tenetur. Vnde curæ erit mihi, vt ſponſores cōcordię adiungam liberis meis parentes amicosque, quorum hortatu mutuæ dilectionis affectum

Honor filiorū, patris gloria eſt.

affectum induant. Nam cùm omnis ſermo malus facilè mentem audientis inficiat, tum maximè aſſidua colloquia, & diuturnus vſus peſtem animis infundere ſolent, quò contagio quodammodo in mores cohabitantium citò tranſeat: etſi trāquillitas morum ſit, tamen vt ſtagnum mite licèt, ventis exagitantibus aſſurgere in æſtus valet: ita bona natura improbis monitoribus fluctuat. Arbitror itaq;, quòd in me vnuſquiſque ſpem ſui potiſſimam debet recondere, non enim quod accedit liberis meis, mihi deperit. Plus vnuſque tribunorum vel militum reuereri debet patrem Imperatorum. Ego, ego ſum, qui mercedem vniuerſis repēdam, pro his etiam, quæ filijs meis detuleritis. Si recta aduertero ſtudia, factis remunerabor: maleuolentia pretium referet ſuum, vt apud eum quoque, quem putauerit adulandum, fructu excidat. Vos autem boni filij, cōſiderate primùm naturę religionē, cuius gratia & beſtias ligat, quæ etiam feras cogit in amorē neceſſitudinis: manet inter indomitas pecudes mutuꝰ amor,

Malus ſermo mentē audientis inficit.

Maleuolentia ſuū reципit pretium.

& periculis proprijs redimunt suos beluæ. Reueremini etiam Cæsarem, qui vos ex inimicis amicos fecerit. Tertiò meipsum, qui rogare malo, cùm possim iubere: manete fratres, nolite exurere quòd generati estis. Do vobis vestem, & cultum imperialem, sed pretiosius est, quod suadeo, vestri amoris intemeratũ signaculum. Si pietas maneat, regnum delectat: Si desit gratia, vile imperium est et plerunq; noxium. Ergo dum vos experiar, habebitis interim non regnum, sed regni honorem. Si patrem dilexeritis, ius sequetur, mei tamen amorem in vobis probate: omnibus, quibus delectare regnum solet, vt principes potiemini. Onera imperij, & moles negotiorum me solum, etsi nolim, manebunt. Et ideò vobis prodest mea velle: quia ego, quæ vestra sunt, & volo, & mea arbitror. His dictis osculatus est filios, vt eos vno osculo charitatis inuicem sibi necteret. Quo facto, conuentum dimisit.

Imperiũ sine gratia vile & plẽrunq; noxium.

CAPVT XL.

Discessêre pleriq; læti, quibus placebat cõcordia germanitatis: sed cum

cum fratribus reuertit dissensio, eoque grauior, quò dignitas potior, cui ampliùs inuideretur, & nocendi suppeteret maior potestas. Dolebant filij Mariamnes æquatum sibi priuatæ filium mulieris, qui regni nesciret prosapiã. Contrà Antipater distinctam sibi * à fratribus regni spem dedignabatur, & inuidebat germanis, quibus posteriora pro primis vix reseruarentur. Sed hic sese tegebat & velabat, odio prætendens gratiam, illis consilium omne in sermone obuium, etiam non quærentibus. Promptior lingua, & secretorum prodiga, quicquid locuti forent apud Alexandrum, continuò apud Antipatrum erat, multa etiam, quæ non dixerant, simulabantur. Pleraq; internuntius cum incremento adijciebat. Architectus omnium, quibus appeterentur fratres, Antipater erat, cuius vita nihil aliud erat, nisi quoddam versutiarum conciliabulum, scena improbitatis, argumentum scelerum, flagitiorum *ministerium. Subijciebat iudices, subornabat testes, simulabat defensionem, quasi in theatro personam

*ac

*mysterium

tris

fratris circumferens, vt leuiora excuteret obiecta, grauioribus cederet, quò magis patrem falleret, & vehementiùs in fratres moueret, maximeq; acerbabat arte inuidiam paternæ necis paratæ, vt regnum eriperetur, quia Regibus metus periculi suspectior: sed ne sine repulsore minùs verisimilia Regi viderentur, ipse primò tentabat refellere, deinde constringi se manifestis rerum indicijs volebat videri, vt perorata vtrinq; causa, quasi nihil iudicio defuisset amplius, pater tanquàm in conuictos filios excitaretur: nulla enim res maiorē fidē assertis dabat, quàm quòd Antipater fratrum defensor æstimabatur. Hac fraude plurimorum captabat gratiam, ipsius quoq; patris in se mentem inclinabat. Quicquid quotidiè fratribus minuebatur, de affectu paterno in ipsum transfundebatur. Abducebat amicos Regios, parentesque & precipuè fratrem Regis germanum Pheroram, & Salomen eius sororem alienos à nepotibus fecerat, vt nō modò eos nō defenderēt, sed et iam appeterēt, atq; odissent. Accedebat odiorum

rum materia vxor Alexandri Glaphira, quæ muliebriter satis præsentium insolens extollere sese *acceperat fastu superbo: eò quòd omnibus præmineret prosapię claritudine. Itaq; quasi dominam se omnibus, qui in aula erant Regia, præferebat, patrem, auūq; Regem sibi, & præcipuè Darium Hydaspē materni generis apicem solita iactare, contumelijsque ignobilitatis afficere Salomen Regis sororem, vel Dosidem coniugem: quòd illis dolori, sibi odio foret. Ceteras quoq; fœminas similiter exasperare, quæ Regi propter decorem magis, q̄ propter nobilitatem generis copulabantur. Plurimis enim Herodes præter Regium morem, etiam Iudęorum vsu quasi quadam erroris licētia delectabatur, qui figuras maiorum vitijs suis obtentui ducunt. Grauabatur ergo Alexander vxoris insolentia: Aristobulus quoque ijsdem quibus Glaphira sermonibus vxorem inceſſabat: deiecti illam status, nec conferendam Regiæ proli, imparem Glaphiræ sibiq; esse opprobrio, quòd frater regalis generis coniugio potiretur, ipse

Glaphiræ Alexandri vxor.
cœperat

priuatæ vxoris cõtubernio degenerasset, demens, qui conturbaret conuitio proprias* neceſſitates. Quibus perſtricta cõtumelijs vxor Ariſtobuli, ad matrem cum lachrymis omnia perferebat. Salome autem cõperta per filiam Regi Herodi annuntiabat: At ille monere filios quàm perdere commodius ratus, vocatos partim imperatoriè terruit, partim affectu paterno horratus eſt, vt fratrem amarent, neúe vt hoſtes diſſiderent, veniam tribuens ſuperioribus, denuntians correctionem futuris. At illi compoſitis ſeſe inſimulationibus peti pluribus deplorantes, orare ſimul & polliceri operibus ipſis, in reliquum propriæ fidem defenſioni daturos: tantummodò factum pater expectaret, ne temerè auditis crederet: non enim defuturos delatores improbos, quandiu auditor credulus ſuppeditaret. His & talibus emollito patre, quanuis eo tempore imminentem depulerint metum, mœſtitiam tamẽ coaceruarunt, quòd vrgeri ſeſe à Pherora & Salome videbant: quorũ alter patruus, altera ſoror patris, quibus defenſioni

*neceſſitudines.

nieſſe debuerant, inſidiabantur: accedebat enim formido grauis, quòd plurimum poterant apud patrem. Nam accepto diademate, propè vniuerſam regni potentiam cum fratre ſuo Herodes participauerat, nec mediocres vtrique contulerat opes, & maximè Pheroræ. Deniq; his annua talenta cẽtum recondebat, præter eam regionem, quę vltra Euphratẽ ſita, redditum copias multiplicabat. Tetrarches quoq; petitu Herodis à Cæſare fuerat conſtitutus, donatus etiam Regalis cõiugis neceſſitudine, quia ſororem Regię coniugis inconnubij ſui ſortem aſciuerat. Poſt cuius obitum deſponſata ſibi ſeniore Regis filia, in gratiam ſucceſſerat generi, niſi amore captus ancillulæ, Regalis puellæ copulã declinauiſſet. Qua exaſperatus Herodes cõtumelia, ei *filium tradidit, qui poſteà Parthico bello occidit: Inſimulatum tamẽ apud ſe Pherorã, quòd venenis appetiuiſſet fratris ſalutem. Qua ſuſpicione ne viuẽte quidem caruerat vxore: plurimorum primò, & ad poſtremum amicorũ eius quæſtione exercita, vacuum eius, cuius

*filiam

arguebatur facinoris inuentum volēs absoluit: dans etiam fugæ veniā, quòd rapta, quam diligebat ancilla, *depositionis initæ, vt ad Parthos confugeret, familiarium suorum confessionibus modum detegebat. Respirauerat aliquantulùm Alexander, dum Pheroras accusatus incessitur, & ipse incessit Salomen, quòd spopōdisset nuptias suas Obodæ Sylæo, qui erat Regis Arabiæ procurator, Herodi inimicissimus. Sed remisso vtrinq; crimine, tempestas domus in Alexādrum incubuit, atque ipsum graui periculo inuoluit: furebat enim sęua pestis, & procella totius aulæ Antipater. Omnibusque modis & *conuētu etiam propinquorum ingrauans fratrem, ita vt turbato mētis sobriæ statu, instare sibi Alexandrū cum gladio pater magnis vocibus protestaretur. Venerat in medium scena huiusmodi, quòd eunuchos tres, quorum vnus pocula Regi ministrare solitus foret, alius fercula cœnæ inferre, tertius thorum obseruare Regiū, nec vnquàm discedere, cùm se Herodes lectulo cōposuisset, donis huberioribus illexis-

*dispositionis

*concentu

set Alexander ad sui gratiam, & turpis flagitij societatem. Quo prodito, supplicijs adacti spadones, obscœnę ludibria libidinis manifestarunt, promissa etiam amatoria tegere nequeuntes, quibus sermonibus solicitati huiusmodi forent, & qua stupri mercede retexuerunt, vt inuolutum dedecore parricidium crederetur, inesse sibi iuuentæ gratiam, formæ decorem, robur ætatis: contra inualidum Herodem, & iam senecta grauem, qui capillum inficeret, ne ætatem proderet, à quo cùm vellet, regnādi ius in se transfunderet, præmiaque polliceri ingentia: & ideò eos in iuuene spem suam constituere oportere, nō in decrepito sene, cui ipsa natura finem acceleraret. Quæ grauiter quidem Herodē mouebant: sed illud præ cæteris, quòd conspirare ei militarem manum, ducesq; exercitus, & centuriones spadonū indicio cōpertum haberet: deniq; ita exagitatus est, vt nullum seuitiæ genus prætermittendū putaret, nulli crederet, oēs suspectos haberet. Velociores erāt pœnęq; interrogationes flagitiorū, & iudiciū pueniebat eorum

eorum exitus. Rapiebantur passim ad suppliciũ, quos aliqua incessebat suspicio. Ferebant calumniæ: multi volẽtes Regi placere, deferebãt reos: sed illicò etiam ipsi, qui alios detulerant, deferebãtur, & cum reis suis ducebantur ad locum pœnæ. Ita efferauerat Herodes in vniuersos, *vbi si aliquis eorum supereſſet, suspectus foret. Aliter Rex non putans se esse securum, nisi deficeret genus humanum. Insimulatis irreconciliabilis, amicis incredulus, familiaribus superbus, immitis reis, pauidus ad omnia, vt crebrò sedes mutaret, noctes sine somno duceret. Qui omnibus exasperatus repentè Alexandrum alligatum vinculis sepsit custodijs, & amicos eius in quęstiones vocauit: Qui negabant, inter supplicia moriebãtur. Rursus tacentes, quia nihil, quod esset suspicionibus consentaneum, confitebantur, vsq; ad mortem supremam exulcerati. Tamen aliqui vi tormentorũ, & pœnarum victi acerbitate, propositũ adolescentibus asserebant, vt venationi intentũ occiderent patrem, & ad vrbem Romã sine mora pergerent, vt effugij

vt si

Herodes Alexandr. vinculis alligatũ custodijs sepsit.

fugij pœna eluderetur. Quod etsi nullo argumẽto fulciebatur, tamen ad solatiũ studij ferocis deriuabat pater, volens vinculorum filij causas iustas habere. Considerans itaq; Alexander obseratas aures patris ad omnem sui defensionem, nec vllo modo rem posse deduci, vt de innocentia sua præsumeret, qui tantis calumniarum molibus appeteretur, simili arte nequissimis delatoribus occurrendũ putauit, vt fraudulentos & calũniæ machinatores dolis circũueniret, atq; in calũniam reos vocaret, quorũ se calũnijs vrgeri credidit. Scripsit igitur quatuor libellos, quibus cõmentum sceleris, quo paternam salutẽ appetierit, cõfiteretur, atq; insidiarum huiusmodi conscios plerosq; eorum, à quibus ipse appeteretur, exposuit: atq; ijsdẽ inscripsit libris, præcipuè Pherorã & Salomen: q̃ ea quoq; intẽpesta nocte *rupto adolescentis, in quo habitaret, cubiculo, illexerit inuitum, & reluctãti extorserit, vt incœstũ patraret. Transmisit ad Regẽ libellos, velut indices flagitiorũ suorum, quibus potẽtissimos quosq; inuoluerat Regis

Hic ratiocinatur Archelaus.

irrupto

gis comites atque amicos. In tempore illo Archelaus in Iudæam properatò aduenit: vt si quid posset, genero ac filiæ opis auxilijq; ferret. Sed præuidens apud infestissimum patrem obstructos sibi aditus, legitimæ defensionis arte commotionem eius repressit. Nam simul vt aulam ingressus Regiã est, magna voce cùm iam audiretur & videretur ab Herode, velut furens animi vociferari cœpit: Viuit ne adhuc ille veneficus gener meus, & carpit hanc lucem, vbi quæso est? Vbi parricidale illud reperiã caput, vt manibus* excerpam meis? Parricidio perire debet, qui parricidium voluit implere. Quid facturus est socero, qui non pepercit patri? Quis demonstrabit eum? Eu iscerabo primò sceleſtum, adijciam filiã bono sponso: etsi sceleris non fuit cõscia, non est tamen aliena contagij, quę parricidæ cõiugio potiebatur. Non agnosco filiã meam, quæ artes non deprehẽdit mariti, quæ se non talẽ exhibuit socero nurum, vt subiectum filium patri redderet: Ego illam nõ ad sceleris ministerium iunxi, sed ad cõsortium matrimo-

*discerpã

nimonij, vt cohæredẽ gratiæ præstarẽ, nõ criminis adiutricem. Te miror Herodes, si adhuc viuit Alexãder ille insidiator patris. Putabam iustas illũ iam pœnas dedisse, quem deferri non oportebat. Quid enim diutiùs seruaretur cõfessor, aut parricida talis? Sed fortasse hoc quoq; diuinæ fuerit prouidẽtiæ, vt amborum parentum iudicio condemnaretur, qui in te lęsit vtriusq; pietatem. Non me negabo vltorem, qui me vltionis exactæ prædicatorem parabam, sed ne filiã excipio, quam infaustis nuptijs ipse despondi, te sponsorem secutus: non enim ego illã mariti moribus, sed fidei tuæ tradidi. Reddat causas, quòd vadẽ suum dissimulauit, maritum suum dilexit. De vtroque nunc vobis iudicium est, si firmus executor tanti doloris es, accingere pater, sequestra pietatem, nõ optandum quidẽ officium patribus, sed non dissimulandum. Si te pietas mollit, inflectit natura, mutemus vices, vt ego in tuo filio, tu in meo pignore ministerij mutui simus executores. Huiusmodi orationem circũfremens traduxit Herodem, atque

atque à furore animi paulatim intentionem eius emolliuit, vt quasi cõpatiẽti, atq; vnanimo sese crederet, & daret ei libellos legendos, quos Alexãder cõposuerat. At ille singula quæque aduertẽs, vbi intellexit magis dolore cõgesta, quàm fide suffulta, profundo cõsilio minuere paulatim inuidiam tentamenti parricidalis, atq; obiectorum causas in eos, qui descripti fuerant, & maximè in Pheroram cœpit transfundere. Itaq; vbi aduertit Regem à sua sententia non abhorrere: Considerãdum, inquit, ne fortè adolescens magis tantorum improborum insidijs appetitus apud te sit, quã tu ab adolescente. Quid enim causæ erat, vt tuam appeteret vitam, cui regni honorẽ concesseras, regnandi ius reseruabas, & spem successionis? Quid enim appeteret, quod habebat? aut quemadmodum tantis muneribus ingratus foret? Quid'ue aliud ageret in tua nece, nisi vt suum affectaret periculũ? quod te viuo metuere nõ posset, defuncto timeret, ab his vtique à quibus etiam sub patre positus, propriæ salutis excidium perhorresceret.

Expurgat. Alexandr. Archelaus.

ret. Patet ista ætas fallaciæ, facilè decipitur, & fraudulentorum insidijs circumuenitur, vix resistit dolis ætas senilis: plerunq; tamen & senum prudẽtia circunscribentium versutis insidijs irretitur. Ergo si maturior vsus sæpè labefactatus est, quid mirum, si ætas immaturior adesse nõ potuit sibi, cùm insidiantium cateruis perurgeretur? Illos igitur perturbatores Regiæ domus esse, illos incitatores adolescentium, seminatores discordiarum, qui in desperationem salutis deduxerint adolescẽtem, vt stomacho magis indulserit, & vltioni potiùs quàm absolutioni intẽderit, aliquid etiam impartierit commotioni. Quibus paulatìm inflecti Herodes cœperat, & mollire indignationem circa Alexãdrum. At verò in Pheroram commoueri vehemẽtiùs, quòd illis quatuor libellis ipse omnium flagitiorum minister, & totius scenæ architector exponebatur. Qui videns Regem Archelao mentem inclinauisse suam, atq; in eum præcæteris præponderare gratiam interioris amicitiæ, ad ipsum se contulit, obsecrans, vt animũ

sibi Regis conciliatū redderet. Verùm ille innexum plurimis scelerum vinculis, quibus euidēter Regi parasse insidias conuinceretur, atque appetisse adolescentem, nullum habere venię locum aiebat, nisi deposita inficiādi versutia, quæ obiecta sibi fuerant, confiteri germano sui amanti, atq; ab eodem poscere sibi indulgentiam non dubitauisset: Huiusmodi sese actioni, quibus posset studijs, non defuturum. Mutata itaq; veste, suffusis lachrymis, specie miserabili fratris inhęrēs vestigijs, orare veniā, improbitatem fateri, omnia, de quibus argueretur, non abnuere, sed recognoscere dementiā sibi causam fuisse tantæ prolapsionis, quòd nimius in eo furor amore sibi dilectę mulieris exæstuasset. Statuto itaq; Pherora suorum flagitiorum accersitore pariter ac teste, tanquàm pro mercede compositi, quòd in vsus suos *caderet argumenti: Herodem Archelaus deprecabatur, vt naturę contemplatione molliret iram, fratriq́ue ignosceret, supra vindictam constituens ius naturę. Nec mirum, si in maximis regnis, tanquàm in

*cederet

in magnis corporibus sæpè aliqua mēbra ferueant, quæ non incidenda, sed mollioribus sint curanda medicamētis. Sibi quoq; multo grauiores compositas à germano insidias, sed remisisse seneccssitudini, quod debebatur dolori, vt quò magis pœnam leuaret ingrati, cò ampliùs causam grauaret. Cùm hæc atque huiusmodi alia subtexeret, mitigauit quidem Herodē, vt germano remitteret, sed ipse tanquàm inexorabilis genero manebat. Deniq; minitabatur, quòd diuelleret ab eo filiam, tantisque fremebat indignationis suæ motibus, vt ipse Herodes satis expiatū filij aduersum se facinus arbitraretur, vltoremque suarum iniuriarum rogaret, atque ipse pro reo suo, apud socerum interueniret, quò de integro renouaret nuptias. Perseuerabat Archelaus, cui vellet Herodes alij nurum suam iungeret, præter Alexandrum: cuius etiam causa vxor traduceretur, atque ea arte multò ampliùs impellebat Herodem, vt ille sibi filium redditum putaret, si coniugium eius non solueretur: Quòd ille vxorem impense

diligeret, ex qua etiã filios ſuſcepiſſet, dulces auo, gratos parentibus, hoc munus reſtituti ſibi filij fore, quia nõ mediocri ex parte bona vxor viri ſui reprimeret errores, aut compenſaret officijs inuidiam flagitiorum. Quæ ſi ab eo diuelleretur, nullum remedium viro futurũ, quin præceps in omne rueret nefas. Molliores enim fieri ſolere ſcelerum præſumptiones, quæ domeſticis affectibus reuocarentur. Vix tandem Archelaus inflexus, reconciliatur ipſi genero, atq; eidem reconciliat patrem. Hoc conſilio eripuit generũ neci, vt pro mercede acciperet eius abſolutionem, dum condemnare ſe potiùs ſimulat, quàm interuenire. Pro quo ſi intercedendum putaſſet, haud dubiè nihil impetraſſet. Addidit oportere eum Romam pergere, purgatũ ab his, quæ pater in eo ſuſpectauerat, quoniã omnia ipſe ſcripſiſſet Cæſari. Quod æquè compoſitum reor, vt hoc genere Alexander cùm ſe purgaſſet, Cæſari cõmendaretur, atque Antipatri paratæ fratribus inſidiæ pateſcerent.

CAPVT XLI.

HOC

HOc conſilio ſoluta factio & conuerſio facta in lætitiam, inſtauratur conuiuium in indicium initæ reconciliationis, cuius *autores Archelaus ſeptuaginta talenta, & ſedile aureum gemmis inſignitum: electi quoq; Eunuchi Regali conferuntur magnificentia, & cõcubina (cui Panichis nomen erat) dono datur, atque accipitur. Similiter & propinqui monitu Regis, clariſſimis donis Archelaum munerabãtur, nec quiſquam familiarium eius exors muneris fuit: quibus omnibus Herodes pro vniuſcuiuſq; meritis plurima impartiebat. Proſecutus eſt etiam cum potentibus ſuis vſque ad vrbẽ Syriæ ſplendidiſſimam, Antiochiam nomine, in regnum ſuum regredientem. Euaſerat Alexander, niſi ſe immerſiſſet in Iudæam vir Archelai artibus lõgè exercitatior, Lacon genere, Euricles nomine, nimiè cupidus opum, earumque pro negotio contemptor, vbi maiora potiundi ſpes refulgebat. Denique non cõtentus Laconicis facultatibus, in effuſiones Regias animum intenderat, venandiq; artifex Herodem anti-

Inſtauratur conuiuium.

**cuius autori Archelao.*

Liberato Alexandro Archelaus muneratur Tyro.

tiquis, opimis adorsus muneribus, remunerationi amplissimę locum parauit, longeq; vberiora, quàm obtulerat, adeptus, tamē non satiabatur, nisi cruentis atq; impijs factionibus gratiā sibi Regis emercaretur. Itaq; more quodā vsuq; Græcis familiari Regem adulando, prędicandisque omnibus eius, non solùm quæ laudis aliena, sed etiam inuoluta vitijs forent, in intimam eius amicitiam breui peruenit, vt inter primos secretorū arbitros eligeretur: astipulāte etiam patriæ prærogatiua, quòd Spartiatas Iudæi cognato sibi genere copulatos, pro fratribus habent. Is vbi regiæ domus vitia cognouit, suspectū animum patris, fratrumque inter se odia, nouis artibus charum se omnibus simulans, quasi fidus singulis habebatur: sed pro ingenio Regis, aut munerum merito sua studia formabat, vt ad iunctior esset Antipatro, Alexandrum dolis atque insidijs circumueniret, familiari specie vtrumque exasperans: illum prærogatiua ætatis regno debitum, istum materni generis præditum nobilitate iure superiorem: neq; cum vilis-

In quibusdā passim legitur Archelaus pro Antipater.

simæ corruptelæ pignore æquale illi consortium. Quibus captus Alexāder, vtpote adolescentior, qui delectaretur his, quæ dicerentur sibi, non perpēderet illa, quæ rursus de se apud Antipatrum componerentur, effudit sese Mercenario Antipatri & proditori suo, aperuitque mentem lubrico ingenio, affectuque incauto, patrem sibi autorem malorum conquerens, qui matrem sibi eripuerit, regnum decolorauerit, quod sibi ab auo, veterisque prosapiæ insulis debitum cupiat auertere, fraudari legitimos iure successionis, præferri spuriū stupri mercede: sed non diu quietura iudicia Dei, vt qui vxorē innocētem necauerat, non etiam ipse properè parato per coniugem imperio defraudaretur. Quæ sine mora Lacon ad Antipatrum deferebat, circumuento etiam Aristobulo, vt eiusdem querimoniæ laqueis innecteretur, & pretio coaceruata Regi insinuabat, dicens: silentio se premere nequiuisse tam immane facinus, & pro hospitij munere gratiam se lucis repræsentare, quam ereptum ire filij pergerent,

quos niſi ipſe ſimulatione cõſilij fidelioris reuocauiſſet, iamdudum Alexãdri gladio interfectũ patrem, regnumque indignis hæredibus vacuefactum. Neque Alexandro religioni eſſe parricidalem atrocitatem, qui maximi ſceleris loco duceret, quòd adhuc aui matrisque necem inultam haberet. Conueniri ſe ac perurgeri perẽptorum querelis, vt tam atrox flagitium vlciſceretur. Deberi ſibi inferias interfectorum exigi, ſucceſſionemque eorum non oportere contaminari, vt ab eo, qui maiores eorum occiderat, regnum adipiſceretur, renouaturum ſe iudicia Cæſaris non ſimili, vt antè, reuerentia, ſed vt Cęſar ipſe cognoſceret omnia ſecreta Regis, quæſitas ſanguine opes, pro-
*repetiturum uinciam labefactatam, *reperturum ſe ab inferis auum, matrisque acerbiſſimam necem demonſtraturum, vt ſucceſſor alienus in regnum Regium ſubrogaretur. Excitauerat Regem Euricles, Antipater tamen parui æſtimans vnius ſuggeſtionem, alios quoque accuſatores fratribus ſubornabat, qui diceret, cum Ducibus quondam equeſtris

ſtris exercitus Iocundo & Tyranno ſermonem initum, compoſitas regi inſidias dolore deceſſionis, in ceruicibus periculum, niſi maturè caueret. Denique non diſtulit Herodes, ilicoque raptos ſeuerè interrogat, ſed nihil illi, de quibus arguebãtur, confeſsi reperiuntur. Et quia impunè tam grauia ſimulabantur apud eum, qui criminũ ſe vindicem profiteretur, & negligentem calumniarum, non deerant, qui huiuſmodi inſidias machinarentur, quas acceptiores fore patri crederent. Nam & epiſtola prolata eſt, quaſi ad caſtelli Prę poſitum ab Alexandro & Ariſtobulo data, vt occiſo Rege, confugiendi ſibi poteſtatem faceret, donec ſe armis aduerſum ſe inſectantes munirent, cæteriſque ſubſidijs defenſionem pararent. Excruciatur caſtelli Præpoſitus, & nihil fatetur. Nihilominùs tamen haud vllis affectati ſceleris indicijs extantibus, quaſi rei Alexander & Ariſtobulus dantur cuſtodiæ. Euricles quinquaginta donatus talentis autor ſalutis ac vitæ habetur. Dignum eſt, nec eum ſilere, qui Euriclis tempore in Iudæam

Herodes raptos ſiquibus arguebãtur, confeſsi reperiuntur. Et quia impunè tam grauia ſimulabantur apud eum, qui criminũ ſe vindicem profiteretur, & negligentem calumniarum, non deerant, qui huiuſmodi inſidias machinarentur, quas acceptiores fore patri crederent. Nam & epiſtola prolata eſt, quaſi ad caſtelli Prę poſitum ab Alexandro & Ariſtobulo data, vt occiſo Rege, confugiendi ſibi poteſtatem faceret, donec ſe armis aduerſum ſe inſectantes munirent, cæteriſque ſubſidijs defenſionem pararent. Excruciatur caſtelli Præpoſitus, & nihil fatetur. Nihilominùs tamen haud vllis affectati ſceleris indicijs extantibus, quaſi rei Alexander & Ariſtobulus dantur cuſtodiæ. Euricles quinquaginta donatus talentis autor ſalutis ac vitæ habetur. Dignum eſt, nec eum ſilere, qui Euriclis tempore in Iudæam *lios ſeuerè interrogat*

transmissus erat fidissimus amicorum Alexãdri, quem Rex quasi consciũ tentamentorum illius interrogandũ putauit: vtrum nec cõgruerent, quæ Spartiates de adolescẽtibus *nũciauisset. Verùm ille nihil se de illis quicquã eiusmodi cognouisse, sacramẽto interposito fidem fecit: sed adolescẽtibus nihil profuit. A se quæstionẽ depulit, ne minueret delationis inuidiã, & euacuaret Euriclis fraudulentiam, si seuerius interrogatus negaret. Quasi indignus igitur cui crederetur, ab Herode excluditur. Bonus enim pater accusari filios libenter audiebat, non sinebat defendi: Delectabatur, cùm appeterẽtur: offendebatur, si purgarẽtur. Denique *Spartes ditatus regalibus præmijs, vbi tamẽ Achaiam attigit, calũniarum pretium luit. Salome cũ purgare sese nequiret, quòd Sylæo Arabi pepegisset nuptias, vbi generi secretũ prodidit, monẽtis vt cõsuleret sibi, quò fratris cõmotionem euaderet, eo quod spe futuræ cõiunctionis consilia regis Arabis annũciare suspecta accerseretur, delicti gratiam meruit, & omnẽ seuitiæ Regalis in adolescẽtes procellam intorsit, quo vltimo atq; ineuitabili naufragio demersi pœnas dederũt. Vinciuntur itaq;, & quod ipsis erat durius vinculis, à se fratres separãtur: missisq; Volũnio militię magistro, atq; Olympio ex amicis regijs viro arguũtur apud Cæsarẽ: at ille offensus licet, quia filiorũ supplicia pater posceret, negandũ tamẽ patri nõ arbitratus potestatẽ, in liberos suos dedit licẽtiam, sed consiliũ adiunxit: asserẽs melius consulturũ, si proximorũ regis eorumq; qui præessent prouincijs, concilium cõgregaretur, & iudicio cõmuni procederet interrogatio: vtrúmne aliquæ patri insidiæ paratæ à filijs forẽt: Et sicõuincerentur intẽtati parricidij, ferirẽtur: Sin verò fugæ aut leuioris culpæ arguerentur, esset vindicta moderatior. Hac permissa sibi Herodes parricidij potestate, sed iudicij cõditione: etiã moderationis admonitus, ad vrbẽ ilicò Berithõ properat, quã iudicio celebrãdo Cæsar præscripserat. Conueniũt Præsules Prouinciarũ secundum scripta ad se data à Principe Romano Cæsare. Saturninus Legatiq;, * consident, inter

*nũciasset

*Spartiates

Salome Sylæo Arabi nuptias pepigit.

Volũnius & Olympius mittũtur ad Cæsarem.

*consident

inter quos & Procurator Volumnius. Deinde cognati amiciq́ue Regis: Salome etiam & Pheroras, & Syriæ primores. Archelaus solus excipitur * ex Cappadocia suspectæ in generum arcessitus gratiæ, cùm accusatores adolescentium, insidiatoresq́ue iudicium repræsentarent. Sed quæ iudicij species, vbi rei adesse sibi non permittebantur, & absentes accusabantur? Aduertebat enim Herodes, quoniam si tantummodò viderentur, prona hominum conditione ad misericordiam ilicò absoluerentur: maximè vbi naturalis esset gratiæ prærogatiua. Deinde si vlla copia defensionis Alexãdro permitteretur, quòd obiecta facilè dissolueret. Itaque relegatis illis in vicum Sidoniorũ, quasi in præsentes accusatio dirigebatur. Obijciebantur à patre insidiæ sibi paratę, nulla probatio deferebatur, nulla indicia tentamẽtorum: hærebat accusator, quem nullus redarguebat. Destitutos vndiq; congregabat inuidiam contumeliarum, iniuriarum genera, quæ grauiora morte ab his, qui considerant, æstimarentur. Sed nemo discutiebat,

*rex Cappadociæ

tiebat, nemo examinare audebat, quòd à patre arguebatur, à Rege imperabatur. Præiudicabat pietatis species, terrebat ius potestatis, interrogabat sententias securus victoriæ, nescius quòd in ciusmodi iudicio ærumnosior esset, qui vinceret, quàm illi, qui tam acerbè addicerentur. Saturninus condemnat adolescẽtes, quia aliud non licebat. Sed moderatur sententiam, cauendum asserens, ne peremptis duobus ex tribus fratribus, tertio fratri adscriberetur mors duorũ. Timidè quidem, sed causam locutus est, quòd ille esset fratribus autor periculi. Secuti sunt eũ pauci ex pluribus. Volumnius autem funesta immurmurat, & post eum omnes volẽte Rege, tali autore pẽsantes mortis sentẽtiam, diuerso quidem affectu, sed pari sorte expromunt, quibus hoc aut adulatio extorserat, aut odium infuderat, vt aut regis affectaretur gratia, aut parricidæ crudelitas grauiore pœna afficeretur, qui in victoria sua, tam amarum de se triumphum reportauisset. Nemo tamẽ quasi factum horruit, & quasi commotus pronunciauit. Scenæ

næ enim ſpecies erat, non iudicij diſciplina condemnare abſentes, condēnare ſine teſte, ſine indice, ſolo naturæ priuilegio, quòd ad ſalutem magis quā ad periculū deriuāri ſoleret. Stupebat omnis Syria, atq; omnis Iudæa, & attonitis mentibus tātæ tragœdię finis expectabatur. Quamuis etiam nota eſſet Herodis crudelitas, nemo tamen credere poterat, quòd vſque ad parricidiū perſeueraret. At in illo effera vis animi nec mari, nec terra cohibebatur. Itaque tanquàm vſu triumphantium, vt per diuerſa filios traheret, Tyrum vrbem inclytam petit, inde in Cæſariā tranſmittit, nauigio ſpectaculū miſerū parricidij circumferens, donec color vllus acerbiſſimę necis filijs inueniretur. Mouebatur omnis exercitus, ſed metu indignationem *premebat. Erat in exercitu Regio veteris militiæ vir Tyro nomine, filium habens coniunctum Alexandro, indulgentiſſimus pater, atque ob ea pignori charus, quoniam popularis quædam pietatis eſt gratia, & maximè in ſuos illex dilectionis. Circa adoleſcentes quoque filios regis ſtudio

*premebāt

dio propenſior, quòd ab his ſuus filius diligeretur. Qui ſupra modum concepta indignatione, turbatus animi vociferari cœpit: opprimi iuſtitiam, veritatem excludi, aboleri religionem, cōfundi iura neceſſitudinum, naturæ gratiam ſuperfluere iniquitates. Ad poſtremum in os ipſius Regis progrediens, ingerebat miſerum eſſe illum, qui aduerſum filios ſuos credendum improbiſſimis arbitraretur: Pheroram & Salomem conſilij arbitros Regis. Quā fidem ab his referri poſſe, qui ſe condemnatos capitis à Rege frequentiſſimè recognoſcebant, aut quid eos aliud agere, niſi conſulere vindictæ, vt deſtitutus idoneis ſucceſſoribus, ad vnum *inclinaret cæteris infirmiorem? Qui facilè ſubduceretur, quòd ipſe Regius exercitus odio perſecuturus eſſet eum, cui mors ſoluta eſſet fratrum duorum. Neminem eſſe, quem non innoxiæ ætatis tangeret miſericordia. Pleroſque autem Ducum indignationem ſuam non iam premere, ſed diuulgare. Quorum vocabula locutus, finem dicendi fecit. Quibus ilicò cum Tyrone

*inclinaretur

rone correptis, Tryphon ex ministris aulæ regiæ, cui tondendi arsatque vsus suppeditaret, subitò quadam animi vanitate indicium sui facit, compositum à Tyrone asserens, sibiq; persuasum, vt cùm ex more barbam Herodi raderet, nouaculam gutturi eius imprimeret, quò perageret necem: idq; ei maximo emolumẽto fore, quòd de muneribus Alexandri polliceretur. Statuitur Tyro cum filio, exercetur deinde simul quæstio. Negãtibus illis, isto nihil amplius deferente, cùm deesset manifesta rerum fides, nullum suppeteret argumentum, nullum indicium documẽtorum, Tyro iubetur vehemẽtioribus tormentis excruciari. Tunc miseratus filius supplicia patris, spondet apertu-

Tyro iubetur excruciari.

rum se omnia, si patris salus sibi cõdonaretur, atq; à Rege ꝓmissa venia suggerit, quòd impulsus ab Alexandro, patrem necem Regi parasset. Idq; pleriq; ad tempus cõpositum rati, vt tali pignoris indicio Tyroni cõsuleretur: alij pro vero edictum loquebantur. Sed Herodes dubia pro certis adiudicauit, tanquàm metuens, ne parricidij sibi facultas

tas periret. Conuocato itaque populo, & congregatis ducibus, de infidijs deprehẽsis motu grauissimo promit querelam, atq; in mortem eorum plebem excitat: ibiq; Tyro cum filio pariter atque tonsore, saxis ac fustibus interficiuntur.

Tyro cũ filio atq; tõsore saxis ac fustibus interficiuntur.

CAPVT XLII.

ALexander quoque & Aristobulus missi ad vrbem Sebasten, quę non longè aberat ab vrbe Cæsarea, strangulantur imperio patris. Hunc finem habuêre filij Mariamnes, quorum interitu non longùm lætatus, successionem sibi remotis illis Antipater haud dubiè blandiebatur: sed in eum totius gẽtis mox non leue odium exarsit, quia apud omnes patebat eius factione fratres occubuisse. Successit etiam nõ mediocris timor considerãti, quàm multiplex indies adolescceret interfectorũ prosapia, cùm Alexander ex Glaphira genitos sibi Tigranem & Alexãdrum filios dereliquisset, Aristobulo ex Berenice Salomes filia, Herodes & Agrippa atq; Aristobulus superstites manerent: Herodias quoq; & Mariãne filiæ, quas

Alexander & Aristobulus Herodis filij strangulantur.

sexus non impediret, & regni cupido exagitaret. Queîs rebus perterritus Antipater, in fraude ac versutia spem constituere, & donis & muneribus singulos sibi magis magisque oppignerare, etiã amicos & domesticos Cæsaris * illicere ad sui gratiam pretio tentabat. Sed contrà illi etiam, quæ domi erant, in aduersum cedebant. Nam Rex paulatim processu temporis erga nepotes suos Alexandro & Aristobulo genitos molliebatur, & facti pœnitentiam prętendebat, cùm eorum, quorum parentes occiderat, misereretur. Deniq; congregatis amicis & proximis suis, quadã die lachrymis suffusus ora, dixit ad eos: Video mihi ætatem procedere, & sine lachrymis aspicere non possum paruulos hos infœlicium germina patrum, quibus ego sum autor doloris, ne peiore eos derelinquam conditione, quàm parentes abstuli: Sed illos mihi quædã eripuit ærumna, hos mihi magis magisq; commendat natura & misericordia: Altera, quia nepotes, altera, quia destituti parentibus sunt. Errauerunt in patrem filij, quid fecerunt auo nepotes?

*allicere

Hic deplorat Herodes sortem nepotum.

tes? Satis infœlix pater fui, auus esse debeo solicitior. Tentabo post me consulere nepotibus, vtinam & in filijs mihi consuluissem, verùm in illos communis hostis atq; inimici obrepserit fraudulentia. Cauendum est quoq;, ne hos illorum inuoluant pericula, atque vno vulnere simul filios amiserim, & nepotes * perdiderim. Prouideamus his defensores, quibus ademimus: despondebo itaque seniori ex filijs Alexandri tuam mi Pherora filiam, & tecti constituam patrem. Tuo autem Antipater filio Aristobuli filiam, vt hoc modo fias pupillæ pater. Germanam quoque eius accipiet Herodes meus, ex Mariãne Hyrcani susceptus, filiam: hæc, inquit, est mea sententia, vt inuicem sibi coëunte copula iungantur posteritatis meæ successiones, quò nemo suspectus alteri sit, & ipse tranquillioribus oculis videam nepotes meos, quàm vidi eorum parentes. Quibus dictis, iunxit memoratorum dexteras, & osculatus singulos, illachrymauit. Quod Antipater, lætantibus alijs, ita grauiter accepit, vt

*percutere

ſtatim dolorem ſuum etiã vultu proderet, haud mediocri conſtrictus ſolicitudine, quòd Alexandri filijs Archelai Regis & Pheroræ, qui Tetrarchiã tenebat, ſuffragia ſuppetere cerneret cæteris validiora. Aduertebat odia ſui creſcere, nepotibus autem aſtipulari miſericordiam. Nec poterat Ariſtobuli filiam recipere domo, ne ſceleris indicium diuturnis eius aſpectibus offenderetur. Adire non audebat patrem, ne ad omnes mobilem ſuſpiciones exagitaret, ſi complacitarum fœdera nuptiarum ſoluenda exiſtimaret. Subtiliter tamen præſumpſit orare, vt conſuleret ei pater, ne aduerſus duorum potentiũ opes Regis, & Tetrarchæ nudo regni nomine inualidus exponeretur. Foueret certè honorem, quem †confœderãdum filio iudicaret, ne ſpecies regni ad eum, †poteſtas ad illos perueniret. Neque verò ſolos Alexandri atq; Ariſtobuli filios ſuſpectos habebat, ſed omnes obſtare ſibi arbitrabatur: quicunq; ex diuerſis Herodis cõiugibus competere, vel taciti videbãtur regni ſucceſſionem, quorum frequens numerus erat

†conferendum, †virtus

rat. Nouem etenim mulieres Regali coniugio potiebantur, ex his duæ tantũm ſine liberis erant, cæteris ſoboles ſuppetebãt. Antipater Doſidem attollebat parentem, Herodes Mariamnẽ, Antipas & Archelaus Matthatis erant filij Samaritanæ, & filia Olympias, quę Ioſippo iure connubij ſociebatur. Cleopatra quoque Hieroſolymitana Herodem & Philippum genuerat Herodi: Pallas Phaſelum. Erant quoq; etiam aliæ regi filiæ, Roxane & Salome, quarũ vni Phædra erat mater, Helphis alteri. Supererant etãi Alexandri & Ariſtobuli germanæ ſorores, quas Mariãne ex Herode ſuſceperat, ſicut ſuprà memorauimus. Multiplicem itaque generationem Herodis metuẽs Antipater, ægrè licet atque in primis tentamentis multũ Rege commoto, quòd deſtitutis paterno auxilio nepotibus inuideret diſpoſitas copularum ſocietates: ad poſtremum †tantum effecit, vt ſibi Ariſtobuli filia, atque ex ipſo genitus Pheroræ parentis ſui filiæ coniungeretur, tãtum adulatione præualuit, vt pactas nuptias ſolueret. Contrà autem Salo-

Herodũ poligamia.

Ioſephus antiq. lib. xvij. ca. ij. & bel. Iud. li. i. ca. viij.

circiter mediũ lõgè aliter hæc nomina vxorũ Herod. explicat.

Quare ſi plura cupis, eundẽ legito.

†tamen

me, cum vellet Sylęo nubere, ne suffragio quidem * Lybiæ, quæ vxor erat Cæsaris, potuit de fratre impetrare: sed inuita Alexandro cuidam ex amicis Regis in nuptias conuenit. Subuersis itaque dispositionibus Regis, Antipater quasi is, qui vt voluerat sibi consuluisset, exultabat animo, & superabat omnes versutia. Odium tamen nullo modo cõprimere poterat, sed accendebat, quoniam affectabat terrore sibi munimentum parare. Coniunxerat autem sibi cooperarium factionum suarum Pheroram patris germanũ, quem Herodes non multò pòst recusantem, ab vxore propria diuellit, cui ob iniurias, quas ea mulier Dosidi coniugi eius intulerat, infestior habebatur, domoque expulit. Pheroras autem amplexatus iniuriam, in partes suas concessit, quibus vt Tetrarcha præsidebat: ea sanè mentis intentione, vt ad Herodem viuentem nunquàm reuerteretur. Denique nec tũc quidem, cùm eum ægritudine graui affectum cõperisset, & frequenter orantem, vt ad sese veniret, quòd ei quædam, quasi morituro, com-

* Liuia

committenda arbitraretur, visitãdum existimauerit. Qua perculsus licet iniuria, Rex vbi præter spem incõmodum depulit, tamẽ fraterno affectu venit ad eum, vbi ægrum comperit, & sedulò compatiebatur, & defunctum Hierosolymam trãstulit, & magno fletu celebrique pompa funus curauit. Nec tamen his indicijs sedulæ charitatis conceptam exclusit opinionẽ, quòd eum frater veneno appetisset. Ita erat etiam in suos crudelis, nec difficilis fides rerum, quòd potuerit fratrem occidere, qui filios interemisset.

Pheroras defunctus Hierosolymã transfertur.

CAPVT XLIII.

HVnc itaque vnus de interfectoribus Alexandri & Aristobuli improbitatis suæ finem inuenit, à quo exordium sumens, in Antipatrum pœna transiuit sceleris autorem. Namq; libertorum querelis, qui patronum suũ veneno interfectum * assererẽt, stimulatus Herodes, dũ solicitiùs quærit cognito, quia ab vxore de succis Arabiæ accepisset Pheroras poculum, quod amatorium putaretur, idque venenum

* *asseuerarent*

Poculũ amatorium Sylæi stu-

dio traditam.

fuisse, quòd Sylæi studio traditũ, & illicò in pestem conuersum, in plurimorum quæstionem tetendit. Vnde quædã inter tormẽta de ancillulis exclamauit, vt Deus omnipotens in matrem Antipatri omnia supplicia transferret, vniuersorum arbitrã flagitiorũ, per ipsam occultos conuentus Antipatri ac Pherorædiu noctuq; exercitas potationes, vsque ad temulentiam, vt à conuiuio Regis recipientibus sese, totis noctibus biberetur. Quod non otiosum nec cõiurationis vacuum tentamentorum, remotis præsertim seruulis & ministris iure suspectabatur, magnumque vinculum cõnexionis & conspirationis indicium tam diuturnæ moræ, quæ Regibus suspectior in solitudinis secreto, & noctis silentio: Ibi compositũ, vt Antipater Romam peteret, Pheroras in Petram pergeret: Quod frequenter inter se conferre soliti prodebãtur, eò quòd post Alexãdrum & Aristobulum, in ipsorũ necem sese Herodes cõuersurus foret, miseros se, qui putassent, quòd Herodes in illis parricidales cogitationes odisset, qui regni hæredes perse-

persequebatur. Sublatos esse non potestatum æmulos, sed consortes miseriarum, in se periculum †omniũ & odia transisse, ne mulierum quidem parcitarum sexui, qui dilectæ sibi Mariãnæ, atq; ex ea †genitæ non pepercisset. Nullum sibi aliud remedium, nisi vt longiùs aliquò secederẽt, quò tantę bestiæ furori vel fuga eximerentur. Adijciebantur crebræ apud matrem Antipatri conquestiones deplorãtis, ardere se inuidia Regalis successionis, cùm sęuitia regni super ipsum præcipuè incubuerit: vt iam sustinere nõ queat, vltimis †deditus obsequijs, & postremis vrgeri periculis. Nec solùm regnandi ius sibi periisse, sed viuendi quoque curricula †conuoluta temporum. Aetatem sibi maturiorem, incanuisse iam verticẽ, contrà autem iuuenescere patrem, frustrà sperari eius hæreditatẽ, qui fortasse etiam superstes hęredi tam diu reseruaretur. Quod autem emolumẽtum successionis sibi futurum longæuo hæredi, cui tam multiplex Alexandri atque Aristobuli soboles, velut quædam hydra renatis, quæ amputata fuerant, capiti-

†omne

†genitis

†debitum

†euoluta

pitibus regerminaret. Ex testamento patris etiam iam ius commune ereptũ, vt data spe regnandi, cuius ad tempus vicarius foret, nõ aliquem ex suis filijs in suum imperiũ *substituret. sustineret: sed Herodi Mariamnes filio necesse haberet regnum refundere. Itaq; non ad fructum sibi regni spem datam, sed ad periculũ, vt esset decessori suspectus, successori grauis. Postremò ipsum Regem longa senectute viuidum & intentum cædibus suorum, sui esse testamenti executorẽ, vt nemo supereresset, qui posset succedere, ferri odio graui in filios, nec in fratrem minore, qui sibi *dederat centum talẽta, ne cum patruo suo sermonem haberet, & respõdente Pherora: In quo enim eum læsimus? Num etiã ipse successor sum? retulisse Antipatrum, nonnullas habere eum causas offensionis. Vtinam amissis omnibus, liceret offensioni seipsum componere: Feram esse bestiam, quæ ne mortibus quidem satiaretur, nec posset perpeti vllam inter propinquos charitatem manere. Atque vtinam amissis omnibus liceret, vt nudi eum tantummodò viuentes

*dederit

tes euaderemus, sed impossibile. Ideoq; sibi occulta ad tempus colloquia. Necessarium autem fore tempus, quo vterentur virili mentis vigore, & consilij viuacitate, dexteræ quoq; vindicis ministerio. Hæc à mancipijs in supplicio positis respondebantur, & mancipio credebat Herodes, maximè quia de cẽtum talentis soli Antipatro dixerat, nec vllus sermonis eius affuerat interpres. Succensus itaque indignatione, rapit ad supplicium plerosque & innoxios, ne quis de obnoxijs relinqueretur. Accersitur ad supplicia Antipater Samaritanus, eò quòd esset Antipatri procurator, & diuersis excruciatur modis. Prodit quæstio, missum ex Aegypto venenum per Antiphili quẽdam contubernalem, idque ab illo datum Theudioni amico Antipatri, per ipsum Pheroræ redditum, cui Regis filius Antipater executionem commiserat, vt dum ipse in vrbe Roma degeret, pater eius Herodes extingueretur. Quo tempore nulla de absente *patratæ necis suspicio foret: sed Pheroras cùm in tempore venenum acceptum

Antipater Samaritanus diuersis excruciatur modis.

*patrata

ceptum vxori propriæ commendauiſſet, recurrit altera in vxorem Pheroræ veneni inuidia: iubet ilicò Rex Pheroræ vxorem venire, venenum deferre. Egreditur mulier quaſi platura quod petebatur, & ſeſe de faſtigio præcipitat ædificiorum, quò gemini pondus criminis euitaret, atque obitu præueniret indiciũ rei, & quæſtionis acerbitatem. Sed quia maturabatur Antipatro feralis vltio parricidij, non ſupra verticem capitis ruit, quo caſu facilè extingueretur, ſed in aliam partem corporis decidit, vt mors protelaretur: conſopita erat tamen atque attonita mulier, quia ex alto deciderat loco. Iubet eam pauliſper recreari Herodes, donec ad ſe rediret, ſpondet veniam, ſi ſimpliciter aperiret geſtorum ordinem. Non de nihilo eſſe, quòd ſeſe præcipitauerit, ſed magni criminis cõſciam, cõpendium ſupplicij quæſiſſe. Impunita ſibi omnia flagitia confitenti fore: at inficianti aceruanda ſupplicia, ipſam quoque ſepulturam negandam. At illa vbi ſe reſumpſit paululũ: Et cui, inquit, adhuc ego ſecretorum ſeruabo* ſilentia Pherora

Mulier de ædificiorũ faſtigio ſeſe præcipitat.

**ſilentiũ*

rora mortuo? Illi enim debui fidem tacendi, pro quo ſupplicia non recuſarẽ, ſi neceſſaria forent: Sed ille nunc liber à cruciatibus, & ſi veniabilis erroris correctio eſt, liber à culpa. Quid igitur inuoluere veritatem mendacijs* cogitem, vt Antipatro morem geram? Parcam ergo illi, non parcam mihi? Egregiam ergo mercedẽ debemus viro, qui nos omnes ſceleribus ſuis in hæc ſupplicia deduxit. Audi Rex, Deo Præſule, qui ſolus mihi veritatis arbiter eſt: propoſui enim nihil fallere, audi inquam, ſed priùs repete, quemadmodum aſſederis lachrymans germano periclitãti, vt impleueris omnia circa Pherorã munia* pia germanitatis: quibus ille inflexus, vbi diſceſſiſti, cõtinuò mead ſeſe vocauit, & ait: Non exiguùm ego mulier à fratris affectu & ſtudio deerraui, qui ſic oderam amãtem mei, & volebam occidere tam impatientem doloris in periculis meis, ferre ille nõ poteſt fortuitum, quod ego vrgebam indebitum: circũuentus ſum fateor Antipatri dolis, ſed cogitationis eius ego pretiũ* fero: tu quod habes ab eo venenum

**cogit? An vt Antipatro morem geram?*

**pia*

**feram*

num relictum, mihi citò perfer, & ſub meis oculis effunde, vt vel ad inferos non feram animum parricidalem: pœnituiſſe correctionis ſit, quod crimino ſum eſt præparauiſſe: Citò, inquam, mulier vt vel mortem præueniam, quoniam culpam nequiui. Tum ego detuli venenum, & in conſpectu eius exinaniui, parùm tamen ex eo reſeruaui, mihi, *qui te metuerem, vt eſſet remedium, ſi proderetur paratũ ad hos vſus venenũ. His dictis, pyxidem cum eo quod reſederat veneni, protulit: ſubijcitur quæſtioni mater Antiphili & †fratres ipſius. Confitentur ex Aegypto Antiphilum detuliſſe pyxidem plenam veneno, quod ille accepiſſet à fratre, qui Alexandriæ commoraretur ſub medicinæ profeſſione. Deprehenditur etiam Mariamnes filia Pontificis inſidiarum cõſcia, quę pararentur marito, idque fratribus eius inter ſupplicia confitentibus manifeſtatur. Vnde Herodes iunior maternæ audaciæ pretium luit, quem in regni ſucceſſionem Antipatro ſubſtitutum, idem* quem ſubrogauerat pater, de teſtamento delendum

*qua

†frater

*qui

lendum putauit. Et hic quidem non mediocris error Herodis ſenioris, vt alterius flagitio deprehenſo, alter mulctaretur: ſed etiam Herodis iunioris non iniuſta mulctatio. Nam diuinitùs præcautum videtur, vt licet nondum facti ſui merito, tamen ob pretium futuræ improbitatis regno abdicaretur. Nam quis cum Regem perpeti potuiſſet, qui Tetrarcha tam inſolens fuit, vt tolerari nequiret? Adijcitur etiã aliud veneficij genus, quod Bathillus Antipatri libertus Pheroræ & eius vxori detulit, compoſitum ex ſuccis ſerpentum, & veneno aſpidum, vt ſi primùm non conualuiſſet ad mortem Herodis, ſecundò vterentur.

CAPVT XLIIII.

REperiuntur etiam literę aduerſus Archelaum & Philippum fratres compoſitæ: hi Regis erant filij, qui Romæ inſtituebantur, quos Antipater ea vel maximè cauſa appetebat, quòd videbat non mediocri præditos ſapientia, † ſuper quos Rex patrium animum reclinabat. Denique euocauerat eos literis, vt maturiùs domum regrederentur.

†supra

rentur. Obstare itaq; eos suis vtilitatibus Antipater arbitrabatur, atq; incũbere suis artibus, vt spe adolescentium simulata, omnia factionis suæ studia obumbrarentur. Componit itaq; epistolas nomine virorũ potentiũ, quos
*positus Romæ * positos in suam amicitiã illexerat, alijs quoq; pretio extortũ, vt scriberent, quòd adolescentes infestis patrẽ odijs vrgerẽt, & nimio questu mortem Alexandri & Aristobuli deplorarent. Et cùm huiusmodi epistolas clãdestinis artibus per aulicos sceleris sui ministros, patri ingereret, eadem versutia, qua suprà simulabat fratrum intercessorem, vt prætẽto pietatis patrocinio, impietatis subtexeret parricidiũ. Quibus omnibus in medium deductis cũ questionibus, patris vita, epistolis, mors fratrũ appetita euidẽtissimè panderetur: *consiliũ diffinitur, de autore
consilio suppliciũ sumẽdũ, qui posteriora pro-
*posterio-re didisset calũnia, quòd germanos suos nõ quasi parricidas, sed quasi legitimè successionis æmulos persequeretur: nõ quò patrem defenderet, sed ne consortem regni haberet. Intereà cùm septem men-

mensiũ curricula inter documẽta flagitiorum, & reditum Antipatri concluderentur, nulla innotuere Antipatro indicia rerum gestarũ, tanta circa eum vniuersorum odia feruebant. Incertus igitur omnium, scribit ex vrbe Roma continuò se adfore, summoq; se honore dimissum à Cæsare: quibus literis lectis, rescribit Herodes maturatò eum contendere oportere, securum affectus paterni, cui non solùm nihil imminutum per absentiam foret, verumetiam tanta accederet gratia, vt eius contuitu matris offensa minueretur. Nam iterũ domo eam deprehensam, in artes filij consentire, consortio exutam Regiæ liberalitatis compẽdijs eliminauerat, cui se remissurum indignationẽ scriptorum specie manifestaret, metuẽs, ne comperta matris expulsione, suspiciones suas Antipater ad cauendum excitaret. Aduenienssitaque, Tarenti primùm de Pherorçobitu cognouit, ibiq; luctum magnum exercuit, quod à quibusdam pietatis affectui datũ, eò quòd patruĩ mortem impatienter doleret. Ille autem ministrum ausi parricida-

lis sibi sublatum ingemiscebat, nec solum non processisse sceleris apparatū, verumetiam venenum se dedisse terrori erat, ne † quo modo ad cognitionē Regis perueniret, & ille scenam criminis publicaret. † Transit itaq; in portū Cęsareę haudquaquàm vacuus grauioris curæ ac solicitudinis, cùm † ei etiam mater non mediocre præiudicium cōdemnatæ sobolis daret. Sed vrgentibus amicis, qui patriæ cupiditate postponēda omnia, quę Antipatro conducerent arbitrarentur: † denique expectato eius ingenio, quo vel auersum patrem à sui gratia facilè consilijs suis flectere solitus erat, hortātibus vt sese patri, & prædestinato sibi regno ocyùs repræsentaret, quòd nemo auderet eo pręsente cōtraniti: sed occasio absentiæ eius sola † arserit, vt auerti posse ab eo Regis animus æstimaretur. Et ideò præueniendū maturè, ne demorando magis aut desiderātem offenderet, aut suspectum exacerbaret, cùm diffidentiam sui proderet. Credidit itaque magis † volenda quàm necessaria suadentibus. Verùm vbi portum ingressus est, neque quenquam

† ne quoquo modo

† Trāsmittit

† eiecta

† Deinde experto

† arserit

† violentia

quam sibi obuium circumspectauit, & quasi pestem aliquam sensit suam præsentiam declinari, in summa locorū frequentia maximam solitudinem, cùm occurrere nemo auderet: metuentibus alijs, alijs auersantibus, etenim id temporis & odia quò minùs se tegerent, autoritatem acceperant, reputare secum scelera sua cœpit, & conscientiæ stimulis exagitari, nullum fugæ locum, neque euadendi subsidium sibi relictum. Circumuentum se velut quibusdam retibus, & captum teneri, fidutiam omnem assumpsit ex impudentia, vt dissimulatis omnibus improuisum se patri offerret, in amplexum rueret, pietatis officia prætenderet. Verùm ille extensis manibus ingerentem sese repellens & reclinans caput, ne parricidæ osculo contingeretur, exclamauit & hoc esse amentiæ parricidalis, vt amplexum petas, cui inuisum te recognoscis, vt horrore tui afficias patrem, & contactu noxij corporis viuendi suauitatem extorqueas. Ne igitur contigeris, ne attaminaueris,

quem scelere petisti. Purga certè priùs si potes, deprehensa dilue: iudiciũ non refugiam, nec audientiam tibi negari patiar, nec mihi ipse assumam cognitionem, nec argumentandi tibi occasionem relinquam. Opportunè adest Varus, apud quem defensionẽ tui præpara. Nec differendi locus, crastina die, quamuis dolis & fraudibus præditus, habes purgandi tui copiam. At ille obstupefactus tantæ commotionis pauore, nil est ausus referre, nec potuit: sed egressus foras fluctuabat animo, quòd nihil omninò ex his, quæ gesta erant & prodita, apud *patrem cõpererat. Aduenientes autem ad eum postea mater & vxor aperuerunt omnia. Quibus cognitis, sese colligere ac præparare animo cœpit, quibus modis criminationi occurreret, confessionem extenuaret. Sequenti die congregantur omnes Regis propinqui & amici Antipatri, intersunt examini vniuersi, qui diuersa de Antipatro prodiderãt induci præcipiuntur. Leguntur etiam epistolæ matris Antipatri, in quibus illa ad filium scripserat, vt cognosceret proditã patri

*Regem

Examen circa Antipatrum.

patri suorum scenam flagitiorum, nequaquam eum debere adesse, nisi à Cæsare aliqua manus accerseretur, cuius sepresidio circumuallaret, neque se iudicio committeret, qui tantorum confessionibus appetebatur, sed armis muniret. His ad superiora additis, ingressus Antipater, & sese ad vestigia deiiciẽs patris obsecrat, ne se prædãnatum haberet: confidere se, si deferatur audientia, vacuum criminis fore si pater velet: iubet pater silere, atque eum istiusmodi sermone præuenit: Quòd nulli iusto veniabilis nequitia Antipatri possit videri † satis certũ est, sed eò magis grauari me apud te Vare arbitror. Vereor enim, ne etiam me oderis, qui parricidas generaui filios, quibus non posset etiã parcere pater: licèt hoc quoque miserandus magis sim ita, quòd & tales amaui Sed de illis taceo, quos ipse exasperaui, & iustas aduersus hunc allegationes eorum respui. Nullas enim hi aduersum me habuerunt causas doloris, nisi quòd his Antipater præferebatur, & consortij Regalis prærogatiuam acceperat, qui natus, † regno non erat

† *satis certus sum Accusatio Herodis cõtra filium suum Antipatrum.*

† *in regno*

erat: putabam tamen quòd maiorem natu minoribus ad tutelam adsciscerem. Sed hostem induxi, qui inuideret nobilioribus, excitaret puerulos, infirmos circumueniret, incautos prodoret. Lapsos non nego, sed eos excusari potiùs, quàm vrgeri oportuit. Antipater hic mihi & illos abstulit, hic mihi & illos fieri insidiatores compulit. Do lui fateor, quòd ij, quibus regni spem dederam, quibus successionem reseruaueram, aduersum me improba machinarentur: sed nunc non patrē, sed Antipatrum oderant. Perierunt itaque ad dolorem patri: Antipatro ad fructum. Quæris Vare, quis eos occiderit? Cognosce cui mors eorum profecerit. *Vacua est domus nouercæ filio, patuit aula vni ad succedendum, quæ multos successores habebat. Nec expletus est morte fratrum cruentus animus & mens impia. Postquàm non habuit fratres quos odisset, patrem persequebatur. Reputo mecum, qui huic munimentum hæreditatis paraui: visus sum & *ipse diu viuere* decessionem fastidieti. Docui quid vellet, cui successionis

*Vacuata

*ipsi

*decessorē

nis competitores ademeram, morantem non passus est: nec expectauit regnum, nisi vt parricidio adipisceretur. Reddidit mihi vicem, quia proiectum collegeram, & prætuleram nobilioribus. Cui enim tātum ex illis, quantum huic contuli? cui ipse viuens potestate cesserā, testamēto aperto hęredem designauerā, quod solet esse †periculosum Regibus, vt aliquis se successurū nouerit. Quinquaginta in fructibus talenta cōcessi, trecēta Romā profecisceti dedi. Cōmendaui Cæsari quasi solū filium, nihil mihi reseruaui, quòd deberē patricidam timere: sed hoc eum magis ad parricidiū armauit, quòd se meis beneficijs superiorem videret. Quid tantū sceleris commiserunt fratres eius, quos ad mortem coēgit? Aut quę istiusmodi aduersum illos indicia detecta, qualia istius deprehēduntur? Sed interrūpere atq; obstrepere audet parricida, & dolis tētat veritatē inuoluere? Caueas Vare, admoneo, caueas simulatas eius lachrymas, & gemitus arte compositos, nec vllo expressos dolore. Hic est qui mihi pietatis affectum abstulit,

†pernitiosum

Perniciosū est Regibꝰ vt aliquis se successurū nouerit.

cùm affecto metu cauendum admoneret Alexãdrum, cum illo mentes plurimorum conuenire, asserens non temerè committendam vniuersis præsentiam meam. Simulabat se circumspectare omnia, vsque ad lectum deducere, discutere atque examinare singulos. Hic erat somni dispensator & minister securitatis, in quo ego solatiũ constituebam, atq; eius officijs leuabã de interfectis dolorẽ: arbitrabar quòd & illos mihi redderet, mœrorem auferret, pietatem obtenderet. Hic erat protector meus, cui credebam corporis senilis custodiã. Quomodo viuam nescio, quomodo tantum insidiatorẽ euaserim, quibus me circũuenerat delinimentis, quibus fraudibus vinctum tenebat, vt soli huic me crederem, quẽ solum caueri oportuit. Incredibile mihi est quòd euasi, nec viuere mihi videor, sed somniũ puto. Quis enim crederet, aut illum tam ingratum futurũ, cui in me potestatem omnem commiseram, aut me posse euadere, si Antipater nollet? Tutiorem tamen gratia me factum putabam. Sed quæ (malum) infœlici-

tas me, aut aduersum me eos faciat insurgere, quos plus dilexerim? Deploro ærumnam domus meę Vare, defleo solitudinem, ingemisco vim tanti doloris. Sed tamen tãta est acerbitas sceleris parricidalis, vt neminem mihi patiar euadere, quicunq; sitierit sanguinem meum, etiã si in omnes filios meos affectati parricidij inditia promantur. Cùm hæc diceret, indignatione pariter ac dolore intercepta vox est loquentis. Continuò Antipater eleuans caput, velut ictus enim & saucius graui vulnere iacebat ante pedes patris, nec assurgere audebat, exclamans, ait: Tu quidem pater vt iratus accusas, sed mihi nulla est maior defẽsio, quàm testimonium accusationis tuæ, quia semper fui custos tuæ salutis. Defensionem igitur pro me voto accusantis adhibuisti. Quomodo enim parricida ego, quem ipse tuum protectorem fateris? Aut quomodo circumspectus atq; astutus, quem commentatorem arguis parricidij? cùm extremę insipientiæ sit cogitasse, quod & apud homines execrabile sit, & apud Deum inultum esse nõ

Responsio antipatri aduersus accusationẽ patris.

possit. Vel fratrum exemplo doceri potui, nullum tãti sceleris effugium fore, quòd scelus istiusmodi nec latebrã inueniat, nec pœnam euadat, quandoquidem & illi pro tanta in te male uolẽtia pœnas dederunt: at illos inuidia quædam (vt dicis) impulerit ad parricidiũ, quòd me sibi præferri videbant, quibus materni generis nobilitas animos dabat, vt regnum quasi ex materna successione sibi debitum vendicarent, & quasi à te ereptũ reposcerent. Quid tale ego, qui nesciui regnum nisi de te sperare, tuum iudiciũ quęrere, tibi soli placere? Quid autem erat, quod me aduersum tuam salutẽ auderet aliquid impelleret? An regni cupido? sed regnabam: an odij suspicio? sed diligebar: an iniuriæ dolor? sed præferebar. Si illos sola formido prælationis meæ armauerit ad parricidium, ego absoluar: quia nesciunt Prælati parricidium cogitare, *sed odisse. Nisi fortè aliquis ex te me metus compulit. Verùm ego, vt mihi vox tua testis est, nihil sciebam nisi pro te timere. Quid enim mihi timerem, qui minister eram tuæ securitatis, & dispen-

*nec odisse

dispẽsator quietis? An verò inopia pecuniæ & egestas coëgit, quæ solet indigentibus suadere latrociniũ? Sed dederas, quod nõ solùm in præsens, sed etiã in omne tempus abũdarer, & diuitem Romam miseras, vt Regũ Reges pronuntiarent imperij apud se principatũ esse, non diuitiarũ. Deniq; Fabatum illum Romanæ rei moderatorem, & intimum Cæsaris tibi cœpi, & à Sylęo ingẽti *impulsus pecunia, vt te impugnaret, ita cõmutaui, vt fieret tuus defensor, & solicitatoris sui, pditor. Per quẽ pater alium insidiatores tuæ salutis detecti sunt? Quomodo ergo parricida ego, qui custodem tui corporis Corinthum latẽtem depræhendi? insidiantẽ remoui? ad confessiones negantem deduxi? Potui parricidium non cogitare, & parricidij fructũ habere, si tacuissem. Sed mihi si bestiarum immanitas, si atrocium ferarum inesset furor, tamen tantis beneficijs tuis mansuescere potui, vt nullam opem nisi in tuæ salutis subsidio cõstituerem, vt pro omnibus tibi vel solã charitatem referrẽ, te meo corpore protegerẽ, te intimis, si fieri

Egestas sua det latrocinium.

*ambitũ

si fieri posset, visceribus includerem: prætuleras nobilioribus filijs materna stirpe minùs nobilem, matrem quoq; regni exulem in regnũ vocaueras, nec iam succesſorem me imperij, sed quasi consortem habebas. O miser ego, cui tantum liberalitas tua bonorum effuderat, vt inuidia succederet. O stultissimus ego, qui te pater reliqui. Si datus est inuidiæ locus, & potestas insidiantibus. Nanquedum ego pro tua salute diu demoror, meam prodidi: & tamẽ nihil habeo, quod mihi asscribam. Tu me pater abire iussisti, tibi ego peregrinabar pater, ne tuam senectutem Silæus circumueniret, ne te viuentem regno exueret, nec apud Cæsarem tuam salutem appeteret. Testis est mihi Roma pietatis, Cæsar quoq; Præsul orbis terrarum, & censor vniuersorum atq; arbiter mei pectoris, qui me amantem patris appellare solitus erat. Testificare Cæsar, quid ego de patre apud te loquebar, apud quem solum nocere potuissem. Testificare, inquam, mihi, qui de alijs pronunciaueras. Nec dissimulandum parricidium, sed inquirendũ putasti.

Antipater Cæsarẽ super patris testatur amore.

putasti. O si mihi aspiraret præsentia tua: sed absens es, & longè positus, & ego sine te à patre dijudicor. Ades tamẽ, & in literis tuis præsens es, tua scripta offero, quæ solẽt parricidæ timere. Tuã epistolam porto, quam solent promere, qui cupiũt parricidium non latere. Suscipe pater literas Cæsaris, ipse te instruat, qui dudum vindicauit. Suscipe Cæsaris scripta, argumentis omnibus validiora. Quibus vsus es dudum ad vltionem, vtere nunc ad salutem. Hos ego apices defero innocentiæ meæ testes, illa dextera nunquàm te fefellit, illa dextera Cæsaris diadema tibi imposuit, nõ ademit. Illa manus Cæsaris regnum tibi, quod abieceras, repræsentauit. Potuit me priùs Cęsar odisse, si *fratrem similem deprehendisset: sed cognouit & pronuntiauit pietatis interpretem, qui nisi Romæ fuissem, Syleus vicerat. Illi ego hodie adiudicor, illi pœnas miser pendo. Memento pater, quia non voluntarius nauigaui. Videbam mihi iam parari foueas insidiatorum: malui tamen me potiùs pater, q̃ te periclitari. Nec tamẽ exhorresco salutis

*fratrum

lutis periculum, sed apud te pater doleo, me quasi tuũ hostẽ periclitari. Periclitor tamen, si apud te & Cæsaris testimonia periclitantur. His ergo vtor indicijs meæ defensionis, Cæsarem nõ appello quasi audiendus, sed imploro, quasi absoluendus. Quod si iudiciũ exercendum existimas, ecce me pater, ad te veni post Cæsarem, ad te festinaui à Cæsare. Vtinam quidem nusquàm à te abijssem. Sed tu me pater nesciens periculis obiecisti iubens pergere. Præstò sum pater, nec perfunctorie de leuioribus testibus requirẽdam pro salute tua veritatem æstimo. Nõ præiudicent, qui possunt timere tormenta, nec qui possunt contemnere. Omnis homo mendax, dixit scriptura. Ego defero incorruptibilia elementorum testimonia. Venio ad te per maria & per terras nusquàm aliquid passus. Parricida debui nõ euadere, si reus essem. Absoluat me, pater, apud te cœlum, quod non fulminauit, mare quod non demersit, terra quæ non absorbuit, per hæc ad te tutus venio pater: quæ non solent euadere, etiam qui non sunt patrum genitaliũ parri-

Omnis homo mẽdax

cidæ. Dathan & Abirom hiatus vorauit terra, nec tamen genitalem appetierant patrem. Absalon fugientem arboris suæ ramis terra suspendit, ne ad patrem perueniret, ad quem si peruenisset, euaserat. Ego ad te veni, & adhuc periclitor. Dauid parricidam suũ quia seruare non potuit, vindicauit: ego de inimicis & calumniatoribus vindicari non expeto, vt eos ad tormenta vocem, lucrentur illi pœnam calumniæ. Vnum rogo pater, ne alienis credas tormentis, de memetipso aduersum me require supplicia. Suspende reũ tuum, in viscera mea pergat interrogatio veritatis, in corpus meum, atq; in interiora penetralia descendant fidiculæ quæstionũ, profluat sanguis, qui solet parricidium clamare, ferantur ignes in artus noxios. Quid dubitas pater? si parcis, innocentem pronuntias: si à cruciatu temperas, absoluis crimine. Non est parricida, qui simplici morte dignꝰ putatur. Aut si vt filio parcis, & extegenitis mẽbris cõpateris, nõ sunt mẽbra tua, q̃ sunt ministeria crudelitatis. Hęc vbi locutus est, magno fletu & gemitu lamen-

Dathan et Abirom absorpti.

*innocentiam

lamentabili finem dicēdi fecit, vlulātoq; maximo Varū & omnes ad miserationē inflexit: solus Herodes nullis mouebatur lachrymis, atq; ipse à fletu tēperauit intractabilis ad veniam, quęstioni imminens, vindictam expetens.

CAPVT XLV.

Nicolaus Antipatri respondet versutijs.

SVccessit orationi Antipatri Nicolaus Regis mandato, qui astutè eius responderet versutijs, & in flexos à miseratione abduceret, referēdo in Antipatrum fraternæ inuidiam necis, allegādo, quòd si quos moueret misericordia, illorū misereri deceret, qui eius pempti fraudibus, vltionē requirerent. Si vnū absoluerent, omnis domus Regia in periculū deduceretur, germani, affines, parentes, ipse Rex, cuius saluti non pepercisset. Itaq; conuersus ad Oratorum versutias, velut* (narratione miserationis) epilogo quodā excitabat ab inferis perēptorum animas, qui miserabili questu replerēt subsellia, insontes se oppetisse, subornatis* grauibus testibus, cōpositis epistolis, fraudulentis sermonibus circumuentum patrē, credidisse filio, quem nō putaret de fratribus

**Parēthesi inclusæ dictiones abundant.*

**grauatos*

bus posse mentiri.* Offert nunc suppli. cia sua, qui fratrum tormentis nō credidisset, quos onustos vinculis* obligauerit, ne cognitioni interessent, in absentes latam sententiam, cùm longè positi essent necatos, ne eorū pater misereretur. Nullum itaq; reliquum futurum si iste euaderet, doctus venena parricidalia suorum visceribus infundere, mutare mentes hominum, qui etiam Pheroram semper amantissimū fratris, Herodis in necem eius parricidio funesto exuscitauerit. Ad hæc, cùm plurima alia excitādæ cōmotionis gratia Nicolaus addidisset, vbi sermonem absoluit, interrogatus à Varo est Antipater, si respōdere vellet. Nihil aliud retulit, nisi (Deus mihi testis est) quia nihil læsi. Tum Varus venenum proferri, atq; id dari iussit vni de his, qui iam rei mortis adiudicati essent. Quo epotato, statim mortuus est. De quo relatū ad Cæsarem est, & in vincula Antipatri imperio patris* inducitur: nec tamē ab insidijs vacuus erat. Nam tum maximè Salomes periculum dolis tentabat directis epistolis, quas Salomes no-

**Offerre nūc eum supplicia sua*

**alligarit*

**ducitur*

mine Antipater composuerat, plenis in Regem cõtumeliarum, atq; ad Acmen ancillam Iuliæ, quæ vxor Cæsaris erat, per Antiphili seruulum perferri iusserat, quas Acmes sibi redditas Regi transmitteret: ac penè in mulieris perniciem fraus cõualuerat, ni reperta esset epistola Acmes ad Antipatrũ, quæ dolum prodidit, scripta in hunc modum: Sicut voluisti, patri tuo scripsi, & epistolas illas direxi: nec dubito Regẽ in periculum fororis insurrecturum. Tu vicem restitue optato effectu potitus. His literis deprehensis, Rex in suspicionem deductus, quòd etiam Alexander pari arte compositis à fratre esset appetitus epistolis, & nimia commotione exasperatus, ægritudinẽ grauem contraxit. Quo se videns vrgeri periculo, Antipam vnũ ex filijs heredem imperij scripsit, prælatum Archelao & Philippo senioribus liberis, quoniam ipsos quoque Antipater dolis atque fallacijs suspectos patri fecerat. Cęsari legauit mille talenta, donis muneribusq; additis. In vxorem & filios, libertos atque amicos quinquaginta con-

Literæ Acmes ad Antipatrum.

tulit: nec Salomen sororem munerum suorũ expertem reliquit. Procedebat in deterius ægritudo, atque accessu temporis * exasperabatur, quam imbecilla senectus suis incõmoditatibus acerbabat quotidiè. Siquidem nõ minùs septuagenario grauatum annis corpus, crebro quoque mœrore animi afflictum gerebat, tot parricidijs * vulneratus, quæ aut deprehendisse in filijs extremæ miseriæ erat, aut intulisse. Immedicabilis tamen ęgritudinis feruor, quòd superstes Antipater metuebatur. Contemptus quoque indies vilior, quòd imagines Cæsaris atque animalium similitudines contra legem templo appositæ detrahebantur, autoribus maximè Iuda atque Matthia iuuentutis doctoribus, qui * cognitis & conspirantibus sibi venisse tempus aiebant, quo violatæ legis iniuria vindicaretur: Dare pœnas sacrilegum, qui putaret fas esse, quicquid potestati liceret: nec religione inclinatum, sed elatum superbia in penetralibus templi faciendi quod vellet, libidinem pro iure exercuisset.

asperabatur.

cõualneratus

Iudas & Matthias iuuentutis doctores.

cognatis

Et quanuis diuina vltio mortem ei acceleraret: tamen pulchrũ videri, ſi etiã templi ſacrati libertatẽ ſuã, in defendẽdis paterni ritus obſeruationibus approbarent: nec periculi metu quenquã reuocari oportere, cùm etiã mori pro lege patria inſigne immortalitatis ſit: primiq; adorſi auream aquilam ſupra faſtigium portæ affixam detrahere, cõprehenſi, atq; ad Regem perducti: cùm interrogarentur, cui obedire cupiẽtes, tantum facinus adorſi forent, reſpõderunt, legi paternæ. Iterùm quærenti, quo freti lętiores adeſſent, cùm ad mortis vocarentur periculũ, reſponderunt: Pietatis & deuotionis pręmijs, quorum remuneratio pro ritu patrio mortẽ expetentibus perſolueretur. Nec diutiùs ferre potuit reſponſionis cõſtantiam, ſed indignatione ſuper ægritudinem facta, vt infirmitatem vinceret, in cõuentum populi proceſſit, ibiq́ue tanquàm ſacrilegij reos ad plebem deferens, accuſare cœpit, quòd maiora de factis talibus ſuſpectarentur. Quæ etiamſi non probarentur, tamen cuncti ſibi quiſque metuentes, autorum, qui com-

*templo

Pro patria lege mori inſigne eſt immortalitatis.

cõprehenſi forẽt, luenda ſupplicia deprecabantur. Nec pergendum in cæteros, ne quæſtio plures atque alienos & innoxios perturbaret: rogatus itaque in præſentes ſententiam tulit, vt viui exurerentur: vnde incommoditas aucta, & grauioris ægritudinis vis, diuerſis totum corpus eius paſſionibus depaſcebatur. Febris erat vehemens, prurigo intolerabilis, continui ac ſine vlla intermiſſione interiorum dolores viſcerum, colo medius vexabatur, hydrope grauabantur veſtigia, abſcondita corporis ſcatebant vermibus, *ſparſim totius corporis, anhelitus grauis, & ſuſpiria pernicioſa: res indicio erat, quòd iniuſti parricidij, & ſacrilegæ dãnationis pœna repoſceretur. Non cedebat tamẽ animo, & viuẽdi cupiditatepaſsionibus reluctabatur. Petit trans Iordanem calores aquæ calidæ, ſed nihil profuerunt. Aſphaltites lacus, pleriſque medicabilis, ſine vllo profectu ægrum tenebat. Vbi dum oleo plurimo foueretur, laxato reſolutus corpore, morientium ſpecie oculos inuertit, & vox defecerat, nec ſenſus manebat:

Aegritudinis Herodianæ deſcriptio.

**ſpaſmi*

Aſphaltites lacus medicabilis.

sed excitatus strepitu conclamantium resumpsit, & ad sua regredi cupiens, vbi ad regionem loci, qui appellabatur Hiericho, aduenit, atro felle exagitatus, & ipsi quodammodo morti minitans immane facinus excogitauit: quò velut inferiæ sibi populi mitterẽtur. Nanque ex omni Iudæa congregari iamdudum præcipiens quosque nobiliores, vt ex singulis vicis in vnũ cõuenirent: vbi imperio obtemperatum est, claudi eos intra hippodromum iussit, & accersita Salome atq; eius †Alexa viro, legatum sanguinis mandauit, asserens lætitiæ populis gẽtis Iudææ suam mortem futurã, & id eo cõmentum se, quò præclarissimè suum epitaphiũ celebraretur, deposcere à suis, vt cùm vltimum exhalasset spiritum, eos statim omnes, qui clausi tenebãtur, necari iuberent: ita neminem futurum in vniuersa Iudæa atque in omni domo, cui mors eius esset illachrymabilis, cùm vniuersis †domesticis luctus hæreditatem dereliquisset, qui dum suorum deplorant necem, iussa regi viderẽtur persoluere, atque ita publicorum letitia

†Alexãdro

†domestici

tia votorum domesticis doloribus impediretur. Ac ne fortè sceleſta imperia mandata executio destitueret, quinquagenas drachmas iussit militibus dari, vt tali sceleris imposita mercede, ferale ministerium milites non recusarent: compẽsaturi executionis horrorem remunerationis emolumẽto. Cedebat propè iam tantæ incommoditatis gratia supplicijs, sed expectabat funesta responsa legationis, quæ retulit de Acme supplicium sumptum ad Herodis querelam: Antipatrum quoque conuictum parricidij morti adiudicatum, tamẽ repulso patria & regno, pater fugæ potestatem tribuere, si vellet, Cæsar iuberet, sentẽtiam sceleri ferens, consilium pietati relinquens. Soluerat natura parricidij necessitatem: Nam recreatus paulisper, permissa sibi puniendi, vt vellet, potestate, dum de genere necis tractat, distentus doloribus properè diem mortis * peruenire desiderauerat. Popoſcit itaque malum, pariterq; gladium, vt eo pomum solitus incidere refectionis aliquid assumeret, & paulisper sese attollens,

* *præuenire*

Cupiuit Herodes sese suo ferire gladio

cubitoque adnixus, leuauit dexteram, cupiens sese ferire, sed occurrit Achiabus, & impediuit ictum, luctuque tota concrepuit domus, vt obijsse Herodes foris æstimaretur. Exultauit Antipater ad sonum planctus, & à custodibus adhibitis postulauit, vt vinculis resolueretur: sed Præpositus ei muneri nō solùm abnuit, quod rogabatur, sed etiã Regi annunciauit. Exclamans ille *insultare adhuc sibi viuenti, percussores direxit, qui Antipatrum interficerent, cæsumque sepeliri iussit in Hyrcania, atq; iterùm mutauit testamentum, Regemq; Archelaum instituit seniorem ex fratribus: Antipæ tetrarchiam reliquit. Quinq; itaque diebus Antipatro superstes defecit: triginta & septem annis, ex quo à Romanis imperitare iussus est, regno potitus: ex quo autē Antigonum sustulit regni æmulum, annos triginta quatuor imperio exegit: vtinam tam domestico vsu, quàm publicis lætus successibus. Nanque ita foris secundæ ei res aspirauerunt, vt priuatus in regnum asciscereretur, eoq; per multa vsus annorum curricula, quòd difficilè saluo potestatis vsu decederet, relinquens liberis imperij successionē, quam ipse à suis non acceperat. Sed intra domū infœliciſsimus, quam acerbo suorum sanguine & luctu repleuit, nec tamen executionem inuenit vltimæ crudelitatis, hoc vno Salome obliterante criminū suorum ludibria superiora, quòd eos, quos percuti rex iusserat, omnes dimisit, dicens Regem præcepti feralis posteà pœnituisse: reuocatisq; mandatis superioribus, præcepisse, vt ad sua omnes dimitterentur.

*insultari

De nece Antipatri Herodis filij

Herodes quinq; diebus Antipatro superstes defecit

CAPVT XLVI.

DEin posteà facta in amphitheatro militum & reliqui populi cōgregatione, de obitu Regis indicium factum, processit Ptolemæus, qui regis amicitiæ inter fidiſsimos quosque vsq; in extremum adhæserat, & annulū deferens, quem defuncti digito detraxit, collaudat Regem, & populum admonet tranquillitatis, aperitque ei epistolam, qua precatus, fideliſsimos sibi milites hortabatur, vt successori suo beneuolentiam exhiberent, & gratiam.

Ptolemæus Herodis fideliſsimus amicus.

Et apertis etiam tabulis testamentum recitatur, Philippus Thraconitidis regionis, & finitimorum locorum hęres nuncupatus, Tetrarches Antipas, Rex Archelaus, ita tamen vt ad Cæsarē deferri annulum suum, atq; ei arbitrium & firmamentum omnium dispositionum suarum reseruarent. Actum demùm ratum esset testamentum suum, si Cæsar probasset: reliqua secundum priora sua testamenta custodiri præcepit. Continuò acclamatio facta militū Archelaò plaudentium, circumuallabatur ilicò stipatorū ambitu, promittunt beneuolentiam, spondent fidem. Post hæc competenter atque magnificè funus curatum, omni ambitu Regalium diuitiarum præmisso, ad pompæ funebris celebritatem: lectus erat auro totus & gēmis insignitus, stratum refulgēs murice, corpus adopertum purpurea diploide, quam internectebat fibula lapidibus pretiosis coruscans, diadema adhærebat vertici, supraque corona aurea, sceptrum in dextra, vt viuentem putares. Præibat agmen Trachicum, Germanique & Galli stipatores

Consule in hūc locum subobscurū Annotationes in fine operis collocatas.

Milites Archelao plaudent.

Pōpa funebris Herodis.

res Regij militarem seruabāt ordinem, pari modo succincti armis, ac si in bellum prodirent: † sed ora mœstitia plena, & dolentibus similes prosequebantur. Reliqua manus prosequebatur ornatu solito, & cultu assueto, comitantibus pariter Ducibus & Centurionibus. Quingēti etiam seruorum & libertorum Regiæ domus aspergebant aromata, vt suaui odore tota fragraret via, lectum filij Regis, & propinquorum vis maxima circumfundebat. Sepultus est in Herodio (vt ipse mandauit) quod aberat ducentis stadijs ab eo loco, in quo finem vitæ inuenit: magno obsequio, per tantum spatij deductus vniuersorum, sed non omnium pariaffectu: Metus enim officium, non votum extorserat, dolor intra se saltem liberam habebat sententiam.

Hunc finem habuit
Herodes.

Finis libri primi.

† *sed ora mœsti ac dolentibus similes*

Aliàs quin quaginta.

Herodes sepultus in Herodio.

EGE-

EGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ VRBIS, HISTORIÆ LIBER II.

CAPVT I.

Libera in Herodem defunctũ vulgi iudicia.

SEpulto Herode libera, vt in defunctos solēt, iudicia populi depromebantur: grauem fuisse illum & intolerabilem, iniusta imperia in ciues exercuisse, Tyrannum non Regem suorum, parricidã domesticum, expilatorem publicum, nemini quicquam dereliquisse, tributis exhausta omnia, locupletatos alienigenas, Iudæos exinanitos, qui templo hostem induxerit, † sacrata omnia sacrilegio contaminarit: beatos illos, qui defecissent, cùm tormenta viuentibus nõ deessent: plura malorum Iudæam post depulsam captiuitatẽ in paucis annis sub Herodis imperio pertulisse, quàm in ipsa captiuitate sub hoste barbaro sustinuerit, cùm sibi Babyloniorũ Reges

† sancta siue sacra

ges imperitarent, sub illis tolerabiliora exilia, quàm sub Herode domesticũ domicilium: ab illis ad sua remissos, ab hoc fugatos: immitiorẽ Dario, Artaxerxe superbiorẽ, Medis rapaciorem. Speratsse finem malorum, vt sibi exire liceret exilio, si diem clauderet: sed accessisse ad seruitutis miseriam Archelaum spontaneum successorem, qui & Herodem referret, & noua adderet: miserum hoc in regnis esse, quòd Dominus eligeretur: miseriùs, quòd inuitis imponeretur. Solatium seruitutis videri, si ipsi sibi Dominum eligant, eò quòd fiat benignior, si deferatur imperium: superbior, si vsurpetur. Lõgè itaque Archelaum Herode intolerabilio rem futurum, cùm iste assumpserit regnum, ille acceperit. Ea nõ solùm crebrò in Iudæa conferebantur, verumetiam Romæ † assistente Archelao, perorantibus accusatoribus, in os obiecta apud Cæsarẽ, Senatumq́; : vbi de regno Archelai confirmando, abrogandoq́; diu † decertatũ. Deniq; cùm in templo Apollinis, quod Cæsar cõdiderat, multisq́; ornatibus venustârat, locus esset cogni-

† assistente Archelao,

† certatũ est

cognitioni datus, Salomes filius Antipater, illa, quæ suprà diximus, & multa alia dicendi validus prosequebatur, mirari se, quòd Archelaus quasi petendum à Cæsare regnũ prætenderet, cùm vsurpatione temeraria iamdudum intra Iudæam inconsulto Cęsare Regem exercuisset. Quid enim sella aurea, allatumq; diadema, nisi regni forent insignia? Quo spiritu præsumpserit sedere super thronum regium? de sublimi solio salutare plebem circumfusam, stipantibus †armis militaribus, more quodam & vsu Imperatorum †promi diadema, quod Cęsaris iudicio reseruari oportuerat: non solùm pro potestate Romani imperij, sed etiam pro iure testamenti? Herodem enim nec præripere potuisse Cæsari vel Senatui, quod ipse vel à Senatu accepisset, vel à Cæsare recepisset, & superiore testamẽto expressisse satis proprię indicium voluntatis, quòd Antipam succedere sibi in regnum sensu integro ac perpẽso cõsilio declarauerit, & postremò omnia Cæsaris iudicio reseruasse, quamuis soluto iam corpore, anxius supremo periculo,

Aduersus Archelaũ multa cõgerũtur.

†numeris †poni

Alij codices Antipatrũ.

culo, nec vllius iam sensus aut consilij capax, dictauerit, non quod arbitrabatur, sed quod ingerebatur. Præreptorẽ igitur imperij de seipso pronunciasse, quòd nõ mereretur tuo Cęsar iudicio in regnum substitui. Nam si meritorũ suorum conscius foret, petere potiùs quàm †vsurpare maturauisset. Non petendo autem, sed vsurpãdo, quæ in petitione consisterent etiam in pecuniariis negotijs (nedum diuitiarum. Deniq; Fabatum illum Romanæ rei moderatorem & intimum Cæsaris tibi cepi, & à Sylæo ingenti ambitus pecunia, vt impugnarent) præiudicare solere, vt præposteri litigatores cadant causa: hîc verò non pecuniarum quæstum in crimen vocari, sed imperij Romani violatum ius, reuerẽtiam despectam, spretam potestatem, indignum ęstimatum Romanæ curiæ Senatum, qui soleret regnum dare atq; eripere, & cum Cæsare vetustam conferendi imperij seruare prærogatiuam. Quid facturum esse, cũ legitimè regnare cœpisset, qui ante regnũ †insolentissimus necasset plurimos, quia opẽ fessis rebus & tributorũ alleua-

†eripere

Hæc quæ parenthesi intercluſa vides, inscriptis codicibus nõ habentur.

†insoleuit, necatos

alleuamentum popoſcerant, remediũ poſtulãtibus bellum irrogatũ, interfecta IX. millia Iudæorũ in ipſa venerabili apud ſuos Paſchæ celebritate, pro pecudibus homines immolatos, ſacratorum, qui ad templi feſta conuenerant, ſanguinem fuſum, ſpectaculum miſerabile: ſi quis cæſorum ſtragem recenſeat, Babylonios reuertiſſe arbitraretur: quantò crudeliùs à ciue commiſſa, quæ in hoſte barbaro plena immanis ſæuitiæ atque impietatis æſtimarentur? Hanc ſportulam ciuibus datam, hoc ſacrificio Archelaũ regni ſui primordia commendauiſſe. Deberi miſereri Cæſarem, Senatumq; reliquiarum Iudææ, quæ quondam liberis ſulta populis ſeruiturem optaret, ſi modò tolerabilem liceret perpeti ſub Rege * iuſto, longè illum abeſſe à iure imperitandi. Siquidem apud Iudæos nulli regnum competere, niſi ei, qui eſſet ex generatione Iudæ, ſicut lex diceret. At verò iſtum Idumæum genere, quem nulla proſapiæ regalis origo contingeret, irrepſiſſe in honorẽ indebitũ. Siquidem cũ Antipater ſibi atq; Archelao fuerit auus,

* iniuſto

auus, præſtans diuitijs, cæteriſq; artibus potens, & maximè Romanorum amicitia, Cæſariq; ſeniori bello probatus, cùm poſſet ſibi regnum aſciſcere, nunquàm tamen affectauerit, quinetiam defendere alijs malucrit quàm ſibi parare, meritoque illum habitum vt parẽtem optimum, qui Iudeam in libertatẽ vindicauerit vulneribus ſuis, nec in ſeruitutem deduxerit. Herodẽ Antonij teſtimonio, qui paternus ſibi hoſpes fuiſſet, in regnum aſpirauiſſe: ex illo Iudæorum res imminutas, egiſſe vt hoſtem, non vt rectorem. Cùm igitur ipſe etiã adulter regni fuerit, quo modo potuiſſe ab eo legitimum Regem creari? non deprecari tamen, quò minùs ſub regno ſint, ſed poſcere ſub Romano agere, cuius ſibi gratiam iam indeà Machabæis partam tantam per vſurpationem regni poſteà degenerauerunt, vt multò inferiores ſint his, aduerſum quos Romanam petierunt ſocietatem. Denique orare ſeſe, vt eadem condicione Iudæa qua Syria præſidiale iudicium à vobis adipiſcatur, quo deuotionis noſtræ detur experimẽtum

O t

trùm qui seditiosi ac rebelles vocamur, possimus moderatis iudicibus obtemperare. Aduersus ea Nicolaus pro Archelao respondens, inquietissimam nationem insolētiæ suæ asseruit pœnas dedisse, ne hinc potissimùm Archelaus inuidia inexcusabilis criminis accerseretur, si per seditionem pacem turbarent, atq; à Romanorum societate animis atq; armis discederent: de testamenti autem prælatione quis dubitaret, cùm & posterius præferri soleat superioribus, & hoc multò validius cæteris videri debeat, in quo Cæsari cōfirmādi Regalis iudicij seruata sit prærogatiua, quo cumulata potiùs quàm imminuta Romani nominis reuerentia sit, si & à vobis Cæsar non præripiatur Regibus, quòd priuatis licet, vt eorum valeant testamenta, & quem potissimùm sibi cupiant succedere, vltimo scribant stylo, atq; ab illis iterū ea vobis honorificētia *reseruetur, vt cōfirmatio iudicij à vobis petatur, & is succedat, quem pater elegerit, vos probaueritis. Quando igitur magis sapuit Herodes, cùm tibi Cæsar * seruauerit

Nicolaus supradicta refellit.

**seruetur*

præ-

rogatiuā, an quando præterijt? Vbi Antipas substituitur, Cæsar præteritur. Vbi Archelaus subrogatur, Cæsar asciscitur: sine firmamento nulla res stabilis. Diuino itaq; iudicio vbi iustitia deerat, vel simulationi vel voluntati firmamētum defuit. Vbi autem æquitas examini suppetebat, robur quæsitū, vt iudicium confirmaretur. Considerat igitur, vtrùm fecerit iniuriam, qui te elegit, aut si rescindi debeat, quod te arbitro sanciendum reliquit rerum omnium Domino: †cui iure etiam Reges cedunt †potestate. Qui enim sciuit, quē eligeret ad confirmandum, sciuit vtiq; quē eligeret ad imperandū, nec in successore falli potuit, qui nō est falsus in confirmatore. Nam qui arbitrum constituit te, cognouit itaque talem successorem sibi constituendum, qui tibi, quem cōstitueres, non displiceret. Auditis partibus Cæsar sententiam distulit: deinde collato cum Senatu consilio, Archelaum gēti præposuit, vt fungeretur rectoris munere, non regni hónore. †Spopōdit tamen & regnum daturum, si se ita gereret, vt probaretur.

†cuius †potestati alias improbandū.

Archelaus rectoris munere fungitur, non Regis honore.

†Spondet.

Iam enim tentamenta dissensionis Israëlitici populi nuntiabantur. Tetrarchas duos cõstituit Herodis filios, Philippum & Antipam, qui cum Archelao de regno certauerat, Herodis sororis, cui nomen Salome, *delegatum seruauit, etiam alia ipse adiunxit. Duabus quoque filiabus Herodis mille talẽta, quæ sibi relicta erant, dispertienda arbitratus: addidit etiam alia sexcenta millia, & ea Pheroræ liberis sociari censuit.

*legatum

CAPVT II.

INtereà quidam ex iuuenibus simulans se Alexandrum, & propter misericordiam ab his, quibus necãdi munus ab Herode patre mandatum foret, subrogatis alijs in locum suum, cum fratre suo Aristobulo dimissum, Miletum petijt, & inde Romam, quò difficiliùs apud incognitos cognosceretur. Vbi facilè Iudæos ad rerum nouitatem promptissimos excitauerat: nisi comperto eo, Cæsar ad se eum perduci ocyùs per Celadum quendam, qui Alexandrum plenè nouerat, præcipisset. *Geladus vbi iuuenem vidit, similitudine

*Celadus

dine deceptus hæsitauit. Sed reliqua perspiciẽs indicia non conuenire, quæsiuit vbi esset Aristobulus: at ille in Cypro insula degere asseruit, cauentem insidias, eò quòd cõiuncti inter se fratres faciliùs extinguerentur. Deinde ad Cæsarem deductus, aperuit ilicò impunitate promissa, fretum se specie similitudinis, quod esset Alexander simulasse, vt immunerabilia munera ibi quasi Regis filius à Iudæis consequeretur. Cæsar dolum risit, sed & ipsum immunem dimitti iubet, & eos, qui vltra priuatum modum quasi Regis* filios detulerãt, satis multatos esse pronuntiauit, quòd superfluis sumptibus infinita dispẽdia tolerauissent. Archelaus autem profectus in Iudæã propter obscœnitatem morum & insolentiã accusatus apud Cæsarem, cognita inter partes causa, Viennam relegatur, opesque eius thesauris Cæsaris associatæ: hoc meritò pretium luit, qui nec à fratris sui germani coniuge suas compressérat cupiditates. Nam vbi Alexander obijt, patris imperio neci traditus, Glaphira vxor eius Archelao Rege Cap-

*filio

*Archelaus propter obscœnitatẽ meritũ & insolentiã apud Cæsarem accusatus.

padocum genita, quemadmodum ſuprà memorauimus, Lybies Regi Tibæ ſecundis eſt copulata nuptijs. Quo defuncto, reuertit ad patrem: illic eam cõtemplatus Archelaus, quòd fratrem mariti filiorũ patruum haudquaquàm piè refugiendum arbitraretur, ita deperire cœpit, vt vxorem †deijceret Mariamnem, & Glaphiram in locum illius ſubſtitueret. Nõ multò pòſt vbi mulier in Iudæam redijt, vidit in ſomnis Alexandrum, & complecti deſiderauit. At ille indignanti ſimilis, à complexu refugus, viſus eſt dicere: Hæc eſt Glaphira promiſſi fides? Ita amores erga te ſeruaſti meos, quorum memorem te eſſe oportuit? Sed eſto, adoleſcentula ſecũdas nuptias non refugeras, etiam ne tertias, etiam ne fratrem mariti appetere debueras? Ita te mea delectauit iniuria, vt in meam domum tertio nupta cõiugi remeare non erubeſceres. Sed mihi curę, ne diutiùs maneat contumelia mea, contagioque tua: nec longum lætabitur fraterni incæſtus matrimonij. Exurrexit mulier, & familiaribus narrauit ſomnium, atque ipſa biduò pòſt

†deijceret

defuncta,

defuncta, fidem fecit, quòd huiuſmodi coniugia nec viuorum legibus †punita ſunt, nec mortuorum voluntatibus.

†impunita

CAPVT III.

Somnium Archelai de nouẽ ſpicis à bobus voratis.

IPſe quoque Archelaus vidit in ſomnis ſpicas nouem, plenas & magnas à bobus vorari. Cui quærenti, reſpondit interpres: Nouem ſpicis nouem annos †ſignari, quibus poteſtati vſus ſit maxima & ampliſſima. Nono itaq; anno imperij ſui mutationem eidem fore, eò quòd boues, qui arua aratro ſolent interuertere, mutationem ſignent laborioſam, quæ deuoret atque abſorbeat merita ſuperiora. His itaque cognitis, quinto die venit à Cæſare, qui eũ ad iudicium Romam deduceret. In quo condemnatus & actus in exilium, etiam morte impleuit ſomnium ſuum. Principatus gentis, qui ad Archelaum pertinebat, conuerſus eſt in nomen Prouinciæ, quo nomine Romani, cùm in ius ſuum vincendo redigerent procul poſitas regiones, Prouincias appellauerũt. Manſerunt tamẽ Tetrarchæ, vt erant Philippus & Herodes

†ſignificari

Vnde ortũ habuit nomen Prouincia.

mutato vocabulo, quia Antipas priùs nuncupabatur. Nam Salome moriẽs, loca, quæ tenuerat, & poteſtatem ſuæ gentis Lybiæ vxori Cæſaris dereliquerat. Isſtatus erat Iudeæ, quando Cæſar defunctus eſt: relinquẽs Tiberium priuignum ſuum Lybiæ vxoris filium ex ſuperiore genitum coniuge ſucceſſorem Romani imperij: cuius in honorem Tiberiadem Herodes cõdidit. Philippus quoque Lybiam vrbem matris eius vocabulo nuncupandam putauit. Et quia propoſitum nobis eſt aperire cauſas, quibus populus Iudæorũ à Romano imperio deſciuerit, ſibiq; exitium acceleraverit, Pilatum prouinciæ præſidem initium ruinæ dediſſe res indicat: quandoquidem Cæſaris imagines Hieroſolymitanis ædibus inferri primus omnium non dubitauerit. Quo motus populus cùm reſiſteret, atque ille recipiendas imagines censeret, plurimos in mortem coëgit. Dum hęc in Iudæa geruntur. Agrippa Ariſtobuli filius Romam aduenit, cupiens aduerſus Herodem Tetrarcham apud Tiberium iudicio contendere, ſed deſpectus

ctus à Tyberio, cùm Romæ degeret, plurimos ſibi aſciuit ad amicitiam: & maximè Germanici filiũ Caiũ, quem ſiue paterni nominis gratia amabilem populo, ſeu Regij generis propinquitate proximum imperio ratus, an quodam præſagio ſtudioſiùs excolebat, quàm vel ætatis vel honoris eius ratio patiebatur, ita vt quodam die manus eleuans deprecaretur, vt maturiùs, Tiberio mortuo, Caium videret Imperatorem. Quo prodito per Eutychum libertum ſuum, Agrippa iuſſu Tiberij in vincula ducitur, & grauibus modis excruciatur, non antè dimiſſus, quàm Tiberius diem clauderet. Cuius tempora fœda ludibrijs, caprarumq́ue ſeceſſus, ignauia intolerabilis: nullum tamen efficacis virum operis in necem eius excitauerunt, recentis, vt arbitror, Romani imperij reuerentia, ſiue terrore ſæuiſſimæ crudelitatis, quia plerunque aſperitas quò grauior, eò tutior eſt.

CAPVT IIII.

Ludibriũ Paulinæ fœminæ famosum

EO imperitãte, famosum ludibriũ Paulinæ spectatissimi generis fœminæ Romæ percelebratum est. Quæ cùm egregiam castitatis famam apud omnes haberet, esset etiam præstantissimi decoris & eminentis gratiæ, tentata Mũdi equestris militiæ Ducis interpellationibus, nec inflexa, vitio nimię superstitionis, patuit errori: Mundus nanq; subornatis Isidis sacerdotibus, qui velut Anubis ad eam mãdata perferrent, quòd eam ad templum inuitaret, delectatum se eius sedulitate & pudicitia: noctẽ poscceret, habere se, quod eidem secretò vellet committere. Quod illa accipiens læta ad maritum detulit, Deum suis adesse votis, ab eo suam posci præsentiam, negare se non posse obedientiam. Itaq; & ex sua, & ex mariti sententia pergit ad templũ Isidis, noctem exigit, remotisque procul arbitris, quasi sacri cognitionem mysterij perceptura, sese stratis composuit suis, æstimans, quòd ad eam Deus suus in somnis veniret, & per visionem sese ei demonstraret. Verùm vbi aliquid noctis processit, quò facilius mulier plena †somnij deciperetur, Mundus assumpto vultu Anubis, habituq; aduenit, vestimenta alleuat, in oscula ruit. Expergefactæ mulieri Anubem se esse dicit, vultum Anubis prætendit: illa Deum credidit, beatam se esse asserit, quòd eam dignatus sit visitare Dominus Deus suus. Amplexum petenti nõ negat, refert tamen, vtrùm Deus possit homini misceri. Ille promit exempla, quòd & Iouem summum Deorũ Alcmena susceperit, & Leda eiusdem concubitu potita, & plurimæ aliæ, quæ ediderint Deos partu, de se quoq; †ex illa Deum esse generãdum persuadet, mulieri concubitu miscetur, reditad maritum lætior dicẽs, quòd mixta Deo sit mulier, & eius ꝑmisso deũ esset genera tura. Fit ingẽs in stupro mulieris & maritigaudiũ. Posteà occurrit Mundus, & ait mulieri: Beata Paulina concubitu Dei, magnus deus Anubis, cuius tu accepisti mysteria. Sed discete sicut dijs, ita & hominibus nõ negare, quibus dij tribuunt, quod tu negaueras, quia nec formas suas dare nobis, nec nomina dedignantur. Ecce ad sacra sua deus Anubis vocauit

† *somni*

Deos hominibus nuptos asserit.

† & *Mundus Paulinæ sub Anubis prætextu concubuit.*

*iungeretur vocauit & Mundum, vt tibi iungeret, Quid tibi profuit duritia tua, nisi vt te viginti millium, quæ obtuleram, defraudares compendio? Imitare deos indulgentiores, qui nobis sine pretio tribuunt, quod abs te magno pretio impetrari nequitum est. Quòd si te humana offendunt vocabula, Anubem me vocari placuit & nominis huius gratia effectum iuuit. Hoc perstricta sermone mulier, illusam se intellexit, & dolens iniuriam pudicitiæ, confessa est fraudem marito. Ille nihil habens, quòd vxori indignaretur, cui ipse cubandi in templo potestatem permiserat, & conscius coniugalis castimoniæ, principi querelam detulit. Qui motus potentis viri contumelia, atq; atrocis flagitij commento, sacerdotes è templo rapit, quæstioni subijcit, confessos necat, simulacrum Isidis Tiberi demergit, Mundo fugiendi potestas concessa, eò quòd vi amoris & formæ superatus gratia, leuioribus commissorum suorum pretijs *multatus æstimaretur.

*multãdus

CAPVT V.

Quod

QVod igitur Iudibriũ imperitante Tiberio acciderit, nõ putaui prætereundum, vt ex eo deformitas colligatur Imperatoris. Sicut enim boni Principis vita, probitatis quædam præscriptio, & per vniuersos viuendi forma est: ita Imperatoris colluuio, lex flagitiorum est. Ab eo missus Pilatus est in Iudæam vir improbus, atq; in exiguo ponens mendacium, circumuenit Samaritanos, vt montem, cui nomen Gadir, peterent: erat enim illis sacratus, eò quòd vellet eorum mysteria cognoscere. Et ascendens, populum præuenit equitatu, pedestriq; exercitu strauit, afflictoq; crimine, quòd à Romanis discedere, & conciliabulũ sibi quærere præparassent. Quid enim non auderet, qui etiam Christum Dominum ad salutem humani generis aduenientem, multis & diuinis operibus profundentem in homines misericordiæ suæ gratiam, nihilque aliud docentem, nisi quòd primùm Deo, deinde Imperatoribus faceret populos obedientes, cruci suffixerit? Demensque, qui minister esset sacrilegi furoris, vt interficeret

Pilatus vir improbus Christum crucifixit

Ex Pilato Iudæorum genti exitium.

ceret autorem salutis. Ex illo itaq; Iudæorum res præditæ, ex illo exitiũ genti, temploq; matutatum excidiũ. Nam si Herodes, qui Iohannẽ neci tradidit, perfidiæ & crudelitatis suæ pretiũ luit, deiectus regno, atq; exilio datus: quantò magis præcipitibus furijs actum intelligi datureum, qui Christum occiderit? Quæ causa autem fuerit mortis Iohannis, breuiter expediam. Philippũ & Herodem, qui priùs Antipas dictus est, germanos fuisse suprà ostendimus. Vxorem Philippi Herodiadem, quam Herodes illicito ac nefando sibi sociauit iure matrimonij. Non tulit hoc Iohãnes, & ait illi: Non tibi licet vxorem habere fratris tui. Tum ille commotus, in carcerem detrusit Iohãnem. Nec multò pòst necauit virum iustum, & constantem diuinæ legis executorẽ. Non solùm enim quasi prędicator Euangelij, fraterni cubilis incœstum reprehendebat, verumetiam quasi legis executor, præuaricatorem legis condemnauit, qui fratris vxorem viuentis eripuerat, præsertim habentem semen de germano ipsius. Hinc excitata Iudæo-

De causa mortis Iohannis Baptistæ.

dæorum ferè omnium in Herodem odia & pœna accelerata: Cuius autor Herodias videns Agrippam plurimùm pręualuisse apud Cæsarem, compulit eum Romam pergere, quò sibi Imperatoris gratiam conciliaret, obiectans desidiæ contumeliam, quòd fugitans labores, dum moratur domi, indignos sibi pateretur anteferri. Nam cùm Agrippa ex priuato Rex factus sit, quantò magis ipsi iamdudum Tetrarchæ, quò regnum conferat, Cæsarem non dubitaturum. Itaque mulieris opprobria nequaquàm sustinens, Romam profectus, dum Caij amicitiam petit, ab Agrippa accusatus, etiam Tetrarchiam amisit, quam à Iulio Augusto acceperat, & fugitans in Hispaniam vnà cum vxore Herodiade mœroreanimi consumptus est. Mortuo quoque Tiberio, Caius successit, qui Dominum se & Deum videri, atque appellari volens, causas dedit Iudæis grauissimæ seditionis, ac nisi † propetrato fine imperium clausisset, Iudæorum genti finem fecerat maturiorem.

† *properato*

Non

Non ſolùm enim ab illicitis non reuocabat ſuos, verumetiam miſſis in Iudæam, vltima ſupplicia minitabatur, niſi omnia aduerſum ius & fas religionis armis patrarẽt. Plurimũ* enim potuit imperio Agrippa: ſed dum vellet muro ambire maximo Hieroſolymã, vt Romanis fieret inexpugnabilis (prę-uidebat enim imminentem ruinam) morte præuentus, opus imperfectum reliquit. Nec minorem potentiam exercuit imperitante Claudio: quia ipſius quoque primitijs interfuit, cùm Caio perempto, ipſe à militibus aſſumptus, in imperium reſiſtente ſibi Senatu, regni tædio Agrippam legatum direxit: quo interprete promiſſa moderatoris imperij fides, * diffinita gratia, pax conuenit: in locum Agrippę patris Agrippa filius eius à Claudio Cæſare Rex ſubrogatus eſt.

* eius

Agrippa filius in locũ Agrippæ patris à Cæſare ſurrogatur.

* inita

CAPVT VI.

Claudius deficiens Neronẽ Romano præficit imperio.

IPſe quoque Claudius exactis tribus & decem annis, cùm deficeret, Neronem Romano imperio Principẽ dedit: captatus vxoris Agrippinę perſuaſionibus

bus, quę tantum fraudibus valuit, vt filium Imperatoris Britannicum deſignatum ſucceſſorem ipſo iure naturæ principatus exortem redderet. Cuius artis mox pœnituit eam: quia dum ex ſegenito conſuluit principi, ſuum negauit, ignara, quòd elatus imperio, nec matrem agnoſceret, atque in exitium eius beneficij mercedẽ inuerteret: idẽ tamen Octauiam Claudij filiam * conIugio tenebat: prępoſtero ordine genet filio prælatus: quia mala Reipublicæ præponderabant, cui debebatur parricida ſacrilegus, inceſtus: vt in eo crimina, non vlla bonæ artis merita regnarent. Tali Imperatore ſeu morum eius intuitu atq; ignauiæ contemptu, ſiue quia Iudæis ob grauia ſacrilegia, auerſo præſidio Dei ſummi vltimum excidium præparabatur, erupit in ſeditiones graues, latrocinia, diſſenſiones, eorum inſolentia, quos per viginti annos Eleazarus Princeps latronum grauiſſimè depopulatus: aliquando tamẽ captus à Felice, qui Iudæę præerat, & Romam directus, graues pœnas dedit: Nec ſic quidem graui cæſorum nu-

* coniugij loco

mero infractus est populus Iudęam inhabitãtium: sed in ipsis Hierosolymis aliud latronum pullulauit genus, qui vocabãtur sicarij, non iam secretis abditi, nec tenebris nocturnis insidiantes sine aliquo præsidio commeantibus, sed luce dieiatq; in medio vrbis & turbæ stipamine percutiebant quoscunq; propiùs accesserant: breues manu gladios gerentes, conferto populo permixti, vbi adhærentem fixerant, cadebat imprudens cæco vulnere, vt querelam mors præueniret: funus in promptu, sed percussor latebat: & si quis cõmotus fuisset alieno vulnere, propior suo factus erat cæsorum portio. Ita vel periculi metu, vel dissimulatione facinoris, sicarius non deprehendebatur. Tanta erat insidiantium velocitas & celandi ars. Occiditur sacerdos Ionathas: addebantur multi quotidie, grauiorq; metus viuentium, quàm ærumna interfectorum. Quasi ad pugnam, sic quotidie vnusquisq; progrediebatur: grauiore tamen conditione, quia hostis prçuidetur, sicarius deliteſcebat, morsin oculis, in animis timor. Nemo

mo se regressurum credebat, nec amicis fides deferebatur, dum sicarius metueretur. Quo pleriq; perterriti insontes quidem à flagitio latrocinandi, vel sicariorum cõtubernio, etsi manu innoxij, consilio tamen infirmiores desertum petiêre. Sed dum sibi consulunt, terrorem fecerunt *discessiones: ex quo belli aduersus Romanos suspicioprimò, deinde inuidia exarsit, quo *metu prouinciæ Rector misso equitatu, & pedestri agmine, *maximam multitudinis stragem edidit.

*discessionis

*motus

*maximæ

CAPVT VII.

AEgyptius quoque Pseudoprophe- *Pseudopro-
ta aduenies, & magicis imbutus *pheta Ae-
artibus dum iactat se prophetico spiri- *gyptius.
tu cœlestia annuntiare oracula, triginta ferè millia Iudæorum associauit sibi, cosque ad montem Oliueti congregans, frequenti irruptione penetrabat Hierosolymam, ita vt etiam Romanas incursaret custodias, quæ ne quid à populo moueretur, Hierosolymis prętendebant. Vbi etiam hæc cõpressa est

insolentia, quasi in ægro corpore alia pars grauiùs inflammabatur. Plurimi enim palàm discedēdum à Romanis, libertatem seruitio prę ferendam vociferabantur, progressisque in agros, quibus alimonia deerat, vi expetebatur.

CAPVT VIII.

POstremò in vrbe Cæsarea grauis inter Iudæos & gentiles seditio incessit, vendicantibus sibi Iudæis vrbis totius quasi ab Herode Iudæo conditæ possessionem, renitentibus gentilibus, quòd conditor quidem Iudæus fuerit, sed Cæsaris eam nomine declarauerit. Deniq; & * templum intra eam * struxerit, & statuas apposuerit, eoq; videri gentilibus vsibus magis eam mancipatam: harum contentionum seditio in manus vertitur: quia neque primi Iudæorum suos seditioni deditos comprimere poterant, & gentiles opprobrio ducebant, si Iudæi sibi cedendum arbitrarentur: itaque excitauerunt Felicem, vt dum vtriusque partis gestit comprimere multitudinem non acquiescentem, prę sertim armis, quando aliter

*templa
*instruxerat.

Felix

aliter nequibat, consuleretur. Cui successit Festus, qui latronibus plurimis comprehensis, haud exiguos vltimo exitio dedit. Albinus quoque eadem à Romanis potestate sibi credita, nullū nequitię genus prętermisit, rapinarum improbus prædo, vt qui non dedisset pecuniam, in vincula raperetur, quanuis innoxius: qui dedisset, etiam reus absolueretur: auaritia gignebat superbiam, vt pauperioribus se tyrannum præberet, mācipium ditioribus: *idem tamen etsi prætergressus nequitiam superiorum: Ita à successore Floro, quasi †proximo interuallo prę teritus ac derelictus: vt comparatione deterioris integer æstimaretur. Et qui primò questi fuerūt vt afflicti, postea Festum quasi bonum Iudicem desiderabant. Hic enim singulos exuerat, Florus vrbes diripiebat, iuquinatissimus in obscœnitatibus, in sæuitia crudelissimus, armis omnia conturbans, & prælia de prælijs serens, qui nec obsecratus ignosceret, nec exaturatus parceret, in conspectu Beronices, quæ soror Agrippæ Regis

Festus

Albinus

*itatamē

vt superiorum

gressus

†proximo

ad templum religionis causa venerat, acerbissima cæde in populum desæuiebat: nec obsecranti †deferendam arbitratus, cùm inseruientem religioni nudis pedibus astantem cerneret, & orantem fastidio haberet, vnde ad Agrippã Regem & ipsa scripsit, & populus Iudæorum direxit precatum auxilia libertati. Cui †egredienti ex Aegypto occurrerunt plerique vltra sexaginta stadia Hierosolymitanæ vrbis obuiam progredientes, & circunducto per vrbem, cùm fidem querelarum probaret, insistere cœperunt, vt legatos ad Neronem †mitterent. Verùm ille dolorem vt ciuium, & ipse miseratus, tentamẽta tamen belli aduersum Romanos alta prudentia cernens moueri, ne & sibi inuidia, populoque vltimum gigneretur periculum, coacto in vnum populo, in loco, qui templo proximus & ponte diuisus, Sixtus appellabatur, huiusmodi orationem habuit.

†deferẽdũ

†regrediẽti

†mitteret

CAPVT IX.

ETsi in plerisque improuidus consulendi moderandiq; impatiens, dolor

dolor grauibus aliquos faciat inæstua requeremonijs: tamen vbi consilium sumitur, sequestratur affectus doloris. Nam si promptos ad vlciscendas iniurias & ad inferendum Romano bellum imperio, vniuersos ex hoc populo comperissem, ac non melioris partis & tranquillioris sententiæ, quod pacis est præoptare, & quod quietis præferre, nec ad vos venire ausus forem, nec consilium dare. Superfluum est enim suadere quid fieri oporteat, cùm audientium assensus in deteriora sit. Sed quia alijs inexpertus bellicorum vsus malorum, alijs perfunctoria spes libertatis prædulcis ad expetendum, sed plerunque † grauis ad adipiscendum: multis enim dum libertas peritur, seruitus accumulatur, & frequenter totum eripitur, quibus vel nomen libertatis remanserat, alios quibus præsentia vtilitate sui displicent, rerum nouitas inuitat, ac si turbentur negotia, lucrum putatur. Ideo vobiscum consilium conferendum putaui, ne aut prudentiorum sobrietas præripiatur insolentiorum audacia:

Oratio Agrippæ ad populũ suadentis bellem aduersum Romanos moueri nõ debere.

†irrationabilius.

aut qui rectè ſapere neſciũt, noſtro ſaltem admoniti ſermone cognoſcant, acquieſcẽdum eſſe conſultioribus. Silentium igitur deferendum cenſeo, vt & nos quæ cõducere vobis arbitramur aperiamus, & veſtrûm nemo perturbetur, ſi aliqua præter ſuam voluntatem audiat. Nemo enim poterit æſtimare, quale ſit quod dicitur, niſi audierit priùs, cuius ipſe futurus arbiter ſit: †Probet aut reſpuat, fruſtrà cõturbat, ne audiat: licet enim & poſt conſulationem vnicuique ſentire, quod ſentit: Et ſi diſceſſit, placet enim monitus ſeruare inconſultæ voluntatis ſentẽtiam. Sed dicet aliquis: Cur fruſtrà audiri velim, ſi non acquieſcant, qui audiunt. Quia ſi nolint acquieſcere cùm audierint, portio mihi concionis, non omnis populus periclitabitur. Si autem audire nolint, etiam cùm pars audiri conturbat, vniuerſo populo *eripiatur audiẽdi profectus. Itaq; apud eos mihi orietur ſermo, qui audire †voluerint, ſi vel ex parte aliqua mihi ſilentium deferatur: intercipitur enim ſermo omnis, & quaſi totus decidit, ſi cõcionalis fragoris

†*Probetur an*

Vide hîc annotationes.

**eripitur*

†*noluerint*

goris & inquieti ſtrepitus examinetur impedimento. Duo ſunt itaq;, quibus primò reſpondendum arbitror: quæ in maximo ſunt querelarũ põdere: Quòd plerique vociferantur de iniurijs præſidum: & quòd plerique perijſſe ſibi libertatem gemunt. Quarum propoſitionum ſeparãda mihi complexio videtur. Si enim præſides improbi, quid opus eſt libertatem attollere? ne videamini non eorum merito, ſed ſeruitutis faſtidio accuſare Præſides, quaſi dominationis miniſtros. Aut ſi intolerabilis ſeruitus, ſuperflua ergo de præſidibus querimonia. Nam etſi in illis *moderatior ſit, nihilominus tamen turpis ſeruitus eſt. Conſideremus ergo, ne in vtroque eorum non perfunctoria bellorum materia ſit: quid enim ineptius, quàm de iniurijs queri, & bellum ſubtexere, ac periculis mutare contumelias? Dum iudicem refugias, hoſtem inducas: cùm iudex iniquus plerunque iuris interpres ſit, hoſtis autem etiam iuſtus ſemper ſit appetitor ſalutis. Temperari ergo non exaſperari iudicem decet, hoſtem caueri, ne alterum

*moderatio

acerbes, alterum arceſſas: cum & ille delinimento mitior fiat, & iſte declinari debeat, ne poſſit nocere. Cauendum igitur de iudicibus, ne maior querela quàm iniuria ſit. Grauior quoque obiectionum inuidia, quàm commiſſorum pretia. Sæpè etenim qui primò verecundiùs deliquerint, accuſati inſolẽtiores ſunt, & qui occultè antè furati ſunt, poſteà pa àm latrocinantur. Nihil itaque tam exaſperat feruorem vulneris, quàm ferendi impatientia. Deniq; impenſiùs in ipſis agreſtibus feris arctiſſima vincula, ſi ſe excitẽt, imprimuntur: ſi quieſcant, relaxantur: grauis quoque febrium vis tolerando minuitur, inquietudine augetur. Quòd ſi norint ſibi conſulere agreſtia, vt naturæ obliuiſcantur, quò dolorem alleuent: quantò magis in hominibus frequens id docuit vſus, quòd eorum, qui læſi ſunt †toleranda, lædẽtibus fuerit †verecundia, vt ſine accuſatore correxerint, quod accuſati non emendaſſent. Sed eſto, fuerit intolerabilis Romanorum Iudicum inſolentia, quid igitur tolerabilius, vniuerſos, an vnũ per-

† *tolerãtia*

† *verecũdia*

perpeti? Quæ autem iuſtitia, cùm vnus læſerit, bellum inferre omnibus? Nunquid omnes Romani iniuriæ autores? Nunquid ipſe Cæſar? aut ſtudioſè electus eſt improbus, qui ad vos mitteretur? Sed neque ſpeculari poſſunt † tranſmarina, oculoſque ad Orientem & Occidentem intendere, vt illic videant, quæ hîc geruntur: neque audire facilè, quod etſi ſolicitudo exigat, longinquitas negat probationum difficultatem. Vnius igitur culpa diſſidium parietorbis Romani, cùm etiam ſine querelis veſtris propera correctio ſit, nulla accuſationis inuidia, itineris nullo labore. Annuis enim vicibus Romani Magiſtratus mutantur. Quo fit, vt nec inſolens diu maneat, & moderatior citò ſuccedat. Nihil igitur oberit quieuiſſe, cùm remedium deferatur etiam quieſcentibus. Cauſas belli autem intexere pernicioſum, quia dura belli aduerſum omnes conditio, aduerſum Romanos vltima. Quos ſi fugere velis, cùm ſuperare nequeas, orbis terrarum tibi † derelinquendus eſt.

† *trãsmarina*

† *relinquẽdus*

Sed

Sed libertatis cupiditatem prætēditis? Sera ista deliberatio: priùs certandum fuit, ne amitteretis libertatem, quàm vt amissam reposceretis. Durus seruitutis vsus, & ideo à principio nō fuit subeunda, aut suscepta æquanimiter ferēda. Tunc decuit restitisse, cùm ad seruitium vocaremini. Illa iustior pugna: qui autem semel se dederit in seruitutem, etsi posteà subtrahere se velit, nō ille tanquàm amator libertatis asseritur, sed tanquàm seruus contumax adiudicatur. Vbi erat ista libertatis defensio, cùm Pōpeius vestris ingrueret regionibus: vrbem Dominus intraret, vbi erant arma pro libertate? Cur deposita sunt à patribus nostris? Et certè illi fortiores nobis fuēre, vigebant animis, abundabant subsidijs, cupiebant repugnare: sed exiguam Romani exercitus non sustinuēre portionem: victi sunt, sed reseruati agnouerunt iugum seruitutis, ne tolerarent pœnam captiuitatis. Quid recusatis hæredes, quod debetis iure successionis? Astringunt vos negotia patrum, quomodo obedientiam refugitis, tantò inferiores obedi-

enti-

entibus: aut quid vobis reliqui erit, qui in vos Cęsarem & omnem virtutē Romanam mouetis? Quomodo potestis sustinere eos, qui de omnibus triumphârunt, atq; ab omnibus sibi militantibus nunc adiuuantur? Et Athenienses quidem pro libertate totius Græciæ incendio patriam tradiderunt, exilio mutantes domos, ne sibi Xerxes dominaretur, quem in terris nauigantem, in fluctibus gradientem, cùm eum nec maria caperent, nec terra sustineret, quòd Europæ totius spatia, transitus eius itineris includeret, angustioribus terrarum finibus, quàm exercitus cōmeatu: ita persecuti sunt fugientem, vt vix vna naue fugitans, auxilijque indigens, se subtraheret captiuitati: verùm ipsi illi viri, qui totam fregerunt Asiam, propter exiguam Salaminam & imperitantem fluctibus Xerxem, subigentem maria, in eo ipso, quod sibi subiectum putabat, elemento, glorioſissimè debellatum fugârunt: nunc Romanis seruiunt, & Principes totius Græciæ Italorum imperijs obtemperant: atque illæ Athe-

næ,

næ, quæ leges alijs dabant, nunc alienis legibus famulantur. Lacedæmonij quoque post Thermopylas & Leonidæ defuncti triumphos, post Agesilaum seruatorem Asiæ, nunc amant dominos suos. Macedonia quoque atque Africa, quæ per †suos validissimos Duces totius orbis imperium in sua iura & possessiones transfuderant, translatam à se potentiam non indignantur, tantaque rerum mutatione contentæ, optant propitios †Dominos, quos ad seruitutem petebant. Nec Philippi diuitijs Macedones, nec Alexandri excitantur triumphis, quos Duces omnium prudentissimos non immeritò inuictos arbitrabantur, quia alter se †contra Græciam tenuit, alter fugiēs arma Romana vsque ad regna Caspia, & extrema subactæ Persidis, atque Indorum secreta victor peruenit: Magni nomen obtinuit, quia maximos omnium nō lacessiuit. Quem licèt immatura mors triumpho Romanorū subtraxerit, seruit tamen & ipse in posteris suis, quibus Oriētis spolia, non ad fulcrum dominationis quęsita, sed ad pretium

† duos

†Dominos in vet. cod. deest.

† intra

tium seruitutis, vt nobilitas famulantium ad victoris opes perueniret. Magna virtus Alexandro. Quid tamen mirum? Ille vsq; ad Oceanum victoriam extendit, Romani vltra Oceanum. Testis est Britānia extra orbem posita, sed Romanorum virtute in orbem redacta. Quos ætas superior ignorauit, didicit Romanorum victoria. Seruiunt & ipsi, qui, quid esset seruitus, ignorabāt: soli sibi nati, & semper sibi liberi, †quia à superiorum potētia, interfuso Oceano secreti metuere non poterant, quos nesciebant. Plus itaque fuit transisse ad Britannos, quàm triumphasse de Britannis. Quid enim facerent, elementis iam Romanorum imperio subiectis? Docuit illos Oceanus seruitutis patiētiam, postquàm transfretātibus & †ipsi Romanorum nauigijs, insuetam sibi seruitutem †agnouerant. Nam de Annibale quid retexā? qui tot regionū victor, Romanis & ipse militauit triumphis, quibus Alpes aperuit, viā strauit, vrbes subegit, quæ victoribus acquirerentur. Et qui frequēter superior, spem tamē victoriæ victis nunq̄ intercluſit, semel

Alexander Magnus.

† qui

† ipse

* agnouerat

Annibal.

semel victus reparare se nequiuit. Cessit spontè victoribus, quos *victor non sustinebat, abiectisque armis victricibus, ad Prusiam sese contulit Regem: ex Duce mercenarius, ex triumphatore fugitiuus. Veniamus ad Galliarũ incolas populos natura feroces, & naturalibus muris ferociores, quos non cæmenta parietum, sed iuga Alpium ab ortu Solis tuentur, ab occasu Oceanus includit, à meridie prærupta Pyrenæi, à septentrione Rheni fluenta, immanesque Germani insuperabiles, & inaccessibiles reddidisse se claustrorum beneficijs æstimabantur: Romanis tamen supra nubes viantibus, & vltra columnas Herculis imperium propagantibus, nihil inuium fuit: tanta *facilitate hostis, & qui latebat repertus, & qui resistebat victus est: quorum improuiso aduentu consedisse montes Germania credidit, Rhenum exaruisse, qui magnitudine corporum & contemptu mortis cæteris validiores, qui retinaculum antè suum Rhenum putabant, nunc salutis defensionem. Itaque iam non copijs Germanorum replentur,

*victos

Columnæ Herculis.

*facilitate

Vide hîc annotationes.

plẽtur, sed Romanorum liburnis, quæ peterrantes tot vsque ad mare bicornis amnis fluenta quondam liberas gentes seruitio premũt, vt quæ sibi antè totius orbis imperium præsumpserant, nunc seruitutis propriæ mercedem exoluant. Quid Illyrijs erutum venis terrarum suarum aurum profuit, quibus non abundauit ad libertatis prẽmium? Quantò pretiosius Romanorum ferrum, cui seruit aurum Pannoniorum. Dat itaque Pannonius auri tributum, & opes suas ad Romanum ærariũ volens transfert, vt sit tutior in seruitute. Nec incolã suum auro turbida Pactoli vnda extulit in superbiam, seruit libenter, quibus seruire imperia videt: nec miratur Indus gemmam suam, aut Seres lanam suam. Ad vsum Dominorum exercentur illa, non pretio mercium, sed functionum munia. Persarũ superba *audimus imperia, sed eorum quoque obsides vidimus, & cùm ipsi imperent pluribus nationibus, tamen offerunt liberos suos & nobilitatem suã. Seruire Romanis gaudent pro fide pacis, simul vt seruiendo discant suis

*audimus

imperare: offerunt veſtes, monilia, elephantos quoque Romanis, vnum tributum Reges imponere. Attexamus Aegyptum abundantem opibus ſuis, nec indigentem pluuiæ cœleſtis, quæ ſibi ipſa imbres generat, & pluuiarum hubertates creat. Denique cùm ſit feruentior omnibus regionibus, ſola nō queritur de ſiccitate, & quod nulli alij loco ſuppetit, alit irriguo ſuas meſſes: Nauigatur in arenis, nauigatur per ſata, vbi pluuia neſcitur. Cuius tamē noua gratia & naturalis fœcunditas Romanis militat, vt quatuor menſibus Dominos alat. Quid ipſam vrbem loquar cognomine Regis fortiſſimi, quę ſepta fluminis muro, neſcit obſidionem? quòd vniuerſorū amnium maximus, diffuſo per ſpatia terrarum alueo, & obſidionis ſubmoueat impedimenta, & in vehendis quæ neceſſaria ſunt ad vſum *rerum miniſtret? Quæ magis poterat ad rebellandum quàm Aegyptus excitari, quę decies ſeptingẽta & quinquaginta millia hominum, præter Alexãdriæ incolas populos Romanis faſcibus numerat aſſcriptos? Et cùm

Aegyptus ſibi ipſa imbres generat.

*remedia

cùm habeat tantam multitudinem, mauult tamen Romani imperij tributis ſe exercere, quàm ſuis militare ſtipendijs. Non tranſiliã Cyrenenſes Lacedæmoniorum genus, qui quondam cum Carthaginenſibus de finibus atq; imperio certarunt, finem certaminis mortem offerentes. Qua oblatione victi, ſed vlti tamen iniuriam fratribus Philineis victoriam conceſſere: nec Syrtes præteribo terribiles, etiam ſolo auditu, quòd omnia ad ſe trahãt, & appropinquantia vadoſo mari hæreant, tertiã partẽ orbis totius ab Atlãtico mari & colũnis Herculis vſq; ad mare rubrum, atq; Aethiopas definiri rerũ peritia aſſeruere. Quis tot gentiũ populos numero recẽſeat, quibus fulta Carthago Scipionis dextram non tulit, maluitq; Romã duabus anni partibus aduerſum ſe paſcere, quàm aliorum opibus nixa aduerſum Romanos rebellare? Creta quoq; centũ vrbibus nobilis, huberrima præferẽs regna, circumfuſa vndiq; mari & fluctibus tãquàm mœnibus ſolita hoſtem repellere, vnũ conſularem vereretur, & plurimi populi

Cyrenẽſes.

Philenÿs Syrtes.

Creta.

sex fascium virgulis metu inclinātur.

Asia Asia, Pontus, Eniochi, Scythæ Nomades, Taurici Scythæ, Mæotiaq; regna, Bosphoraniq́ue omnes Romano imperio subijciuntur, & illud antè innauigabile pelagus, XL. naues ad pacē exercent. Nam de Armenia quid dicam,

Armenia quæ non solùm limitis sui seruat quietem, verumetiam portarum intēta custodiæ diligenter explorat, ne pacē turbaturus aliquis irrepat. Omnes ergo Romanis seruire gestiunt, vos soli dedignamini his esse subiecti, quibus subijciuntur vniuersi? Quibus freti armis?

τόλος quo superbi milite? vbi est stolus nauiū vestrarum, qui obsideat freta, percurrat maria Romanorum? In ipsorum enim nomen elementa etiam transierunt, in quos etiam transiuit orbis terrarum, qui Romano imperio claditur & definitur: denique à pleriſq; orbis Romanus appellatur. Nam si verū quæramus, vt suprà diximus, terra ipsa

Orbis Romanus appellatur orbis terrarū infra Romanum imperium est, supra quam progressa Romana virtus vltra Oceanum, alterum sibi orbem quæsiuit, & in Britannia sibi remota à confinio

nio terrarum nouam inuenit possessionem. Deniq; quibus ius non solùm ciuitatis Romanæ, sed etiā ipsius propè humanę conuersationis negatur, illò diriguntur, vt illic habitent, quasi mundi exules. Cessit Oceanus finibus suis, nouit Romanus interiora eius pene secreta, cum ipsis vobis erit bellū, aduersum quos nec natura suum ius possidet. Euphrates ille inaccessibilis *Euphrates* antè, nisi suis incolis, ex vtraque iam *inaccessibilis.* ripa Romanus est, & suo imperio Romano totum significat esse Orientem. Ister in Septentrionalibus partibus in- *Ister.* ter sæuas & innumeras profluens gentes, obsides suscipit, hostes coërcet. Meridiana plaga quousque habitabilis esse potest, arat Romanis, atq; ipsis messem suam colligit in occasu quodam vltima terrarum Gaditana ora, nouos suscipit hospites, qui Romano imperio tributa sua deferant. Habet & ipsa, quò dirigat merces suas, vbi antè solùm naufragium *putabant, ibi nunc *putabat* mutuatur commercium. Cùm igitur Romanorum omnia sint, vnde vobis aduersum Romanos præsidia quæretis?

tis? Ex qua vobis inhabitabili parte ſocios poſtulabitis? Quicunque enim in orbe terrarum ſunt, Romani omnes ſunt. An vltra Euphratem ad Adiabenos dirigetis legationem? ſed nec ipſis vacat ſua relinquere, nec Parthus ſinit petitam ſibi pacem interpellari, ne ipſe in finitimis reus ſit rebellionis, ne †iſtud illud bellum ſimile putetis, ac ſi aduerſum Arabas & Aegyptios vobis gerenda prælia ſint: Alia Romana arma, aliæ opes extoto quæſitæ orbe, nec Hieroſolymitana vobis blandiantur præſidia murorũ, validiorẽ Romani murum Oceani ruperunt: ſed de religionis auxilio præſumitis, cùm orbẽ iam Romanum Ieſu diſcipuli repleuerint? Aut ſine nutu Dei putamus illam creſcere religionem, vrbemq; Romã ſupra omnes regiones proferre imperiũ †Na ſuum. †Hæc noſtra nos iam dudum religio deſeruit, quia nos deſeruimus fidem, & frequenter interdicta mãdatis cœleſtibus †repetiuimus. Vnde in nos venit Aegyptius? quemadmodum captiui facti ſumus Aſſyriorum? Nónne ſcriptura dixit hæc euentura? Nónne

†requiſiuimus.

ſcriptum

ſcriptum eſt profananda omnia tẽpli ſacramenta? quæ iam ſæpiùs profanata vim ſuam atq; omnem diuinorũ myſteriorum gratiam non repræſentant. Contaminatum eſt templum humano ſanguine, repleta ſunt puluinaria cadaueribus, perfuſæ arę Romano cruore, pugnatum eſt ſabbato: præuaricatio facta eſt, dum templum nõ ſua obſeruatione & feriarum ſolẽnitate, ſed cruento defenditur prælio. Et hoc vtique iterùm fiet. Ergo quomodo poſſumus tanquàm aduerſum hoſtes, & religioni aduerſarios diuinum auxiliũ mereri, cùm ipſi pręuaricationẽ inferamus noſtræ religioni? Quod igitur remedium, cùm & humanæ opes nõ ſuffragentur, nec diuina opituletur gratia? Alterum horum aliquos inuitare ſolet ad bellum, vobis vtrunque deeſt. Quid ergo ſupereſt, niſi manifeſtum excidium? quod ſi non declinatis dum cauere licet, nihil aliud niſi vos ipſi veſtram patriam concremabitis, templumq; exuretis, cõiuges quoq; & liberos dabitis neci, quibus autores eritis ſupremę amiſſiõis. Cũ malorũ omniũ

Romano, nõ habetur in ma. ſcri.

incremẽtum inconsolabile sit, nostræ culpæ asscribi quæ sustinemus: Accedit huc, quòd aliarum vrbium bella, suorum incolarum excidijs determinantur, vestra rebellio totius erit excidiũ religionis, quę toto diffusa orbe, populos vbique disseminabit, & in omnibus vrbibus nostri portio est. Vestro igitur prælio ludęi omnes implicabuntur, nec erit vlla regio nostri expers cruoris. Aut si tales sunt Romani, vt Iudæos non persequantur, nec bello lacessiti, quàm iniustum est bellum his inferri, quorum humanitatem speratis. Bonum est chariſſimi, bonum est, dum adhuc in portu nauis est, prœuidere tempestatem futuram, nec imminẽtibus quenquam sese obiectare periculis, ne cùm in altum processeris, iam naufragium non possis cauere. Et plęrunq; quidem repentina exurgit procella, & bellum excipitur, etiamsi non inferatur: sed interest lacessere hostẽ, an excipere, magis parcit non lacessitus, & necessitas excusat insolentiam: vbi verò in præruptum quisquam sese immergit periculum, oneratur etiam

am opprobrio. Non is hostis est, quem fuga posſitis vitare. Quocunque ibitis, sequetur periculum: immò vbiq; hostem reperietis. Omnes enim amici Romanorum sunt, & quicunque præter Romanorum amicitiam est, hostis vniuersorum est. Subeat vos patriæ amor: si non pignorum vestrorum, nõ coniugum vos contemplatio reuocat, reuocet templi contuitus sacratissimi: parcite saltem religioni, parcite sacratissimis sacerdotibus, quibus iam non parcent Romani, neque ipsi templo, quos pepercisse pœnitet: quoniam iam dudum volunt omnes gẽtes nostram extinguere religionem, cui Pompeius tamen cùm extinguere posset, pepercit. Ego nihil prętermisi, omnia monui, quæ ad vestram spectant salutem: hoc vobis suadeo, quod mihi eligo: vos considerate, quid vobis & mihi vtile sit, opto vobis & mihi pacem esse cum populo Romano: si recusatis, ipsi meam vobis eripitis societatẽ: aut cõmunis erit gratia, aut sine me periculũ. Hæc dicens, illachrymauit, Beronice quoq; soror eius: Nã & ipsa erat in Xisti

ſuperioribus & multum eos Agrippa ſuis lachrymis inflexerat, ita vt dicerēt
†rebellamus Iudæi, non Romanis † bellamus, ſed Floro: qui bello digna commiſit, bellū inferendum arbitramur. Reſpondit
†mouere Agrippa, ſed hoc eſt Romanis bellum † inferre: facta veſtra Romanorum iniuriam petunt. Non Floro, ſed Romanis: nō Floro, ſed Cæſari tributum negatur: non Flori, ſed Romanorum miles in caſtro eſt, quod appellatur Antonia, à quo dirutis diuiſisque porticibus templum ſeparaſtis, vt cuſtodia ſequeſtraretur. Reſtituite ſtatutum †ſuperiorē
†ſuperiorē rum, tributum quod Cæſari debetur, Cæſari ſoluatur, ne Florus hoc referat, non ſe à vobis, ſed Cæſaris imperium repudiatum. Acquieuerat populus his dictis, ita vt cum Agrippa in templum aſcenderent, porticus vt fuerant inciperent ædificare, tributum cogerent. Denique breui miſſis in huiuſmodi
†munus † munijs induſtrijs executoribus, congregata ſunt talenta XL. quæ deerant tributariæ ſolutioni. Compreſſus fuerat omnis belli tumultus: ſed adiungere his Agrippa volens, vt Floro obtemperarent, donec ei à Cæſare ſucceſſor veniret, ita plebem exaſperauit, vt ne ab eius quidem contumelia temperaretur, ſed extruſum vrbe nonnullis iactis lapidibus, incertum an percuſſerint. Qua motus iniuria Rex, autores eorum comprehenſos ad Florum direxit. Ipſe autem in regnum ſuum conceſſit.

CAPVT X.

FOdiſcedēte cōcitatores belli compoſitis inſidijs, Maſſada caſtellum occupauerunt, necatisq; Romanorum cuſtodibus, ſuos conſtituêre. Eleazarus quoque Principis Sacerdotum filius, præruptæ vir audaciæ ſua ſit, ne cuius alienigenæ donum vel ſacrificium reciperetur: quæ tuba belli aduerſum Romanos fuit, vniuerſosq; in tumultum excitauit. Videntes itaq; potiſsimi quique, quòd ea res ˇ præſumptæ cauſa foret diſſenſionis, agebant cum populo, *præruptæ
nō ſolùm Cęſari bellum irrogari, ſed violari etiam inſtituta religionis, templiq; imminui reuerentiam: argui & cōdemnari Patrum traditiones, qui ex mune-

muneribus alienigenarum templum ornauerint, cui multò ampliùs accesserit diuitiarum ex collatione gentiũ, donisq; diuersarum & innumerabiliũ nationum: obliterari sancta maiorũ, sacros ritus nouari. Quid futurum de his quæ antè collata sunt, si simili modo conferri in posterum dona gentiũ prohibeantur? Aut si solis Romanis sit interdictũ quod omnibus liceat, quod *Postremò incentiuum belli futurum? *Postremũ impium, si apud Iudæos tantùm nec sacrificare, nec inferre munera alienis permitteretur. Considerare eos oportere, quia Cæsaris pax solueretur, quem huiusmodi motum offensione, haud dubiè facturum, vt eriperet Iudæis omnem vsum sacrificiorum: vt nec pro se sacrificarent, qui sacrificium Cæsaris refutauissent, præueniendum maturè. Nam talia consulta si ad Florum, atq; inde haud dubiè ad Cæsarem peruenirent, Iudæorum genti pestem *factura: simul hæc astruere sacerdotum testimonijs desiderantes, interrogabant, si vnquàm à maioribus esset sacrificijs gentilium renuntiatum: id quò minùs

*futuram

nùs liqueret, obstrepebant ad seditionem parati, nec ministri quidem altaris audebant sese tantæ discordantium inferere contentioni: vnum remediũ superesse visum est, vt Florus atque Agrippa Rex cum militari manu adessent, vt saltem metu desisterent, qui consilio nequaquàm reuocarẽtur: sed Florus, qui augeri vellet seditionem, ne vllus Iudæis esset veniæ locus (qui nisi inuoluti bello forent, vrgendi rapinas eius, & grauiora commissa facultas omnis extingueretur) passus est crescere belli furorem, nihilq; Legatis responsi reddidit. Agrippa verò quàm maximè ambiebat Scyli & Antipæ Custobariq́ue propinquorum suorum legationem, in cõmune bonum, vt & Iudæos Romanis seruaret, & Iudæis religionem, patriæ templũ, vrbẽ ciuibus, sibiq; imperij decus, regni tranquillitatem, milites mille equitum Dario & Philippo turmarum ducibus, vt auxilio forti, bonarum consultores partium prõptiùs admiterẽtur. Hinc fiducia bonis orta, improbis indignatio, bellũ adoleuit. Cùm hos causa iustior,

quæ

quæ nihil tamen armorum conflictus iuuaret: illos furor & multitudinis numerus accenderet, diuisæ acies prælia-
* Princeps torum:*Principes Sacerdotum,& vulgi portio,quę pacem optabãt, cum Regijs equitibus partem ciuitatis superiorem occupauêre: illi alij in inferioribus siti, templum & propinqua loca sacris sibi vendicabant. Primò lapidibus & saxis & iactu telorum vtrinq; bellũ lacessunt, decernunt sagittis. Posteà vt sese fortè obtulit præliandi necessitas, cõsertæ manus, peritia vsuq; Regij præstabant, volẽtes arcere accessu, belli excitatores, ne templum intaminarent. Contrà Eleazaro cum suis etiam superiorem vrbẽ, quæ vocabatur Sion, inuadere studium erat: septem diebus sine intermissione aliqua bellatum est.
Ignis inextinguibilis Octauus solemnitatis dies, quo ligna omnes altaribus solebãt imponere, ne quando ignis deficeret, quem oportebat inextinguibilem perseuerare, furorem addidit, vt omnes à templo ministri excluderẽtur. Audaciùs solito sicarijs sese propripientibus cessere Regij, nec in superioribus partibus cõsistere ausi:

ausi: incensæ ædes Agrippæ & Beronices, direptum omne instrumentum Regium: ignis circumferebatur, vt etiam chirographa debitorum, quæ recondita in tabularijs erant † publicis, †Publicè exurerentur: quò fœneratoribus suis inopes insolentiùs insurgerent, omni nexu sese absolutos arbitrati: incendebant vrbem manibus suis, exurebantur nerui ciuitatis: expugnatum est castrum, cui nomen Antonia, cæsi omnes custodes reperti, incensum posteà. Castrum Antonia. Massadam quoque propripiens sese Manaimus, Iudæ Galilæi filius, acer & peritus Sophista, & turbandis rebus exercitatus, armorum inuasit officinas, & induit armis inermes. Regressusque in Hierosolymam, stipatoribus tanquàm Regio more comitantibus, immane quantum insoleuerat, vt supergrediens vsum priuatum, nec ab illicitis quidem, quę liberi populi ferre non possent, temperandum arbitraretur, insurgẽtibus in eum pluribus, qui fultum Regali indumento, Tyrannum & Dominum incubuisse libertati ciuium increpitarẽt, graues pœnas dedit,

vt

vt afflictus priùs cruciatibus immoreretur, nec tamen *diſsidium remotũ: Nam multò grauior motus inſurrexit. Deniq; Metilius cum Romanis militibus orauit, vt ſibi diſcedere liceret: datáq; fide & interpoſitis ſacramentis, vbi iuxta pactũ arma depoſuêre, cùm ſine metu abirent, ab Elcazaro & ſocijs factionis multi obtruncantur. Non reſiſtendum aduerſus vim, nec precandũ rati, ſed tantum modò violatam fidem & periurium perfidiorum vociferantes. Omnes itaque interfecti: Metilius ipſe præfectus militum rogando & obſecrando, ſimul pollicens vſque ad circunciſionem quoque ſe Iudæum futurum, ſolus reſeruatur.

*bellum

Metilius, q Metilius dicitur, ſolus reſeruatur.

CAPVT XI.

ARdebat omnis Iudæa: Syria quoq; prouincia omnis in bellũ *excita-ta. Deniq; Cęſarienſes quoſcunq; habebant Iudæos interfecerunt: quo dolore excitati, plurimas Syrię vrbes Iudęi adorſi debellauerunt: nuſquàm ius, nuſquàm religio, nobilior erat, qui plura diripuerat, quaſi præmia cõgerens fortitudinis

*excita

Nuſquàm ius, nusq religio.

tudinis. Erat ſpectaculum miſerabile, cùm inhumata corpora paſſim iacerẽt in vrbibus: pueris *cõmixti ſenes, mulieres quoq; nec propter verecundiam ſpectantium munimentis, quibus pudenda tegerentur, relictis: omnia fœda & plena ſpecie miſerabili, quæ cùm tetrum horrorem excederent, grauis ac nefariæ crudelitatis, grauiora tamẽ adhuc ſibi inuicem minitabantur. Erat immane latrocinium inter Iudæos ac Syros, cùm ſpes nulla ſalutis eſſet, niſi vt inuicem ſe præuenirẽt. Quæ enim ciuitas, quæ non Iudæos ſimul & Syros permixtos haberet? Dies in ſanguine, noctes in formidine trãſigebantur: nec odijs, nec auaritiæ modus vllus. Nam præter ſectarum & cultus diuerſitatem, quæ in malum publicum eruperat, vt è diuerſo ſe perditos vellent, auaritia habendi, & rapiendi cupido ita animũ inuaſerat, vt nulli, quem prædæ ſtudio deputaſſent neci, parcendum æſtimarent. Quid de minore numero cæſorum loquar? Nã præter Antiochenos & Sidonios & Apamenos, difficilè quiſquam populus, inhabitãtes ſecum Iu-

*permixti

Latrocinium Iudæorum & Syrorũ.

*Gerasseni dæos non persecutus est. * Cerassem autem & volētes egredi, vsq; ad fines proprios prosecuti sunt, vt sine vlla fraude abirent. Alexandriæ verò orta inter gē-
* cùm tiles & Iudæos contentione, *dum Hebræi vindictam reposcerent, ac raptis facibus cōgregatum in amphitheatro populum gentilium minitarentur exurere, alia curantem Alexandrum Tiberium Præfectum loci in se conuertere, ac primò quidem concordiam publicam reformare pacificis tentabat sermonibus. Vbi verò irrideri ab his, quæ sedulò moneret, aduertit, nec vllo alio modo tolli posse tantam seditionem, inuadendi eos militibus potestatem dedit, qui circunfusos adorsi, maximam per totam vrbem stragem fecêre: cùm alios resistentes, fugientes alios, alios in domibus suis latitātes necarent, neq; vlla subiaceret, vel paruulorum misericordia, vel reuerentia senum, vel mulierum verecundia. Cæsa itaque Iudæorum quinquaginta ferè millia, natabant plateæ sanguinæ, repleta erāt omnia cadaueribus, crepitabant flammæ sæuo per vrbem incēdio, quæ

Cæsa sunt Iudæorum quinquaginta ferè millia.

quæ Iudæorum domibus * iniectæ, vicina simul depascebant. Inflexus tamē Alexander, tandem milites abstinere, & receptui canere iubet: vulgi tamen ira semel progressa in potestatem necandi, nequaquàm mitigabatur.

+ iniectæ

CAPVT XII.

LVebant enim scelerum suorū supplicia, qui postquàm Dominum Iesum crucifixerant diuinorum arbitrum, postcà etiam Discipulos eius persequebantur. Pleriq; tamen Iudęorum, & gentilium plurimi crediderunt in eum, cùm præceptis moralibus, operibusq; vltra humanā * potestatem profluentibus inuitarentur: Quibus ne mors quidem eius vel fidei, vel gratiæ finem imposuit, immò etiam cumulauit deuotionem. Intulerunt itaque parricidales manus, atque autorem vitæ interficiendum ad Pilatum deduxêre: reluctantem cœperunt perurgere iudicem, in quo tamen non excusaba-
tur Pilatus, sed Iudæorum amentia coaceruabatur, quia nec ille adiudicare debuit, quē reū minimè deprehēderat:

Iesus diuinorum arbiter.

** possibilitatem*

Iesus ducitur ad Pilatum.

Pilatus reluctans nō excusatur.

nec iſti ſacrilegium parricidio germinare, vt ab his, qui ad redimendos & ſanandos eos ſeſe obtulerat, obtruncaretur: de quo ipſi Iudęi quoque teſtantur, dicente Ioſepho hiſtoriarum ſcriptore, quòd fuerit illo in tempore vir ſapiens, ſi tamen oportet, inquit, virum dici: mirabilium †patratorem operum: qui apparuerit diſcipulis ſuis poſt triduum mortis ſuæ viuens iterùm, ſecũdum Prophetarum ſcripta: qui & hæc & alia innumerabilia de eo plena miraculis prophetauerunt: ex quo cœpit congregatio Chriſtianorum: & in omne hominum penetrauit genus. nec vlla natio Romani orbis remanſit, quæ cultus eius expers relinqueretur. Si nobis non credunt Iudęi, vel ſuis credant: hoc dixit Ioſephus, quem ipſi maximũ putant: & tamen ita in eo ipſo quòd verum locutus eſt, ita mente deuius fuit, vt nec ſermonibus ſuis crederet, ſed locutus eſt propter hiſtoriæ ſuæ fidem, quia fallere nefas putabat: non credidit propter duritiam cordis & perfidiæ intentionem: non tamen veritati †præiudicabat, quòd non credidit,

Citat Ioſephi de Ieſu crucifixo teſtimoniũ Antiq. lib. 18. cap. 6.

†creatorẽ

Ioſephus ſuis non credit ſermonibus.

†præiudicat

dit, ſed plus addidit teſtimonio, quod nec incredulus & inuitus negauit: In quo Chriſti Ieſu claruit potentia æterna, quòd eum etiam Principes Synagogæ, quem ad mortem comprehenderant, Deum fatebantur. Et verè quaſi Deus ſine exceptione perſonarum, aut vlla mortis formidine locutus, excidium quoque templi futurum annuntiauit: ſed non eos templi iniuria commouit, ſed quia in flagitijs ab eo & ſacrilegijs corripiebantur, hinc ira exarſit, vt interficerẽt eum, quem nulla habuiſſent tempora. Nam cùm alij precando meruerint facere, quæ fecerunt, hic in poteſtate habebat, vt omnia quæ fieri vellet, imperaret. Occiſus erat autem mortem Ieſu, Baptiſta Iohannes vir ſanctus, qui nunquàm in † ſeculis ſalutis veritatem ‖ poſuerat. Deniq; ad omnia quæ plena iuſtitiæ docebat, quibus ad cultum Dei inuitabat Iudæos, etiam Baptiſmum propter purificationẽ animę & corporis inſtituerat. Cuius cauſa necis libertas, quòd perpeti nequiuit ab Herode fraterni violata connubij iura, germanoq; abductam cõiugem. Nam

De Iohãne baptiſta occiſo, cuius cauſa necis libertas erat.

†ſecundis

†germanique

cùm idem Herodes Romam pergeret, hoſpitij cauſa fratris ingreſſus domũ, cui erat vxor Herodias, Ariſtobuli filia Regis Agrippæ ſoror, auſus eſt eam naturæ immemor ſolicitare, vt relicto fratre, ſibi nuberet: cùm de vrbe Roma reuertiſſet, ex conſenſu mulieris inita inceſti pactio eſt. Cuius indicium rei, peruenit ad Aretæ Regis filiam, in cõiugio adhuc Herodis manentem. Ea riualem indignata redeunti marito inſinuauit, vt ad Macherunta oppidum dirigeretur, quod erat in confinio Petræi Regis & Herodis: ille qui nihil ſuſpicaretur, ſimul quia omnem iam circa eandem imminuerat affectum, quò faciliùs Herodiadi pactionis fidẽ præſtaret, ſi ablegaret coniugem, acquieuit eius ſuggeſtioni. At illa, vbi patrio regno appropinquauit, cognita patri Aretæ prodidit, qui per inſidias omnem exercitum Herodis, bello laceſſitum deleuit, proditione facta per eos, qui ex Philippi Tetrarchæ populo, Herodi ſeſe aſſociauerant. Vnde Herodes Cæſari querelam detulit: ſed vindictam imperatam à Cæſare indignatio

Herodias

gnatio Dei ſuſtulit. Nam in ipſo apparatu belli, Cæſaris mors nuntiata, idque à Iudæis æſtimatum comperimus & creditum (autore Ioſepho aduerſum ſe idoneo) quòd non fraude hominum, ſed Dei commotione Herodes exercitum amiſerit, & iuſtè quidem propter vindictam Iohannis Baptiſtæ viri iuſti, qui dixerat ei: Non licet tibi fratris vxorem habere. Sed ita hæc conteximus, quaſi vel in ſuis Iudęi legitima cuſtodierint, apud quos interierat ſummi ius ſacerdotij, aut anaritia interceptum, aut potiorum inſolentia, qui licere quod vellent, iusputabant. Nanque à principio Aaron ſummus ſacerdos fuit, qui ad filios ſuos ex voluntate Dei vnctione legitima tranſmiſit ſacerdotij prærogatiuam, à quibus per ordinem ſucceſſionis conſtituti ſunt, principatum ſacerdotij gerentes. Vnde patrio more conualuit neminem fieri principem ſacerdotum, niſi qui eſſet ex ſanguine Aaron: cui primò ius iſtiuſmodi delatum eſt ſacerdotij. Alterius autem generis viro, nec Regi quidem, liceret

Aarõ ſummus ſacerdotum.

Ozias perfusus lepra quia sacerdotij munus sibi vsurpauit.

succedere. Denique Ozias, quia vsurpauit sacerdotij munus, perfusus lepra, temploque eiectus, reliquam ætatem sine imperio exegit: & certè Rex optimus fuit, sed vsurpare ei non licuit officium religionis.

CAPVT XIII.

FVerunt itaque ex quo egressi sunt ex Aegypto patres, vsq; ad ædificationem templi, quod Salomon condidit, principes sacerdotum XIII. qui fiũt anni †ducenti XII. quoniam primò qui erat princeps sacerdotum vsq; ad mortem perseuerabat, nec quisquam in locum viuentium substituebatur. Postea etiam à viuentibus subrogabantur. Ergo isti tredecim per successionem adepti sunt sacerdotium, quibus temporibus & aristocratia fuit, & monarchia, iudicum & Regum potestas. Rursus à Salomone vsque ad tempora captiuitatis, quando in Syriam populus demigrauit, vrbe capta temploque exusto, fuerunt sacerdotum Principes XVIII. per annos quadringentos LX. & menses VI. & dies X. LXX. autem annis

†sexcenti

annis †pòst in captiuitate fuit populus. Postea Cyrus cùm dimitteret populũ patrum de regione Assyriorum, & templi ædificandi potestatem daret, etiam sacerdotum principem Iosedech, qui simul abductus erat, redire permisit, vt ritus veteris solennitatis per assueti sacerdotis scientiam reformaretur. Ipse igitur & posteri† eius quindecim numero viri, à reditu populi vsq; ad Antiochũ Eupatorem, officio functi sunt per ordinem successionis, & principatum sacerdotij repræsentarunt annis CCCCXIIII. Primus Antiochus, quem suprà memorauimus, & Dux eius Lysias, occiso Onia sacerdotum principe, in locum eius substituerunt Alchimum in sacerdotium. Qui licèt fuerit de Aaron genere, non tamen fuit de ipsa domo. Vnde Anani as frater Oniæ pergẽs in Aegyptum, petijt à Ptolemæo Philometore & Cleopatra coniuge Philometoris, qui ritus obseruationis ad Hierosolymitanę solẽnitatis similitudinem, in Alexandrinæ vrbis cultibus inseruerat, vt illic Princeps sacerdotum subrogaretur, eò

†pòst, non est in ma. script.

† sui

quòd Alchimus legitimam non haberet sacerdotij successionem, atque idem tamen exacto triennio defunctus, nec successorem habere meruit, qui abrogauerat legitimæ successionis solennitatem: fuit itaque septem annis ciuitas sine principe sacerdotij. Vsque ad hoc tempus * regressio patrum de tertis Assyriorum Democratiam tenuit, eò quòd per Regum iniquitates in captiuitatem sese esse deductum Iudæorum populus recognosceret. Asamonæi posteà nacti potestatem populo præsidendi, Ionatham sacerdotum Principem constituêre, qui per septem annos functus suscepto munere, per insidias Triphonis finem vitæ inuenit, in cuius locum Simon frater germanus tanquàm iure hæreditario, per electionem tamen successit, quem generi insidijs inter epulas extinctum accepimus, à quo ad filium eius Hyrcanum, quem fuga periculo exemerat, prærogatiua sacerdotij demigrauit. Hyrcano autem Aristobulus, qui etiam regnum memorato adiunxit muneri, vt vtriusque esset particeps,

*regressionis

ceps, & Aristobulo Alexander substitutus est: Penes Alexandrum & regnum & sacerdotium, vsque ad diem vitæ eius mansit supremum, per septem scilicet & XX. annos, sed plerunque dubio statu: Nam & anceps inter ipsum & Demetrium victoria fuit, & odium immane à ciuibus. Idem moriens Alexander, qui periculosam filijs suis cerneret odiorum suorum hæreditatem, Alexandrã cõiugem suam exercitam vsu imperij, & communiũ assuetudine consiliorum, gratiorem tamen populo, quòd & aduersum viri sæuitiã periclitantibus frequenter præsidio fuerit, & coniugi temperamento, Regali præesse voluit gubernaculo: arbitram simul statuens, cui nam potissimùm filiorum summum sacerdotium committeretur. Illa Hyrcanum patri substituit in sacerdotium, vel propter maioris ætatis prærogatiuam, vel quòd leniore quàm frater ingenio, nullas super regni negotijs matri videretur molestias excitaturus. Aristobulo nihil publicorum commisit officiorum; Sed illæ etiam viuente matre, ægri-

ægritudinis tamen eius occasione in remotis & munitioribus locis Regem agebat: quo offensa mater, & Hyrcani querelis anxia, vim morbi aluit, nec vl
†quatuordecim tra †nouem annos imperij progressa, omnium hæredem Hyrcanũ reliquit: non quò seruaturum præsumeret, sed ne indignum iuuaret, aut vsurpatoris insolentiam iudicio prosperiore accẽderet: verùm Alexandræ mors etiam Hyrcano sacerdotium regnumq́; ademit. Nam bello victus, ad munitiora sese contulit, retentisq́; coniuge & filijs Aristobuli, quos in castro inuenerat, amplexatus est mutare conditionem, vt ad Aristobulum potestas omnis transiret, & sacerdotium: ipse priuatus in domum Aristobuli concederet. Nec tamen diu contentus fuit aulam Regiam priuatis mutasse ædibus. Nam excitatus ab Antipatro, primò in
†contestaturus Arabiam contendit, velut †contestatus pacti iniquitatem. Deinde vbi infirmũ sibi aduersum Romanos, quos in sui societatem per Scaurum Aristobulus
*Arabici illexerat, † Arabi Regis auxiliũ aduertit, Pompeio venienti querimoniam detulit,

tulit, qui eludẽtem Aristobulum, anno iam tertio imperitãtem bello *per- *perculit
tulit, autoritate cepit, atq; ante victoriam custodiæ dedit, superatoq́ue eius populo, & capta vrbe, captiuum ipsum cum filijs Romam dirigi præcipiens, Hyrcano sacerdotij dignitatem refudit, atq; eum *Præsidem ciuibus absque *præsidere
diademate tamen, regniq́; insulis statuit. Largus quidem honoris, sed consultor quietis, ne fraternæ insolentiæ spiritu pax turbaretur. Ita Aristobulus captus licèt, Hyrcanum tamen regno exuit, qui quatuor & vigintiannos posteà maiore vsu quàm nomine in potestate exegit: nec tamen is finis vitæ Hyrcano, qui potestatis fuit. Nam reliquum tempus dedecori cessit, vt suprà memorauimus: Siquidem superatus prælio, Parthis Euphratem transgredientibus, captus, & Antigono Aristobuli filio in potestatem datus, truncatisq́ue auribus: nec sic quidem ærumnæ miserabilis impleuit acerbitatem. Nam post illam in Parthiam quoque abductus exul, debilis, senex, ludibrium de se Barbaris præbuit, & cognito

posteà

postea, quòd Herodes imperitaret, cuius coniugio Mariamne neptis sua potiebatur, in Iudæam reuertit: Vbi primò summa honoris specie susceptus, quò insidiarum velamen obtenderetur, haud multò pòst affecto crimine, quòd potestatem vellet repetere, interemptus est. Nactus igitur Herodes regnum, quod à Romanis pro oppugnatæ, vel proditæ patriæ mercede acceperat, in locum Antigoni, qui triennio & tribus mensibus tenuerat imperium, substituit successores in sacerdotium, non Asamonæi generis, quos clariores fuisse prosapiæ accepimus, sed ignobiles quosque, quos aut libido aut casus dedisset: tamen fatigatis Alexandræ precibus socrus, vel insimulationibus territus, Ionatham coniugis suæ fratrem septem decemque annos agentem sacerdotem creauit, quem mox ipse exitio dedit, suspectum imperij, quòd circa eum ingentem populi totius gratiam indies videret adolescere. Posthabito itaq; Ananelo, quem iam ex ignobilibus ante Ionatham in sacerdotium surrogauerat, reliquos per

per ordinem huiusmodi elegit, de quibus nihil suspectum haberet. Nam quod in affine perpeti non potuerat, quemadmodum non caueret in alienis similia? In huiusmodi ordinationibus Archelaus secutus paternæ speciem consuetudinis, angustioris animi tenuit sententiam: more quodam insito mortalibus, vt apud eos minùs suspecta sit ignauia hebetiorum, quàm gratia bonorum, cùm infirmus animus insolentior sit in rebus secundis, prudentior autem nouerit vicem referre beneficijs. Igitur à regno Herodis, vsque ad * Romanum imperium, quod Archelao deiecto, Iudæam reliquis prouincijs associauerat, atque inde vsque ad templi excidium & triumphum Titi fuerunt sacerdotum Principes viginti & octo, per annos centum & septuaginta. Sanè apud plerosque eorum dignitatis sola functio, penes paucos etiam ius potestatis fuit. Liquet igitur in sacerdotum Principibus non perseuerasse legitimi generis successionem: quia non omnes ex AARON neque filijs eius, qui

Apud mortales minùs suspecta est ignauia hebetiorũ, q̃ gratia bonorum.

**Romanorum.*

qui in eius subrogati locum, formam præscriptæ successionis cæteris derelinquêre. Itaque cùm auaritia aut perfidia suorum corrupta essent maiorum instituta, violata iura religionis, conuulsa *æquitatis præsidia, non immeritò eos diuina deseruit opitulatio, eoque tanquàm in vacuum populum omni iniuriarum genere processum, vt seditionibus domesticis in seipsos manus verterent: latrocinijs grauibus afflictarentur, teterrimos sortirentur iudices, vt improbis nequiores succederēt: denique Albinus deterrimus habebatur superiorum, sed Floro successore, is inter bonos relatus, qui facem belli extulit, prælium q; inter Iudæos & Romanos accendit, quæ causa supremo templi & vrbis excidio fuit.

*antiquitatis.

Florus

CAPVT XIIII.

Cestius in Syria rexit

NAnq; Cestius, vbi ardere Iudæos cōperit belli furore, qui summā militiæ regendā in partibus Syriæ à Romanis susceperat, duodecimo anno imperij Neronis mouit arma, vt militum Romanorū, q bus erat custodia cō-

missa, coërcendæ insolentiæ, & pacis mendæ, necem vlciscereturCongregatisque etiam sociorum auxilijs, Iudæam ingressus, vrbem, cui nomen Zabulon, dilapsis metu incolis, plenā diuitiarum, quas ad superiora montium confugiētes domini secum auferre nequiuerāt, diripi ab exercitu passus. Admiratus quoque publicorum operum pulchritudinem, incendi iussit: & quasi hoc parum ad vindictam foret, Ioppen præmisso exercitu, ne quis fuga sese exitio subduceret, terra mariq; irrumpentibus qui destinati fuerant, occupauit: necatisq; octo millibus virorum, & *quadringentis fermè amplius, vbi præda rapinæ cessit, exusta ciuitas est: vicina quoque Cæsareæ depopulatus, diripuit inuenta, vicos incendit. Cuius * fregit impetū Sephoris egredientibus cunctis obuiam Cestio, * ciuium fauore & gratia delinitus, immunem cladis vrbem reliquit. Feruebat in his locis cōgregatio latronum, sed aduenientе exercitu, in mōtes concesserant. Qui conferentem signa Gallum Præpositum duodecimi ordinis adorsi

Zabulon

trecentis

*infregit

*quorum

fortiter exagitauerũt, vt ducentos fermè Romanorum occiderent. Verùm vbi superiora locorum occupauêre, neque peditem cominùs potuerunt latrones pati, & fugientes ab equitibus facilè circumuenti necantur. Cęsi itaque supra duo millia, pauci fugati, qui in arduis montiũ potuerunt latere. Et omni à latrocinio regione purgata, Gallus in Cæsariã reuertitur: Cestius cum omni manu Antipatridem perrexit, quibus non mediocrem Iudæi coacerauarunt multitudinem. Sed priusquàm consererent manũ, per diuersa dilapsi, regionem & vicos direptioni & igni dereliquerunt. Lidda quoq; vacua incolarum reperta, & incensa Gabaon, quæ ab Hierosolymis quinquaginta stadijs aberat, vbi Romanum exercitum accepit in conspectu posita, armauit Iudæos: Qui posthabita sabbati celebritate (quod veteri cultu & solenni obseruatione initiabant) tanto impetu in Romanos prosiluere, vt omnem exercitum auerterent, nisi equites subueniissent peditibus laborantibus. Cæsi Romanorum quingenti, & quindecim

Lidda.
Gabaon.

cim viri, sed omnes grauiter periclitati: de Iudæis autem duo & viginti bello amissi. Quo loco emicuit virtus Monobazi & Cedei, qui cognito, quòd à Iudæis in Romanas acies insurgeretur, à fronte aggressi, repulêre plerosq; & coêgerunt in vrbem redire.

CAPVT XV.

SImon quoque ascendentes Romanos propinqua vrbis impedimentis exuit. Vnde & Cestius in regione sese triduo tenuit. Qua mora circumfusi hostes, & in superioribus siti, ingressus speculabatur vniuersos, ne quis impunè irrumperet. Quod considerans, nõ sine multa clade vtriusq; partis tentari nequire, misit suos Rex Agrippa Lorcyum & Phœbam, qui dicerent populo, veniabile, quicquid ab eis esset aduersum Romanos flagitij cõmissum, si modò in reliquũ positis armis, sibi cõsulerent: æstimans, quòd vel vniuersis suadendum crederet, vt prælio renuntiarent, vel partem cæteris auellendam. At contrà seditiosi, metu ne eorũ

nõ, in ma. scrip. non habetur.

alterũ procederet, legatos adorsi Phœbam interfecere, Lorcyus autẽ excepto vulnere, vix euadere potuit. Videns Cestius huiusmodi in vrbe contẽtiones, quibus alij in legatos insurgerent, alij Romanos vrbe suscipiendos suaderent, irrumpere conatus, vsq; Hierosolymam resistentes repulit: & ipse ad tertium stadium memoratæ vrbis cum exercitu appropinquauit, atq; illic exegit triduum. Quarto die impetu facto, ingressus Bethesdam illicò incẽdit, & Cenopolim. Quitconscendẽs ad superiora vrbis refugientibus in interiora seditiosis, si irrumpendum in vrbem putasset, haud dubiè omne bellũ esset solutum. Deniq; plerosque Ananus Ionathæ filius collocauerat, vt inuitarent Romanos vocibus suis, quasi portas reseraturi. Sed dum Cestius vel reuocatur à Prisco, vel plerisque centurionibus, qui corrupti à Floro, bellum adolescere cupiebant, vel parum credit, Ananus cum suis muro deijcitur. Quibus ad sua refugientibus, locum eorum seditiosi occupauêre, Romaniq́ue quinque diebus tentantes diuersos aditus, cùm impossibilem sibi cernerent irruptionem, electis validioribus quibusque, & sagittarijs, à septentrionali latere templum petebãt: Iudæi quoque non feriabantur præliãtes fortiter, & repulsis crebrò hostibus elatiores Ad postremum †tamen multitudine sagittarum vulnerati alij, alij percussi & territi, cessere: Romanis murum suffodere, & portam incẽdere tẽpliadorsis. Magna seditiosos formido incesserat, & quædam mentium consternatio: denique plurimi quasi continuò perituræ vrbis excidio se subtrahebant fuga, nec consistere ausi, dedetant populo confidentiam, vt discedẽtibus eis, quorum circumuallatus fuerat multitudine, tanquàm iam liber, & quadam exutus improborum obsidione, circa portas sese infunderet, quibus apertis Cestium reciperet, quasi non oppugnatum vrbem, sed defensum veniisset: sed ipsum quoque Cestium subitò quidem inuasit stupor, vt nec desperationem improborum, nec studium plebis intueretur. Qui si paulisper cœptis incubuisset, bellum depu-

Lorcyus vulneratur

†contẽdens

†tamẽ, non est in man. scrip.

lerat, vrbem ceperat. Sed aduersa (quãtum intelligi datur) Iudæis voluntas Dei, imminentem belli exitum comperendinauit, donec complures, ac penè vniuersos Iudaicæ gentis ruina inuolueret. Expectabatur (vt reor) vt omne nefas scelerum enormitasque cresceret, & impietatis incremento supremorum adæquaret mensuram flagitiorum. Quid fuit illud, quòd cùm perurgere debuerat Cestius, subitò exercitum reuocauit, soluitque obsidionem? Quia repentina, contra expectatum, commutatione rerum, fracti animi bonorum, & erecti latronum sumpsere fiducia, atque à fuga ad insequendum regressi, inuadunt posteriora agminis, multosque illic confusè ruentes equitum & peditum obtruncauêre: Et iam inclinauerat dies: vnde metuês Cestius noctis propinquitatem, & tenebrarum caliginem, quibus amplius fiderent gnari locorum, quò incertos regionis vndique vrgerent, vallum ante vrbem constituit, sequentique die, cùm hostem relinqueret, in sese armauit, vt discessionis eius causam metum

tum arbitrarentur. Circunfusi itaq; latrones à lateribus, à tergo, postremos cedere, incedentem iaculis exercitũ infestare, in cõfertos missa telorũ vis haud facilè frustrari. Si quis referire audebat, patere vulneri: si quis conuertere sese ad infestantem à suis relinqui, ab hoste claudi. Munitior enim semper est, qui sequitur, q̃ qui præcedit: quia hic pectus tegit, ille hosti terga sua detegit. Vehementer igitur Romani vrgebãtur, tanquàm obsessi, qui obsessum venerant: nec iã sustinere aut perpeti poterant, armorũ põdere ipsi graues, hostibus velocioribus, quos neq; cõsequi facile erat, & metus summus, ne acies interrumperetur: iniqua ergo certaminis conditione nocere hosti nequibant, cùm ipsi grauiter afficerentur. Hærebat Cestius consilij incertus, cùm per totum iter suos conteri videret: Etiam plerisque afflictis militiæ primoribus, substitit biduò, quasi fessos reparaturus. Sed cùm magis ac magis augeri numerum hostium cerneret, & omnia in circuitu referta aduersarijs, sibique officere, quòd moraretur, eò quòd plures cõgregaren-

latrones, nõ est in manuscri.

Munitior q. sequitur q̃ qui præcedit.

garentur, tertio die compẽdium quę-
rens transitus facilioris, impedimenta
†amoueri agminis †admoueri præcepit, cæsa iu-
menta, pleraque vehicula comminu-
ta, aliaq; huiusmodi, quæ oneri magis
quàm vsui in periculis erant, consum-
pta, aut præcipitata, vt obsidionum in-
strumenta, aut genera telorum, quibus
rebus ampliùs conterrebantur, ne ad-
uersum se hostem suis subsidijs arma-
rent. Quod vbi animaduertêre Iudæi,
fugam potiùs à Romanis quàm bellũ
parari, occupauêre itineris anguſtiora,
diffusioribus locis minùs instare, pro-
hibere à fronte, à lateribus coarctare,
vrgere à tergo, cogere in præcipitium,
in quod vndiq; concluſi, aut lapſi deji-
ciebantur: pleriq; obtexêre cœlum ia-
culis, operire agmẽ sagittis, nunquàm
remisso officio, sed sola aduersariorũ
pernicie: Iam nec ipsi pedites subsiste-
re poterant. Equitibus verò maius pe-
riculum, qui per prærupta saxorum ac
lubrica labentibus equis deuoluebantur, nec ordinem seruare poterant an-
†parte in manuscri. deest. guſto impediti tramite: Ex altera parte
rupes, ex altera †parte præcipitia & fugæ
locum,

cum, & defensionis negabant. Iudæi
contrà †spe victoriæ ampliùs accende- †specie
bantur, imminebant fessis, instabant
hærentibus, insultabant desperanti-
bus, & propè omnes Romani exercitus deleſſent copias, nisi nox subueniſ-
set: cuius tenebris bellum impeditum,
quam Romani in proximo loco (cui
Bethoron nomen) egerunt, ita vt Iu-
dęi circumfusi vndique specularentur
locorum exitus, ne Romani dilaberẽ-
tur. Cestius aperto itinere diffidẽs, do-
lo fugam tentauit. Quadraginta itaq;
elegit viros, quibus euadendi desperatio contemptum mortis infuderat:
eos constituit in munitionibus præce-
pto: vt tota nocte cum strepitu maxi-
mo officia prætendentium vallo cir-
cunsonarent, ne Iudæis proficiscentis
exercitus apparatus, aliquibus solitis
indicijs manifestaretur: quibus sese ip-
si quicunque turbantur, prodere solẽt:
silentio autem egrederentur vniuersi,
nihil suspectantibus Iudæis: qui solen-
nes custodiarum strepitus audirent, ex
quibus omnes in loco manere Roma-
nos arbitrarẽtur: hac fraude eduxit ex-

ercitum Cestius: & iam confecerat stadia triginta, vsus paucorum in rebus dubijs fide, qui perituri gratis præstare socijs pericula sua, quàm perdere malebāt. Et quidem nox dolum texerat, sed dies prodidit. Nam vbi luce diffusa res apertæ sunt, & omnis locus, in quo habitauerant Romani, vacuus apparuit, impetu facto Iudæi in eos primū, quorum simulatis officijs decepti fuerant, irruunt, leuiq; negotio deletis quadraginta viris, exercitum sequuntur, qui & nocte plurimum spatij *confecerāt, & per diem properantiùs iter* vrgebāt, ne noctis iam periculis * inuoluerentur. Plena erat via impedimentorum, quæ fugientes Romani derelinquebāt, ne iniusto quisquam sub fasce remoraretur: passim iacebant vasa vtensilia, vel etiam bello necessaria, arcuballistę, arietes, cæteraque instrumenta in excisionem vrbis adducta, quæ sequentes Iudæi præteribant, ne essent moræ: reuertentes colligebant, vt his aduersum eos vterentur, *quorum socij dimisissent. Secuti enim vsque ad vrbem Antipatridē, posteaquàm prætergressum omnem

*cōfecerat
*vrgebat
*inuoluerētur
*qui ea dimisissent

omnem offendere exercitum Romanum, & comprehendēdi spes lapsa, retorquent vestigium, captantesq; spolia cæsorum, cum triumpho & hymnis Hierosolymam regrediuntur. Quibus tantum lætitiæ cesserat, vt paucis suorum amissis, quinq; millia peditum de exercitu Romano, & trecenti equites extinguerentur. Quod gestum est duodecimo anno imperij Neronis, vt suprà memorauimus.

CAPVT XVI.

SED non omnium Iudæorum illa exultatio erat. Nam fuêre, qui se post illam non pugnam Cestij sed ęrumnam quasi de supremo periculo nauigij mergentis eripere gestirent, atque enatare de ciuitatis naufragio, ac præ cæteris Custobarus & Saulus * frater cum Philippo Principe militiæ Regis Agrippæ: hi fugientes ad Cestium se contulere, petentes, vt ad Neronem in Achaiam dirigerentur. Quod Cestius volens accepit, nec postulata abnuit, vt per ipsos Cæsar edoceretur, causam

*fratres

causam belli Florũ fuisse, sibi vim maximè necessitatis bello incubuisse, vt inopinata conspirantium multitudine exercitus circumueniretur: quẽ magis consilio Ducis ereptum periculo, quàm implicatum linqueret. Tentasse Cestium excitata in Florum odia sedare, sed nequiuisse. Itaque incidisse bellum, non intulisse. Hæc enim mandata erant, vt commotione omni Cæsaris in Florum excitata, minui circa se speraret Cæsaris offensionẽ, quam malægestæ rei conscientia pertimescebat. Ita autẽ pleriq; perterriti sunt Romani clade exercitus, vt Damascẽi metuentes suspectæ societatis contagia, propter habitationis consortiũ interficerent Iudæos in gymnasio congregatos, qui secum vrbem incolebant, quod illi vel suspicione, vel dolo iamdudum procurauerant, vt à gentilibus cœtibus segregarentur, ne quid per noctem nouarẽt, vel vt exitio soli paterẽt. Summo sanè mysterio silentij, vt ne ad vxores quidẽ suas conat⁹ istius modi tractatus mearet. Quoniã ipsę quoq; ex parte maxima Iudęorũ cultib⁹ admiscebãtur.

†tractatus

CAPVT

CAPVT XVII.

ANgusto itaq; in loco omnes adorsi, peremerunt Iudæorũ decẽ millia. Quod facilè fuit, vt præuenti ab armatis inermes perirẽt. Et quidem eius immanitatis exẽplum recens, Scythopoli etiã in maius processerat, quo incitatos Damascenos reor. Nam cùm Iudæi finitima quæq; popularentur, venerunt Scythopolim, atq; illic inhabitantes Iudęos tẽtare adorsi, aduersarios experti sunt, quos sibi fidos arbitrabantur, quoniam more ingenij humani †præponderatur apud eos salutis cura, necessitudini: in secundis igitur constituentes tribule collegium, præferũt inhabitantium societatem, tribulibus cladem minantur. Quod suspectũ gentilibus, quia promptioribus studijs odiorum in suos executio prætendebatur: ne simulationis specie dolus adornaretur, atque vrbem incautioribus †accolis noctu adorirentur, prostratisque omnibus † gentibus, apud Iudæos sibi gratiam reconciliarent: ac per hoc si vellent fidẽ suam etiã circa gentiles

†præpõderabat

†incolis

†gentilibus

tiles probare, cum omni generatione sua vrbe excederent, vicinumq; peterēt nemus. Quo facto, per biduum quieuerunt Scythopolitæ, vt portio Iudæorum suspicionem deponeret, *induceret securitatem. Tertia nocte cùm iam præsumpta fides gentilibus remouisset solicitudinem, incautis & dormientibus vis illata, decemq; & tribus millibus hominum necatis: quæcunque etiam habuerunt, direpta sunt.

*inducere ret Alij, fides gratiæ, remouisset custodiæ, &c.

CAPVT XVIII.

Passio Simonis acerba.

EXpositionem exegit Simonis acerba passio, visu & auditu miserāda: sed nouitate rei memorabilis. Is erat in populo Iudæorum, Saule haud ignobili genitus patre, animi audacia præditus, & corporis fortitudine. Quarum vtramq; in exitium tribuliū suorum exercuit, qui plurimos ex populo aduē titio Iudæorum crebro incursu peremit, ac si fortè conspiratia adessent, solus †sustentaret aciem, & conglobatos solitus auertere, totius erat nodus ac mora belli: & plerunq; desperatis rebus

*sustētare

bus conuersio. †Exhibeant iam ciuibus aduersum suos Scytopolitani incolatus militiam: sed non diutiùs cognato debita sanguini defuit vindicta. Nanq; vbi fracta fides, & Scythopolitæ circumuentis, qui ex composito se ad nemus contulerant, instare bello, atq; ingruere cœperunt: Etiam filios ac parētes Simonis deleta multitudine cæterorum, eminùs licet missilibus ac telis petebant. Videns Simon innumerabilem multitudinem facili negotio superiorem, vt diutiùs tolerari nequiret, gladium extraxit, atq; in hostem conuersus clamabat dicēs: Digna Scythopolitæ factis recipio meis, qui cognatorum †necem, quam vobis impēderem †beneuolentia testificatus sum, & †fratrum sanguinem vobis obsidem dedi gratiæ, quibus iustiùs perfidia tribueretur. Nunc dum alienigenis fidem defero, in domesticos amisi: prodidi etiā liberos, parentesq;, quos à vobis tamē necari †oportebat, si mercedem scelerisæstimaretis. Moriar igitur, si iratus omnibus, nulli amicus, qui circūuenerim meos, & proprijs manibus vltionē de

†Exhibebat

†necē

†benenōlentiam

†fraternū

†necari nō oportebat

de me priùs expetam, peremi socios religionis & fidei consortes, recognosco sceleris mei debita. Soluam tanto dignum sacrilegio parricidium, vt ea sit & pro flagitio pœna & ad virtutē gloria: ne quis se iactet alius meo vulnere, in me ipsum posteà cōuertetur dextra mea: vt videatur furoris esse quòd morior, non imbecillitatis: ne quis insultet cadēti, † sit vindex parricidij clemē-
tia, parricidium sacrilegij. Hæc locutus, conuertit obtutum in liberos parentesq; & indignantibus oculis, cùm iam misericordia mixta iræ succederet, abreptum è medio patrem gladio transuerberat, post eum matera trahitur, ne esset, qui pro nepotibus interueniret. Offert se per ordinē volens vxor, ne tanto deiecta coniuge superuiueret. Occurrūt filij, ne degenerē tanto patre in ipsa morte iudicarentur. Festinabat ipse ictu celeri hostē præuenire. Omni itaque peremptā familia, stetit in medio funerum suorum. Et tanquàm † triumphans domesticis passionibus, quòd neminem suorum alieno gladio vidit perire, eleuauit dexteram, vt omnes

†meorum

Quidā habebant, sit iudex parricidij clemētia.

†ipse, nō est in ma. scri.

†triūphatis

nes viderent, ac formidabilem cunctis subijciens sibi mortem, proprio victor sese transfixit mucrone. Memorabilis iuuenis ob egregiā fortitudinem corporis, & animi magnitudinem: sed quia fidem alienigenis potiùs, quàm suis detulit, tali dignus exitu fuit.

EGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ VRBIS, HISTORIÆ Liber III.

CAPVT I.



A postquàm Neroni nuntiata sunt in Achaiæ partibus sito, qui tragicorum carminum meditatione contenderat, vt de pluribus scenicam coronam referret: nescias, quo magis turpis, vtrùm quòd in scenam Imperator prodiret, an quòd scenam suis flagitijs impleret, qui tur-

paret Oreſtem canēdo, & parricidio re-
præſentaret, grauis eum inuaſit metus:
Non illa ludorum ſimilia, ſed bello-
rum ſuprema pertimeſcentem, vt ali-
quādo à theatralium voluptatum ob-
ſcœnitate & parricidalis amentiæ fu-
rore reſipiſceret, atq; ad curas Reipub-
licæ conuerſus, intra ſe fremeret & de-
ſæuiret, ꝙ incuria Ducis potiùs, quàm
virtute aduerſariorum tātam cladem
Reſpublica Romana acceperit. Tenta-
bat quidem ſimulare audaciam, ſed re-
darguebat timor, & quaſi ſpeciem ma-
gnanimitatis prętexere, vt ſupra ęrum-
nam negotiorum mētem haberet. Sed
diſtringebatur animi ſolicitudine,
quem demendæ ignominiæ belloque
conficiendo legeret Ducem. Vrgebant
Iudæam vltimæ labis futura excidia, vt
Nero Regalem perſonam indueret, &
prouidi cōſultoris voce, ſalubrem ex-
primeret ſententiam. Veſpaſianū ſolū
eſſe: cui ſumma militiæ Oriētis in par-
tibus iure committeretur, virum ab a-
doleſcentia militiæ triumphalis inue-
teratum ſtipendijs, qui impacatas Gal-
lias Germanorum tumultu, & ferocia
genui-

genuinæ temeritatis in bellū relapſas,
pace diuturna cōpoſuerat. Britanniam
quoq; inter vndas †adhuc latentē Ro-
mano imperio armis acquiſiuerat: cu-
ius triūphatę opib⁹ Roma ditior, Clau-
dius cōſultior, Nero fortior æſtimaba-
tur. Itaq; quarū gentiū bella non vide-
rant, ſubiugatarū trophæa celebraue-
rant. Sub hoc duce (iterū dico) Nero ter
ribilis erat, Nero metuēdus, potens fo-
ris, tutus domi: æquatis inter ſe Veſpa-
ſiani fides ac fortitudine. Quantus iſte
vir, cuius armis vitia Neronis apud ex-
teras gentes abſcondebātur, vt ludibriū
rerū humanarū, & euiratæ impuritatis
opprobrium, triūphis quoq; illuſtrare-
tur. Cùm præliandum itaq; in vltimis
Romani orbis eſſet cōfinijs, Veſpaſia-
nus ex omnibus eligebatur. Cùm bellū
depoſitū foret, Veſpaſianus præ cæteris
ſociebatur, ne vel publicus ſupereſſet
hoſtis, vel domeſticus obreperet inſidi-
ator. Dignus ꝙ ſtipendijs militis regnū
prœueniret. Docebat fidē, pferebat vir-
tutē. Inuitus miſit hūc Nero, ꝙ ſibi au-
ferebat pſidiū: ſed arrabatur futuris ſce-
lerū ſuorū pœnis, vt ſe tanto diſſociatū

†adhuc nō habet mā. ſcrip.

comitatu Ducis, inermem relinqueret. Nunquàm profectò Galba aspirãdi ad imperium studia vsurpasset, nisi Vespasianum abientem comperisset. Sed procurauit hoc Deus, vt in Syriam dirigeretur vir, qui & Iudæorum insolentiam supremo gentis excidio, captiuitatisq; dedecore labefactaret, & Neronem auxilio destitueret: licèt nullius virtus statutis afferre possit cœlestibus impedimẽtum. Demens tamen Nero cùm Iudæorum bello, afflictam Romani exercitus validam manum cognouisset, aduersus Christianos insurrexit, vt ei debitus finis appropinquaret.

CAPVT II.

Nero aduersus Christianos insurgit. Simon Magus.

FRant tunc temporis Romæ Petrus & Paulus, doctores Christianorũ, sublimes operibus, clari magisterio, qui virtute suorum operum Neronem aduersum fecerant: captum Magi Simonis delinimentis, qui sibi animum eius conciliauerat. Cui adiumentũ victorię, subiectiones gentiũ, vitæ longęuitatem, salutis custodiã feralibus artibus

tibus pollicebatur, atque ille credebat, qui vim rerũ nesciret examinare. Deniq; summum apud eum tenebat amicitiæ locum: quandoquidem etiã præsulem suæ salutis, vitæq; custodem arbitrabatur. Sed vbi Petrus eius vanitates & flagitia detexit, & species illũ rerum mentiri, non solidum aliquid aut verum efficere demonstrauit, ludibrio habitus, & digno est consumptus mœrore. Et quamuis in alijs terrarum partibus Petri esset expertus potẽtiam: tamen præueniens Romam, ausus est iactare, quòd mortuos resuscitaret. Defunctus erat id temporis Romæ adolescens nobilis, propinquus Cęsaris, cum vniuersorum dolore. Admonuêre pleriq; experiendum, vtrùm posset resuscitari. Celeberrimus in his operibus habebatur Petrus: sed apud gentiles nulla facti huiusmodi deferebatur fides. Dolor exegit remedium, perrectum est ad Petrum. Fuêre, qui etiam Simonem accersendum putarent: vterq; affuerunt, Ait Petrus: Simoni, qui se de sua iactaret potẽtia, priores sese partes dare: vt si posset, mortuum resuscitaret. Si ille nõ

De Petro & Paulo.

resuscitaret, se non defuturū, vt Christus opem ferret defuncto, quo posset resurgere. Simon, qui putaret apud vrbem gētilium plurimùm suas valituras artes, conditionem proposuit: vt si ipse resuscitasset mortuum, Petrus occideretur, qui magnam potentiam (sic enim appellabatur) lacessendo iniurias irrogauisset: sin verò prævaluisset Petrus in Simonem, pari genere vindicaretur. Acquieuit Petrus, adorsus est Simon, accessit ad lectulum defuncti, incantare atque immurmurare dira carmina, vt cœpit, visus est caput agitare, qui mortuus erat. Clamor ingens gentilium, quòd iam viueret, quòd loqueretur cum Simone. Ira & indignatio in Petrum, quòd ausus esset conferre sese tantæ potestati. Sanctus Apostolus popposcit silentium, & dixit: Si viuit defunctus loquatur: si resuscitatus † est, surgat, ambulet, fabuletur, Phantasma illud esse, non veritatem, quòd videatur caput mouisse. Denique separetur, inquit, Simon à lectulo, & tunc ne id quidem ostentui futurum. Abducitur Simon à lectulo, manet sine specie motus

† est, mortuus

motus alicuius, qui mortuus erat. Astitit Petrus longiùs, & intra se paulisper orationi intentus, cum magna voce ait: Adolescēs, surge, sanet te Dominus Iesus. Et statim surrexit adolescens & locutus est, & ambulauit, & cibum sumpsit, & dedit eum Petrus matri suę. Quicùm rogaretur, vt abeo non discederet, ait: Nō derelinquetur abeo, qui eum fecit resurgere, cuius nos serui sumus. Secura esto mater de filio, non vereatis, habet custodem suum. Et cùm populus in Simonem insurgeret, vt lapidaretur, ait Petrus: Satis est ad pœnam eius, quòd cognoscit suas artes nihil valere: viuat, & Christi regnum crescere videat vel inuitus. Torquebatur Magus Apostoli gloria. Collegit sese, atq; omnem excitans carminum suorum potentiam, congregat populum, offensumq; se dicit à Galilæis, relicturum se vrbem, quam tueri soleret. Diem statuit, pollicetur volatum, quo supernis sedibus inueheretur: cui, quando vellet, cœlum pateret. Conscendit statuto die montem Capitolinū, ac se de rupe deijciēs, volare cœpit.

Petrus mortuum excitat.

Simon lapidatur.

Simon volitat.

Mirari populus & venerari: plerique dicentes Dei esse potentiam, non †hominis, qui cum corpore volitaret, nihil tale feciſſe Chriſtū. Tunc Petrus in medio ſtans, ait: Ieſu Domine, oſtende ei vanas artes ſuas eſſe, ne hac ſpecie populus iſte, qui crediturus eſt, decipiatur. Decidat Domine, ſic tamen, vt nihil ſe potuiſſe viuens recognoſcat. Et ſtatim in voce Petri, implicatis remigijs alarū, quas ſumpſerat, corruit, nec exanimatus eſt, ſed fracto debilitatoq; crure, Aritiam conceſſit, atq; ibi mortuus eſt. Quo comperto, deceptum ſe †videſ tāti caſu Nero & deſtitutum, † dolens tanti caſum amici, ſublatumq; ſibi virum vtilem & neceſſarium Reipublicæ, indignatus, quærere cœpit cauſas, quibus Petrum occideret. Et iam tempus aderat, quo ſancti vocarentur Apoſtoli Petrus & Paulus. Deniq; dato, vt comprehenderētur præcepto, rogabatur Petrus, vt ſeſe aliò conferret. Reſiſtebat ille dicens, nequaquàm ſe facturum, vt tanquàm metu mortis territus cederet, bonum eſſe pro Chriſto pati, qui pro omnibus ſe morti obtuliſſet: nō mortem illam

Magna Petri conſtātia.

illam, ſed immortalitatem futuram, tāquàm indignum, vt ipſe fugeret paſſionem ſui corporis, qui multos doctrina ſua cōpulerit ſe hoſtias pro Chriſto offerre, deberi ſibi ſecundum Domini vocem, vt & ipſe in paſſione ſua Chriſto gloriam atq; honorem daret. Hæc & alia Petrus obtexere, ſed plebs lachrymis quærens, ne ſe relinqueret, & fluctuantem inter procellas gentilium deſtitueret: victus fletibus Petrus, ceſſit: promiſit ſe vrbem egreſſurum. Proxima nocte ſalutatis fratribus, & celebrata oratione, proficiſci ſolus cœpit. Vbi ventum eſt ad portam, videt ſibi Chriſtum occurrere, & adorās eum, dixit: Domine, quò vadis? Dicit ei Chriſtus: Iterum venio crucifigi. Intellexit Petrus de ſua dictum paſsione, quòd in ea Chriſtus paſſurus videretur, qui patitur in ſingulis: non vtique corporis dolore, ſed quadam miſericordiæ cōpaſsione, aut gloriæ celebritate. Et conuerſus in vrbem redit, captusq; à perſecutoribus, cruci adiudicatus, popoſcit, vt inuerſis veſtigijs cruci affigeretur, quòd indignus eſſet, qui ſimili

Chriſtus occurrit Petro vrbē egreſſuro.

Petrus inuerſis veſtigijs crucifigitur.

modo crucifigeretur, vt passus est Dei filius. Quo impetrato, vel quia ita debebatur, vt Christus prædixerat, vel quia persecutor non inuitus indulget pœnarum incremẽta, & ipse & Paulus, alter cruce, alter gladio necati sunt.

Petrus cruce, Paulus gladio necatisunt.

CAPVT III.

SEd vt ad propositum redeamus, turbatus graui nuntio Nero, rebus in Iudæa minùs prosperè gestis, Vespasianum expertum belli virum, omni militiæ, quæ in Syria erat, præfecit. Ille properè, neque differendi tempus dabatur, misso Alexandriam filio Tito, vt inde militum, qui prætendebant partem aliquam duceret, ipse transmisso Hellespontiaco freto, pedes in Syriam contendit. Intereà Iudæi rebus elati secundis, Principes militiæ bello legunt. Distribuunt loca, quibus quisque præesset, quæ munia singuli, quos ordines, quid muneris exequerẽtur, Iosephum †Curione genitum, & Ananum Principem Sacerdotum, Hierosolymitanæ vrbis negotijs, & præcipuè instaurandis muris præficiunt. Ardebat Eleazarus

†*Gorione*

zarus Simonis aliquid sibi publicorum committi munerum. Et licèt omnem prædam, quam de Romano exercitu ceperant, sub potestatem suam redegisset, ditem præsertim atq; opimam auaritia Cestij atque immodicis rapinis coaceruatam: tamen parandæ magis sibi potentiæ intentum, quàm communi vsui *pronum arbitrati, decli- *propiorẽ
nandum æstimauêre. Sed paulatim ambiendo singulos, dando & largiendo efficit, vt rerum omnium summa eius arbitrio committeretur: Idumæam quoque Iesus vnus de Sacerdotibus, & Eleazarus Sacerdotis filius militiæ præpositi, tuendam receperunt. Principi tamen totius Idumææ Nigro de summis rebus prærogatiuam omnem reseruantes, Iosepho Simonis Hiericho obuenit. Manasse *Petræa regio com- *Petræa.
missa, trans Euphratem sita. Cui ab eo nõ est in
inditum nomen, quòd Euphrates, ad manuscri.
eam partem pergentibus transmittetur. Iohannes Essæus, alius quoque Iohannes Ananiæ filius, cæteriq́ue *ad- *diuersis.
uersis attributi partib⁹, quas sua tuerẽtur solicitudine. Itaq; singuli cõmissa

sibi

sibi munia non deserere, instruere muros, manum legere bellatoriã: ex quibus Iosephus in Galilæam descendens, munire castella, instaurare propugnacula, validissimos quosque, & bello promptissimos ascisceres sibi impigrè curabat: prohibere latrocinia, prætendere quotidie in castris, militem Romanæ militiæ more exercitare, diuidere ordines, distribuere Cẽturiones, plurimos præficere, quò facilius disciplina ab omnibus exigeretur: ne quisquã lateret, quicunque propria munia dereliquisset. Instituebat etiam, vt agnoscerent * institutiones tubarum, & repressiones, sequerẽtur ordinem, aciem dirigerent, clypeos intexerent, vt murali vice, si fortè magna hostium vis ingrueret, sese aduersum incursantes defensarent, subuenire laborantibus, fessis compati, pericula aliorum in se transfundere: nec solùm belli artes ad instar Romanæ docere militiæ, sed etiam ante bellum, qui amplius bellantes iuuarẽt denunciare, vt miles cibum sibi & arma portaret, vallo & fossa sese muniret, castrisq; ponẽdis præueniret hostem,

Nota ordinem, quem Iosephus posuit.

*excitationes

hostẽ, obtemperaret præceptis, furto ac rapinis abstinere assueesceret, lucrũ proprium putaret, si nihil dispendij ruralibus cultoribus irrogaretur. Quid enim distet ab hostibus, si ipse hostili modo auferat? nisi quod grauius est, sua quàm aliena incessere, & socios, quàm aduersarios spoliare. Plurimùm valere in bello bonam conscientiã, eò quòd ampliùs de diuino auxilio præsumeret, qui se nulli affinem crimini recognosceret. Sed his rebus citius sibi apud improbos expertus est nocuisse inuidiam, quàm apud bonos profuisse gratiã. Nam cùm ad LX. millia peditum, pauciss imos equitum congregauisset: eos verò, qui bella mercede tractarent ad quatuor millia viros, sexcentos quoq; electos custodes sui corporis, tãta à Iudæis pertulit, vt plus ante bellũ à suis, quàm in ipso bello à Romanis periculà perhorresceret. Omitto quid seditionis excitatũ: quia latrocinio erepta reddere his, qui amiserãt, suspectabatur: ac maximè Agrippę & Beronicæ, quibus redibẽda iustè forent, ne Regẽ facerent infestiorem. Et tamen ille, quò populi molli-

Grauius est sua q̃ aliena incessere.

Bona conscientia in bello valet plurimũ.

molliret impetum, ad cõstructionem potiùs murorum, quàm ad Dominorum indemnitatem seruata pecuniã. Omniaq; illeaiebat, quæ erepta Ptolemæo, forent, qui Regium aurum, vestes, cæteraq; munera portauisset, æstimare debere Tharicheatas: apud eos enim res gerebatur, vtrum id instaurationi suorum murorum reseruandum putarent, an diripiendum latronibus depromeretur. Indignum certè videri, vt eò pœnam exciperet, quia meliùs consuluisset. Itaq; conuersis illis in sui gratiam, inuidiam simul & periculũ euasit. Iterùm cùm gratiam Regis Agrippæ Tiberias societatemq; deposceret, proripiens se Iosephus de memorata vrbe, Tharicheatarũ clausit portas, ne quis nuntius ad vrbem Tiberiadem pergeret, & deesse Iosepho auxilia militaria significaret. Ipse autem congregauit de lacu nauigia piscatoria, quę in tempore potuit inuestigare, & Tiberiadem remigijs petijt. Sed vbi ad eum locum venit, in quo cõspicuà quidem in vrbe positis foret species nauigiorum, deprehendi tamen nequiret vtrùm essent

sent vacua præliatorũ: iussit ea dispergi per totum spaciũ lacus, vt maior numerus æstimaretur: ne quisquã vacua potiùs, quàm referta bellatoribus æstimaret. Quo territi, quòd aduersus tantam multitudinẽ infirmos sese arbitrarentur, proiecerũt arma, portisq; reseratis, effuderũt se supplices Iosepho, q veluti dux agminis militaris propiùs accesserat. Quęsitũ, qua tandẽ vesania discessionẽ animis induissent, quibus autoribus impulsi sese aduersarijs traditurifor ẽt, & simul occurrẽtes sibi iubebat gubernatoribus, vt Taricheas deducerẽt, atq; illic trecẽtos fermè curiales, plerosq; in vincula de plebe rapit. Clytum quoq; eius facinoris accersitũ Principem, manibus amputatis pœnas luere iubet, atq; illo rogãte, vt vna saltẽ sibi manus relinqueretur, pcepit Iosephus, vt ipse sibi, quã vellet, demeret. Tum ille arripiẽs dextra gladiũ, lęuam abscidit. Ita recepta Tiberias est. Sed etiam Sephoris tentata discessione, Iosephi tamen viuacitate inter Iudæorum vrbes socias* attinebatur. Tranquillioribus enim consilijs sua defendere,

Clytus sibi ipsi lęuam abscidit.

tenebatur

dere, quàm aliena incursare malebat.

CAPVT IIII.

†Peretes †omneas, quod erat in Iudæa, publicum.

AT verò Petates Niger, & Babylonius Sylas, & Iohannes Essæus, †omne quod erat in Iudęa pubis validę congregantes, Ascalonem petunt, amplam quidem & muris subnixam validis vrbem, sed opis subsidiiq; indigam, quæ septingentis viginti stadijs ab Hierosolymitana vrbe discernebatur, & †ingẽtibus odijs † indigentibus. Propterea Iudæi inimicam sibi vrbem diruere cupientes, collecta manu inuolauere. Præerat vrbi Antonius minore numero Romani exercitus, quàm quo resisti posse Iudæis æstimaretur. Sed vir acrioris ingenij, & ex æquo prudens bellator, diffusos & numero magis quàm virtute †eductis fidentes, †eductis equitibus, transire ad vrbem finit: deinde incursat progressos, fatigat sequentes, confertos dissipat, turbatos fugat, totoque campo insectatur palantes: alij versa vice vrgentur ad muros, intercluſa fugæ copia, alij diuersa petunt, sed circumuenti ab equitibus obtruncantur. Multi supra se ruunt, & se inuicem impetu suo

sua sternunt, itaq; vsque ad vesperum cæsi, amisere ex suis decem millia virorum, Iohanne & Syla ducibus pariter extinctis. Pauci autem Romanorum eo vulnerati prælio: nec tamen repressa est Iudæorum temeritas, sed incanduit: nam dolor audaciam accendit, & labes vsciscendi cupidinem. Armantur itaque maiore longè furore, necdum sauciorum sanatis vulneribus, & congregatis pluribus quàm vice prioreirruunt, sed eos dispositis in fidijs exceptos, priusquam in manus venirent, clausit circunfuso equitatu Antonius, & circumuentos præcepit sterni: *cæsi iterum nouem millia, reliqui fugati. Niger ipse elapsus in munimentum se contulit. Turris erat septa vndique valido saxo, quam Romani, quia excidere non poterant, appositis ignibus circundedêre. Ea incensa in spelæum quoddam de turre trãsgressus, hostem latuit, ignem euasit: Romanisque securis, quòd ipse simul incendio consumptus foret, post tertium diem quærentibus suis corpus eius, ad sepulturã viuens, & vigẽs redditur. Atq; ita cum

*cæsi

magno gaudio Iudæis seruatus, ab hoste repræsentatur.

CAPVT V.

VEspasianus interea superato Hellesponto, Bythiniam Ciliciamq; trāsmittens, vbi Syriam attigit, legiones cæterasq; militares copias, quas in ea reperit, Antiochiam deduxit. Vrbs ea Syrię sine retractatione prima, ideoque metropolis habetur: cōdita ab his, qui Alexandro Magno bellanti adhęsere, conditoris sui nuncupata vocabulo. Situs vrbis porrectus in immensam longitudinem: *in alto angustior, quia prærupto montis à læua arctatur, vt extendi vlteriùs metandæ vrbis spatia nequirent. Necessitas locum signauit, quia per occulta & deuia irrumpētibus Parthis, mons celsior latibulum daret, ex quo se inopinato aduentu & promptiore impetu in imparatam Syriam effunderent: nisi ciuitas monti velut claustrum obiaceret, exitusque obstrueret aduenientibus, vt si quis Barbarorum ascenderet, statim è medio

Antiochia Metropolis Syriæ.

**in lato*

dio vrbis sinu prospectaretur. Denique cùm ludi scenici in ea celebrarētur vrbe, ferunt quendā autorem mimorum eleuatis oculis in mōtem, Persas vidisse aduenientes, & dixisse continuò: Aut somnium video, aut magnum periculum: Eccè Persę. Ita mons vrbi prœemi-net, vt nec theatri altitudo ad prospiciendum montē impedimēto sit. Fluuius eam medius intersecat, qui à Solis ortu oriens, non longè ab vrbe in mare conditur: quem de originis suæ tractu Orientem veteres appellauēre, vt vulgò putetur locis nomē dedisse, cùm indè acceperit. Cuius fluentis ipso impetu frigidioribus, & Zephyris assiduò per ea locorum spirantibus, tota ciuitas momentis propè omnibus refrigeratur, vt orientis in partibus Oriētem abscondat. Intus dulces aquę, foris finitimum nemus in textum cupressis crebris, fontes aquis huberes, Daphnē vocant, quòd nunquàm deponat viriditatem: frequens & lætior populus, vt pleraque orientis, facetiorque propè omnibus, sed †propitior lasciuiæ. Vrbs tertio loco antè ex omnibus, quæ in

†*crebris fontes atq; uberes*

†*propior*

orbe Romano sunt ciuitatibus æstimata, nunc quartò postquam Constãtinopolis excreuit ciuitas Byzantiorũ, Persarum quõdam caput, nunc *repulsorum: prima enim Roma, secunda Alexandria, tertia Antiochia, quarta Constantinopolis. De situ vrbis satis dictum puto. Neque enim describendis eius ædificijs immorãdum videtur, cuius à tergo cùm Orientem dixerim, satis liquet à lęua ad Meridiem iacere, à fronte Europam occurrere, in dextra septentrionales gentes degere, Caspiaque regna haberi, quæ antè promptissima ad incursandam Syriam erant. Sed postquàm Alexãder Magnus Caspiam portam Tauri montis prærupto imposuit, atq; omne interioribus gentibus intercluſit iter, memoratam vrbem quietam reddidit, nisi fortè motus Persicos suspectantem. In ea vrbe Agrippa Rex cum omni virtute sua expectabat Vespasianum aduenientem, nec diutiùs eò morante, comitatui adhæsit: coniuncto itinere Ptolemaidem petere cœperunt. Ad eam vrbem occurrêre inhabitantes Sephorim, pacem cum Cesen-

*repulsorium

Cesentio Gallo iamdudũ initam, firmari à Vespasiano petentes. Quorum laudata prudentia, quòd saluti propriæ consuluerint non lacessendo Romanos, atque accepta fide, & in amicitiam recepit eos, & additis peditum equestribusque auxilijs, fouit securitate, ne fortè destitutionis commoti dolore, insurgerent in eos belli excitatores: cùm velut claustrum quoddam Iudeæ, Sephoritanis sese Romano imperio offerentibus resolueretur, vt in eam peruium iter hosti pateret, quę ad custodiam totius gẽtis opportuno quodam in hostem obiectu occurreret. Erat enim præter *opinionem loci munitioris etiam vrbs Galilææ maxima, quæ res admonuit, vt cùm duæ sint Galileæ, vna superior, altera inferior connexæ & coniunctæ sibi, alteram ab altera distinguamus. Sed priùs de vtraque dicendum.

*opportunitatem

De duabus Galilæis.

CAPVT VI.

VTrique Galileæ Syria & Phœnice adhærent, disterminantque eam à Solis occasu Ptolemais territorij sui finibus, & mons Carmelus, qui erat antè

Galilæis,nũc verò Tyriorũ finibus aſſociatus,cui cõnectitur Gabaa ciuitas, quæ quondã Iudæis cauſa grauis exitij fuit:ab Oriente eã Hyppenæ & Gadara ſuis finibus reſecãt. Eadẽ aũt & Gaulanitidi regioni & regno Agrippæ confinia,præſcripta veteri æuo fuêre:à meridiano latere Scythopolis & Samaria ſuis vtraq; excipiũtur regionibus, nec vltra fluẽta Iordanis patiũtur extendi. Septẽtrionalia eius à dextro latere Tyrus claudit,omniſq; regio Tyroriũ,cuius obiectu Galilęæ ſpatia definiuntur. Ipſę autẽ inter ſeſe hoc diſtinguuntur modo,vt quæ inferior Galilæa dicitur, ab vrbe Tyberiade vſq; ad vrbẽ,cui nomen Zabulon, ſupra maritima Ptolemaidis extenta longitudine diffundatur. Latitudo autẽ eius à vico Zaloth, qui eſt in cãpo maximo, vſq; ad Berſaben haud dubiè deducitur. Vnde etiã ſuperiori Galilææ aperitur exordium, quo ad vici Bathatę fines attingat. Ipſo autem vico etiã Tyriæ terrę fines determinantur, lõgitudinis quoq; eius initium vicus eſt Thalla, finis eſt Rothala Iordani finitimus. Hinc intelligi datur,

Alij Ioppẽ.

Deſcriptio Galilææ.

tur,quantum ſe porrigant ſpatia Galilæę ſuperioris,cuius initiũ Iordanis eſt, vel eius confinia. Hac igitur ſuæ magnitudinis æſtimatione vtraq; Galilæa diſtinguitur. Terra autem pinguis,herboſa,diuerſo culturę genere nitens,diſtincta arboribus, vt quemuis alliciat ad ſui gratiam, & fugitãtem labores ad ſtudia culturæ inuitet atq; excitet. Denique nulla illic vel exigua terræ portio vacat,frequentatur pleriſque inhabitantibus: crebræ vrbes, vici frequentes, multitudo hominum innumerabilis, vt exiguus vicus in ſuo tractu habeat viginti millia inhabitantium. Circumfuſis quoq; nationibus alienigenis vtraq; Galilæa circũdatur,& ideo genus hominum bellicoſum, à prima ætate exercitum præliaribus tentamẽtis,abundans numero, audacia promptum,atq; ad omnes belli artes paratũ. Præſtat tamen magnitudine Peræa regio, quæ vnde vocabulum acceperit, ſuprà diximus. Maior hæc,ſed vtilior Galilæa, quia tota exercetur, nec vlla pars eius fructibus infœcunda eſt: ſed vniuerſa terra eius opima & ferax.

**quindecim.*

Maior Peraea, vtilior Galilæa.

Peræa autem diffusior, sed ex maiore parte deserta ac rigida, quæ man suescere arando nesciat, nec aliperiores facilis succos domare. Sed rursus portio eius mollis ad cultū, fertilis ad vsum, grata ad aspectum, mitis ad exercitium, insitiuis vtilis pomis, omnia ferens, vt cōpos eius distinctæ in fronte prætexant arbores, in medio venustent: & plerunque à nimio sole vel frigore defendant fata: maximeque olea vestitus ager, aut vitibus intextus, aut palmis insignitus. Inenarrabile, quanto decori sit, cùm vento impulsi palmarum ordines concrepant, & suauiores solito fundūtur dactiforum odores. Nec mirum si omnis illic gratia viriditatis est, vbi amœnis fluuiorum meatibus, ex superiore decurrentium iugo montium, superfusus ager rigatur, & niueis fontibus scatens possideatur cum inuidia, desideretur cum gratia. Longitudo eius à Macherunte vsq; ad Pellam, id est, à latere meridiano vsque in septentrionem. Latitudo autem à Philadelphia vsque ad flumen Iordonem, hoc est, ab ortu Solis vrbe Arabiæ, protexitur.

texitur. In occasum autem vsq; ad Iordanem flumine extendi manifestatur.

Samaritanæ regionis descriptio.

Samaritana quoq; regio inter Iudæam atq; Galilæam media iacet: incipiens à vico, cui nomen Eleas, deficiens in terra Acrabathenorum natura cōsimili, nec vllo differens à Iudea. Vtraq; enim montosa atq; campestris est, pro locorum diuersitate, neq; tota campis diffunditur, neq; in locis omnibus montium rupibus scinditur, sed vtriusque qualitatis habet gratiam, ad exercitiū culturæ solubilis terra, & mollior, eoque frumentis vtilis, & propè circa fertilitatem soli nulli secunda, maturitate certè fructuum prior omnibus. Nam cum adhuc alibi serantur frumenta, istic metuntur. Species quoque arque ipsa frumenti natura, haud vsquam præstantior habetur. Aqua dulcis, decora ad speciem, suauis ad potum, vt secundum elementorum gratiam, æstimauerint Iudæi eam promissam patribus terram fluētem lac & mel, cùm spoponderit illis resurrectionis prærogatiuam. Et vtrunque quidem diuina pietas contulerat, si fidē seruassent: sed

infidelibus animis vtrunq; ereptũ: Hic iugo captiuitatis: Illic vinculo peccati. Nemorosa regio, & ideo diues pecoris, & abundans lactis. Denique nusquam sic lacte distẽta pecus hubera gerit. Poma syluestria vel insitiua super omniũ regionum copias. Referta autem vtraque vel Iudæa vel Samaria hominum multitudine, vt mihi videantur hinc illud interpretati Iudæi, quod scriptũ est: quia nulla erat in his locis sterilis & infecunda, cùm hoc lex de meritorũ fœcunditate præscripserit, & virtutum fertilitate. Principiũ Samariæ de Arabiæ finibus à vico, cui nomen Iordani, finis ad aquilonem vico Borceo. Latitudo autẽ Iudææ à fluuio Iordane vsq; Ioppen. Incipit enim à fontibus Iordanis, & à monte Lybano, & vsq; ad Tyberiadis lacum dilatatur. A vico quoq; Artha initium longitudinis eius, quæ vsq; ad vicum extenditur Iuliadem, in quo Iudæorum pariter & Tyriorũ cõmunis habitatio. In medio autẽ Iudææ ciuitas Hierosolyma, quasi vmbilicus regionis totius, vt prudẽtibus placuit, nuncupatur: abundans regio mediterrancis

terrancis copijs, nec fraudata maritimis, quia prętendit vsque ad Ptolemaidem, & totum illud mare prætexit littoribus suis. Multę vrbes, sed inter omnes Hierosolyma eminet: ita vt quasi caput in corpore non obũbret sua mẽbra, sed regat, atq; eis tutioni sit, & pulchritudini. De Iudæa itaque & finitimis regionibus, opportuno licèt compendio, ea quæ significanda fuerant, non prætermisimus. *Hierosolyma caput Iudææ.*

CAPVT VII.

SEphoritani quoq; & tributa & subsidia militaria, regiones finitimas incursabant, autoritatem latrocinãdi liberam sibi belli specie vendicantes, quod imperio Romano à Iudæis inferebatur. Vnde Iosephus acceptæ acerbitatis iniuriam vlciscigestiẽs, irruere in vrbẽ Sephorim, sociato sibi plurimorum numero contendit, vt eos aut reuocaret in societatem Iudææ, aut resistentes supremo (si posset) excidio labefactaret. Sed vtriusque conatus effectu excidit: quia nec dissuadere potuit Romanæ coniunctionis electionem,

nec

nec vrbem euertere, quam ipse talibus minimentis firmauerat, vt à Romanis quoq; longè præstantioribus expugnari nequiret. Cecinit itaq; classicum, tẽtata †irruptione sine vllo profectu, atque in totam regionem bellum excitauit. Vastabant omnia, die noctuq; exurentes ædificia, diripiẽtes patrimonia, perimentes, quoscunq; bello habiles comprehendissent, infirmos seruituti subijcientes. Repleta erat Galilæa omnis incẽdio, sanguine, latrocinio, nulliusimmunis miseriæ, & †deformi rerum omnium specie, cùm si quid igni aut neci superfuisset, captiuitati reseruaretur. Cuius †mali illa, quę paulò antè acerbiora æstimata sunt, præferebantur.

†irruptio

†deformis

†malis

CAPVT VIII.

Titus Vespasianusque atrox & memorabile cœpũt bellũ

HAEc prælusio quędam belli facta, antequàm Titus veniret, qui simul ex Achaia Alexandriam transmisit, perductis militibus secundum mãdatum patris, ad vrbem occurrit Ptolemaidem, ibiq; connexis ordinibus quinto & decimo, addito etiam quintodecimo, qui erant præcellentissimi, congregatoq; vel Romano, vel sociorum exercitu, atrox & memorabile bellum cœptarũt. Nam vbi primis initijs placido duci prosperè gestis, secunda in aduersum cessêre, profectus infensior Vespasianus cum filio de Ptolemaidis finibus, in Galilæã sese immersit: Cognitoq; quòd pacem abnuerent, quibus obtulerat condemnandæ* dissensionis copiam, si sibi consulendum putarent, Gadarã funditùs euertit, vacuã bellatoribus offendens, quòd omnes validiores, diffidentes infirmioribus munimentis, ad munitiora sese contulerant. Repertis itaq; non pepercit, sed omnes necari iussit, nulla ętatis cõtemplatione, nulla infirmitatis misericordia, quod nõ tam iure belli, quàm Cestianę pugnæ dolore, & effusis in Iudæos odijs exequebatur. Denique non solùm vrbem, sed etiam vicos & municipia exuri præcepit. Nec iniusta erat commotio: quia post tantam insolentiam emẽdandi erroris facultatem dederat, nec obtemperarum. Transierat ex ea vrbe Iosephus in Tiberiadem, priusquàm Romanus exercitus appropin-

*discessionis

pinquaret: sed plus formidinis ex fuga, quàm fidutiæ dederat ex præsentia: hoc ipso enim territi sunt, quòd bello aduersus Romanos gerendo imparem se Iosephus arbitrabatur. Neque verò aliundè præsumpsit, nisi fortè Iudæi studia belli deponerent. Ea erat illi † potior sententia: Si bellum eligerent, malle se subeundo periculo fidē ciuibus, quàm declinando † præstare proditorem. Nihil enim magis cauere, quàm ne commissum ipsum sibi honorem militiæ turparet. Itaque scripsit ad vrbem Hierosolymam bellum incubuisse, propereque rescriberent pacem an prælium mallent, consulendum maturè. Hæc strictim significauit, nihil propensè in alteram partem, ne aut bellator meticulosus, aut pertinax rebellio iudicaretur.

† potior

† videri

CAPVT IX.

RVrsus de vrbe Tiberiade Iotapatam petit, siuequòd munitior cæteris esset, & propterea in eandem plurimi se contulissent bello promptiores: siue quòd eò Vespasianus plerosq; ex suis

ex suis direxerat, q munirent iter, quod per montes difficile saxosumque, asperum peditibus, equitibus autem inuiũ atq; insuperabile foret. Denique diebus quatuor, ne angustiæ officerent, reserata sunt viarum strata: compositum iter, quò facilius omnis exercitus transmitteretur. Quinto die transiuit eò Iosephus, dejectosq; Iudæorum animos erexit. Vespasiano quoque vbi factum indicium eò Iosephum commeasse, incentiuum celerandi itineris accessit, quòd conficiendi belli compendium putaret, si Dux & populus bello promptior interciperetur. Aduenit itaque cum exercitu, & primo die curandis cibo militibus, ne ex itinere fatigatos cura belli incesseret, tempus dedit. Sequenti die duplici acie vallauit vrbem, & tertio equestri ordine. Quod videntes Iudæi inclusos se, & obsessos vndique, nec vllum * refugij locum, ipsa desperatione audaciam sumpsere. Nulla enim res promptiorem bello militem reddit, quàm necessitas præliandi, & præruptum periculum. Vrgebat Vespasianus iaculis, vrge-

* effugij

Necessitas præliandi prõptiores bello reddit milites.

vrgebat sagittis, missilibus quoq; plurimi Iudæorum vltra muros progressi, destinata feriendi arte vulnerabantur, manebant tamen impauidi. Tentabat omnia virtus Romana, & maximè vbi infirmiora aduerterat murorum subsidia, illic maiore incumbebat manu: Pudor hos, illos armabat spes vltima, ferro sibi aperire viam salutis desiderantes: Grauia tolerabant Iudæi, nec minora referebant tentamenta audaciæ. Peritia à Romanis cum virtute, furor à Iudæis cum temeritate certabat. Fessis itaque tota die illis pro salute, istis pro triumpho dimicãtibus, nox prælium soluit. Sequenti quoque die, & tertio quartoq; cõsimiliter, & quinto prælium acriter: sed vt solet fieri in talibus prælijs, plura vulnera quàm neces inferebantur, licèt sæpè & excursus à Iudæis, & à Romanis tentarentur eruptiones, quos in iram accendebat pudor, eò quòd victores Annibalis & Antiochi, omniumq; gentium, ludaicis prælijs immorabantur. Tanta erat Romanę virtutis *cõstantia, vt nõ citò vincere pars victi æstimaretur: sed aduersus naturã magis erãt illis, quàm in hostem certamina. Nam ciuitas prę-

*cõscientia

ruptis vndique propè erat intercluſa rupibus, non vallo & fossa, vt aliæ vrbes, sed profundis erat circumuallata præcipitijs, quæ nec visus hominũ cõprehenderet, nec vsus inuestigaret, & horror *solicitiùs intuentem magis magisq; inuolueret: tantum ab aquilone in montis defectu vnus ad vrbem accessus, arduo tamen ascensu patebat. Quem Iosephus muro intercluſit, propugnatoribus sepsit, vt inter murum inferiorem, & vrbem superiorem periculosa *eruptio fieret obsidentibus, & intuenti esset inæstimabilis cognitio superiorum. Ciuitas enim ipsa in mõtis supercilio sita, in circuitu finitimorum montium velut quodam naturali vallo circundabatur, septo genitali abscondita, vt nemo priùs illic vrbem esse intelligat, quàm in vrbem ipsam fuerit ingressus.

*sollicitus

*irruptio

CAPVT X.

VEspasianus cùm vincere naturam nequiret, eam sibi ipse in adiumẽ-

tum accersiuit, vt obsidione diuturna per inopiam cibi & potus cogeret obsessos ad deditionem: sed frumenti copia, multò antè congesta, propulsabat periculum famis. Aquæ erat difficultas maxima, quia neque vllus in vrbe fons, & solennis siccitas raris per ea locorum imbribus bibēdi subsidium attenuauerat. Ductus omnes aquarum obstruxerat, ne in vrbem mearent. Augebat inopia auiditatem, repugnabat natura. Commentum Iosephus detulit, vt infusæ vestes muro suspenderētur, quò paulatìm rorantibus aquis, crederetur illis non deesse ad potum, quòd abundaret ad lauacrum vestimentorum.

CAPVT XI.

DEiectus eo Vespasianus, rursus ad expugnādam vrbem accenditur, atq; omnem exercitum circà congregat: machinis murum quatit, pulsat aries. Nomen hoc species dedit, eò quòd validæ ac nodosæ arboris caput ferro vestitur, & quòd vt frōs arietis prętēditur, quæ obductis laminis turgescit, & pro-

Aries describitur.

prominet: è medio eius quasi cornu procedit ferri solidioris. Magnitudo arboris in modum mali naualis, quam non ventorum procella, non velorum sinus flectant. Ea suspensa funibus ad superiora atque robusta arborum nexis, multorum manu validè in murum impellebatur. Deinde retrorsum ducta, atque in stateræ modum sustentata retinaculis, maiore impetu destinabatur, vt crebris ictibus fatigatum muri latus cederet, cauatumque vi* rupturis fenestram daret, qua Romanis hostibus via in interiora vrbis pateret. Primo igitur ictu murus concussus est, contremuitque omnis. Clamor ilicò vniuersorum, quasi expugnata vrbe trepidantium, ne repercussus murus fatisceret. Sed Iosephus saccos paleis repletos, in eum dimitti locum præcepit, in quem aries à Romanis intorquebatur, vt laxo saccorum sinu lusa plaga omnis arietis emolliretur. Illisa enim solidis solida nocēt, solutioribus euacuātur. Deniq; faciliùs solidiora mollioribus cedunt, quàm molliora solidioribus. Nam &

* irruptu-ris

Solida solidis illisa nocent.

aquę alluuione ſcopuli ſoluuntur, nec ruina rupis vllum eſt damnum aquarum, & iactis in freta molibus, aqua ſuos vſus reſeruat: ſed petra inter vndas reſeruare ſuos neſcit. Arenam quoque marmoris ruina non frangit, & marmor arenæ ruina cōminuitur. Retulerunt tamen etiam Romani, quò commenta refellerent Iudęorum contis falces ligantes, quibus demiſſos inciderent ſaccos, quò vacuati paleis euirare arietis ictum nequirent. Reparato itaque impulſu machinæ, cùm ſe Iudęi vrgeri viderent, vnus ex his Eleazarus ingētis magnitudinis ſaxum eleuans, de muro ſuper arietem eliſit tanta vi, vt comminueret caput machinamenti. Exiliens quoq; in medium hoſtium, rapuit illud, atq; in murum ferebat intrepidus in conſpectu aduerſariorum, & patens vulneri. Deniq; iaculis quinque figitur, ſed nequaquàm conuerſus ad vulnera, quomodo ipſe ſaxi ruina hoſtem inuolueret, intendebat. Aſcēdit itaq; murum, & victor doloris ſtetit conſpicuus tantæ prę ſumptionis, ac ſuper arietem ſe ſaxumq; deiecit, & cū eo

eo corruit. Victus quidē morte, ſed victor machinamenti. cùm * in ſe ſolus diſceſſerit patriæ: in machinamēti autem communitione, totam vrbem ab excidio ſeruauerit. Netyras quoque & Philippus in medium ſe iecêre agmen, vt auerterent, quos * petierāt. Ioſephus autem ignibus iactis, vt machinamenta omnia exureret, breui conſumpſit plurima, ſed conſumpta reparabantur.

Fortè legēdum, ipſe ſolus deceſſerit
** cōminutione*
** poterant*

CAPVT XII.

INſtabat Veſpaſianus, vrgebat ita vt in talo feriretur iaculo ſagittæ: Turbati ſunt Romani, cùm ſanguinem Ducis fluere cernerent. Exagitatus filius, cucurrit ad patrem. Sed ille ſupra vim vulneris virtutem gerens animi, prohibet trepidare filium, magisque in prælium accendit milites, vt iniuriam Ducis vlciſcerentur. Ipſe ſigniferr euocabat exercitum, & ad muros cogebat. Ipſe in bellum cęteros adhortabatur, alij ſagittis, alij telis, alij baliſtis hoſtem vrgebant. Tanta autem erat huius tormenti vis, quo ſaxa in hoſtem iaciebantur, vt percuſſus vnus ex

Veſpaſianus in talo vulneratur.

socijs Ioſephi, qui propter aſtaret, cõminuto capite rueret, & occipitium eius vſq; †ad tertium ſtadium excuteretur: mulier quoq; aluo grauis percuſſa †vterum, ſupra dimidium ſtadij de intima ſede ſecreti genitalis, excuteret infantẽ. Ad poſtremũ cùm victor iam muro Romanus miles ſuccederet, & in ipſo aditu vtrinq; valida manu decertaretur: ſicut erãt conferti, oleo feruẽti, Ioſephus perfundi Romanos iubet, quod facilè à vertice ad ima defluebat veſtigia. Nec minor incẽdio flammæ candentis, olei feruor omnes artus depaſcebatur. Succedebant tamen alij, pleriſq; etiam ſudor profluus olei vim refrigerabat: Et quanuis huiuſmodi olei natura ſit, vt citò caleſcat, & ſeriùs conceptum deponat calorẽ, tamen victoriæ ſtudio abſcondebant iniuriam. Ardebant animis, vt nullum corporis ſentirent incendium, nec tanti eſtimabant pœnæ feruentis dolorem, quanti diſpendium gloriæ, ſi tãquàm exortes triũphorum deſiſterẽt bello, qui duces fuerant periculorũ. Vel ſanguine itaq; ſuo reſtinguere incendiũ olei certabãt.

†vltra

† vtero

Naturæ olei citò caleſcere.

CA-

CAPVT XIII.

HAc mora obſidionis etiam Iaphę vrbis, quę vicina erat, populus inſoleuerat, quòd tam diu decernebatur. Vnde motus Veſpaſianus, Traianum qui præerat ordini quintodecimo, ductoris officio, direxit cum mille equitibus, & duobus millibus virorũ militiæ pedeſtris. Qui ſine retractatione profectus, vir acer & bellandi artibus præditus, conuenientem ſtudijs ſuis euentum belli reperit. Nam cùm eſſet ciuitas, & natura loci ſepta, & gemino muro circumuallata, non contentus tegere ſe populus eius munitionibus, occurrendum Romanis putauit: Sed pauliſper reſiſtere auſi, intra murum exteriorem recipere ſeſe volentes, hoſtem pariter recepêre. Nam cum ipſis feſtinantibus etiam Romani ſubintrauerunt, confugientibus quoque ad murum interiorem, clauſæ portæ, ne rurſus Romani pariter irrumperent. Ita auerſo à ſe DEI auxilio, Iudæi prælabantur, quo antè vincere ſolebant, ſed offenderant ſceleſtis flagitijs,

& ideo ab his pœna debita reposcebatur, vt donarentur eorũ supplicia nationibus. Deniq; plures propè suis inter se bellis, quàm ab hostibus, obterebãtur. Exemplo est Iaphæ populus, qui Romanis portas aperuit, & sibi clausit. Nam vt primum murum Romani irrumperent, ipsi patefecerunt: vt secundum murum Iudæi non penetrarent, Iudæi clauserunt. Receptus itaque hostis est, socius exclusus. Receptus ille, ne percussor deesset: exclusus iste, ne *perituru* penitùs cuaderet. Intra duos itaq; muros cædebantur Iudæi, manu cominùs, de muro eminùs. Plerique enim Romanæ militiæ viri constricti angustijs, murum ascendebant, atq; inde in subiectos tela iaculabantur. Itaque Galilęi suis, quàm hostibus infestiores, rogabant, vt in interioris muri vestibulo reciperentur, sed resistebant sui. Dimicabatur in portæ limine, Iudæis inter se pugnantibus: Isti irruentem cuneũ gladijs excipiebant: illi resistentes moriebantur. Sæua imprecantes sibi inuicem, & minora se meritis suis perpeti supremis vocibus attestabantur. Itaq; extin-

extincta sunt † duo millia virorũ omnium prælatorum. Ratusq; Traianus vel nullũ iam sibi repugnaturum, vel facilem vrbis expugnationem, veteris vir disciplinæ summam victoriã Vespasiano reseruauit, misitque ad eum, postulans, vt filium suũ dirigeret Titum, qui finẽ prælio daret. Quo aduentante, facta irruptio, cæsiq; multi mortales, nec sine labore ac periculo victoria cessit Romanis. Quibus ingressis murum interiorẽ, † obiecerant se, quicunq; erant bello idonei, & in angustijs positi, anceps bellũ victoribus effecêre, pugnãtibus desuper virili ac muliebri sexu, ac sæpè etiam in suos saxa, atq; omnia, quæ fortè repererant telorum genera iaculãtibus. Deniq; sex horis in ipso fine quasi ab exordio pugnatum. Ad postremũ cæsis, qui constiterant pugnaturi, tum in cæteros sine ordine, sine modo, sine misericordia, senes cum adolescẽtibus iugulabantur, mulieres cum paruulis reseruatæ, non adveniã, sed ad seruitutẽ: masculi omnes interfecti, nisi quos pueritia, aut infantia defendit, in prædam ducta sunt

† duodecim millia

† obiecêre se

duo millia, CXXX. mancipia, Domini cum seruulis *æqua iam sorte conditionis, quos captiuitas pares fecerat.

*aquata

CAPVT XIIII.

NEc Samaritæ immunes miseriarum fuêre. Nam cùm secundũ cõ suetudinẽ suam *ascendissent mõtem Garizim, q̃ erat illis cõsecratus, vbi adorare solebãt: vnde & in Euangelio dicit Samaritana: Patres nostri adorauerunt in hoc monte. Et respõsum est ei: Veniet hora, quando neq; in hoc monte, neq; Hierosolymis adorabitis patrẽ. Debebatur enim, vt cessaret superstitio, & vera religio succederet: Euacuaretur vmbra, veniret veritas: vt iam nõ in mõte, sicut Samaritani, non in Hierosolymis ter in anno, sicut Iudæi: sed in spiritu in omni loco eleuans puras manus, homo omnis adoraret Deũ, & in nomine Iesu genu flecteret. Cùm igitur, vt suprà diximus, in monte collecti, secundũ suos ritus manerẽt, belli autẽ minas prætenderet ipsa cõgregationis species, vel sensus eorũ, qui nec malis finitimis resipiscebant: multò autem ampliùs prosperioribus Romanorum

*cõgregati ascẽdissent Iohan. 4.

Verus modus adorãdi Deum.

norum successibus per inuidiam cõmouerẽtur, ac propè tumultum res essent, cõsultius æstimatũ est, eos præueniri, ne in maiorem pestem erũperent. Vocatoq; Præfecto ordinis quinti cum tribus millibus vtriusq; militiæ viris, cõtra eum Vespasianus direxit. At ille ascendere mõtem primo exordio periculosum ratus (erat enim simul iũcta terrori multitudo populi, & præruptum naturæ) circũdedit exercitu montis cõfinia: & toto die deferri fecit custodiã, ne quis aquatum descẽderet. Cùm igitur tantam hominum †multitudinem vexaret sitis, quæ magis ac magis æstu exardescebat, & pleriq; seruituti se, vel etiam neci mallent offerre, ne vel fame vel siti perirent, Cerealis (hoc enim nomen Præfecto) ex descedentibus vniuersos esse defatigatos æstimãs, cinxit montem, ac more militari pollicens salutem, si arma deponerent, recusantesq; iussit feriri. Itaque extincta sunt illic millia XI. sexcenti viri.

†eum, manuscrip. nõ habet.

†constipationem

Cerealis Præfectus.

Eundẽ numerũ recenset Iosephus.

CAPVT XV.

IOtapatẽ quoq; quadragesimo & octauo die facta irruptione primo diluculo

De captione Iotapatæ, & destructione eius.

culo, cùm adhuc multò superioris diei fessi labore requiescerent, primus omnium Titus cum Sabino ingressus, cæteris viam præbuit. Comprehensisque superioribus locis, in angustijs plateārum passim, & ignari adhuc factæ irruptionis feriebantur. Alij in suis stratis, alij expergefacti, alij vigilantes, sed inedia ac somno soluti pœnas dabant. Adhuc tamen totam vrbem vis latebat malorum. Sed vbi exercitus ingressus militari infremuit vlulatu, ad solum ferè subeūdæ mortis affectum insurrexerūt. Et si qui superiora petere tētauerāt, repulsi cędebātur, & quibus vlciscendi vis suppetere poterat, ipsa coartatio vindictā ademerat: & si qui resistere parabāt, irruēribus supra se alijs, bello abscondebātur. Alij multo fessi certamine, demissis manibus sese offerebāt vulneri, vt vel morte tam feralibus malorū suorū spectaculis eriperentur. Hac deceptus securitate pereūtium Cēturio Antonius, togatusà quodam, qui in spelæa cōfugerat, vt ei dexteram daret, obsidē veniæ & salutis sequestrā: porrexit ilicò, doli negligens, &

Antonius Centurio.

& væ miser nimiū securus triūphi: sed ille incautū spiculo ferit, & statim trāsfigit, ne impleta esset incruēta Romanis victoria. Illo ipso die interfecti omnes, quicunq; inuēti. Sequētibus autem diebus etiā de hypogeis & cęteris defossis specubus producebātur, vel ibidem extinguebātur, exceptis paruulis ac mulieribus. Cæsa per omnes dies XL. millia, quæ numero comprehensa sunt: in captiuitatem deducti M.CC. euersa & igni exusta est ciuitas, & castella eiꝰ omnia, anno imperij Neronis XIII. Iosephus interea inter fauillas vrbis in quodam lacu delitescebat, haud inscius, qꝺ quasi Dux aduersi agminis studiosiùs requireretur. Egressus die secundo, vbi septa aduertit omnia, reuertit in lacū. Tertio die mulier quædā reperta, cognitas sibi Iosephi latebras, quærentibus demonstrauit, (sed in lacū pariter *XL. †XLII. viri viri, qui eò cōfugerant, sese tegebant) Qui vbi aduertebāt Iosephū, primò per Paulinū & Gallicanū à Vespasiano ad spē salutis vocati, posteà per Nicanorē, qui Iosepho veteris amicitiæ gratia copulabatur, & ideo missus, vt dexteram daret,

Anno imperij Neronis XIII. Iosephus in lacu delitescit.

daret prōptiùs officium mandati muneris exequebatur: circūfusi Iosephum talibus adoriebantur sermonibus.

CAPVT XVI.

Oratio, qua Iosephos ocij sui mortē suadebant.

NVnc maior Iudæi nominis tentatur ruina, nunc fauilla terrior, quæ sepeliat, & abscōdat splēdidissimæ disciplinam prosapiæ, atq; omne decus subruat, quando Iosephus ad triumphum captiuus reseruari iubetur. Quid sibi volunt tam sedula subitò inuitamenta hostium? Quid dona salutis spontanea? Rogantibus vitam alijs, nō pepercerunt. Iosephus accersitur, Iosephus rogatur vt viuat. Metuunt videlicet, ne pompam amittant triumphi, ne desit, quem spectet Roma captiuū, quem catenatū Vespasianus ante currum suum dirigat. Ad hæc igitur ludibria vis reseruari? Et vnde triumphabunt, si dux eorum defuerit, de quibus triumphatur? Aut qui triumphus, si amicitia dātur victis? Ne credas Iosephe, vita tibi promittitur, sed parantur grauiora morte. Vicerunt te Romana arma, non capiat fraudulentia. Atrociora sunt dona eorum, quàm vulnera. Illa enim

la enim captiuitatem minantur, hæc libertatem reseruant. Inflecteris Iosephe, & animi quadā fractus mollitia, vis esse patriæ superstes? Vbi est doctrina Mosi, qui se de libro cœlesti deleri petebat, ne plebi Domini superuiueret? Vbi est Aaron, qui inter viuos ac mortuos medius stetit, ne mors viuentem populum sæuo contagio †depasceret? Vbi est Regis Saulis & Ionathæ deuotus patriæ animus, & mors illa pro ciuibus suscepta, & fortiter glorioseque expetita? filius patrem exemplo inuitauit, pater filium mortis proposito non dereliquit. Qui cùm posset viuere, maluit se interfici, quàm ab hoste triumphari. Hortabatur armigerum suum, dicens: Percute me, ne veniant incircuncisi isti, & percutiant me, & *illudant me: quia armiger timuit, ipse se gladio transuerberauit. Dignus quem Dauid spiritu prophetico vendicaret: quia se degener Amalekita de eius morte falso iactauerat, & gloriam viri, qui seipsum hosti exemerat, imminuendam putauit, vt à se interfectū mentiretur. Dignus etiam, quem

†depasceretur

*deludāt,

quem tantus laudaret Propheta, dicēs? Saul & Ionathas spectosi & charissimi inseparabiles in vita sua, & in morte non sunt separati. Super aquilas leuiores, super leones potentiores. Ipse quoque Dauid cùm populū percuti ab angelo videret, in se voluit cœlestem deriuari vindictam, ne pereunte populo reseruaretur. Postremò vbi lex diuina, cuius interpres semper fuisti, quæ pro hac breui vita perpetuam iustis promisit immortalitatē? Vbi Deus Hebræorum, qui docet iustos mortis contemptum habere? Refugere etiam debere terrenum habitaculū, †anhelare ad superna, ad regionem paradisi, vbi Deus ipse pias animas †conseruauit. Nūc demum cupis Iosephe viuere, quando nō oportet, immò nec licet: immò, quod maius est, non decet: & †carpere desideras lumen illud (ausim dicere) seruitutis, quod in aliena potestate est, vt id quādo voluerit Romanus eripiat: quādo velit, carceris tenebris obducat, vt optes hinc fugere, nec liceat mori, & quo pudore ad eos ibis, quibus persuasisti pro patria mori? Quā excusationē habe-

†euolare

†sacrauit

†capere

habebis, quòd tam diu resederis? Expectant quid agas, † dicent profectò: Quid moratur Iosephus, qui præuenire debuit? cur tam serò sequitur? cur discipulos suos, quibus pro libertate moriendum suasit, imitari recusat? Perferemus certè nos, quòd seruire elegeris assertor legis & libertatis, quòd mancipium te Romanis addixeris, quòd captiuitatē libertati præposueris? Sed esto, velis viuere, quomodo hoc impetrabis ab his, aduersū quos toties præliatus es? Quomodo te intuebuntur, quibus oculis, quibus animis? Quomodo iratis Dominis, etsi liceat, viuere voles? Aut quis proditorem patriæ nō credet fuisse, cui mercedem solutam proditionis videbit? Vtrum mauis elige, horum alterum sit necesse est: Vita tua aut præmium proditionis erit, aut seruitutis supplicium. His dictis intētarunt gladios, addentes: si acquiescis mori, quasi amici ministerium præbemus. Si recusas, quasi proditi vltionem exigimus.

†dicūt iam

CAPVT XVII.

Responsio Iosephi.

AD hæc Iosephus refert: Et quis velit esse tãtæ mortis superstes? Quis eligat fieri hæres doloris? Quis animã suam nolit ex ipso corpore mortis, si liceat, absolui? sed non licet soluere, nisi ei qui ligauerit. Naturæ vinculo *iuncta : *coniuncta est anima corpori. Quis autor naturæ nisi omnipotens Deus? Quis hoc animę & corporis nostri Deo placitum contubernium interrumpere ac dissociare audeat? Si quis impositа manibus suis præcepto herili vincula, sine arbitrio domini sui detrahat, nónne is graui pulsasse iniuria suum dominũ condẽnabitur? Dei possessio sumus, Deo seruitium debemus, quasi serui expectemus imperia, quasi vincti reseruemus vincula, quasi fideles bonum depositũ custodiamus. Nõ recusemus vitæ istius munus quod dedit nobis, non refugiamus donum cœleste. Si hominis data reijcias, cõtumelioſus es: quanto magis seruare debemus, quod à Deo nostro accepimus? Ab ipso itaq; accepimus, quod sumus, ipsius quoq; debet esse, vt quamdiu velit, simus. Vtrumq; enim ingrati est, & citiùs

tiùs discedere quàm velit, & diutiùs viuere quàm voluerit ipse, qui vitam donauit. Nunquid antè festinauit exire Abraham? Nunquid antè ascẽdit Abarim Moses, q̃ diceretur ei, Ascende in montem Abarim? Sed dictũ est, Ascende, & ascendit, & mortuus est, quasi bonus seruulus, expectauit Domini præceptum. Ipse Iob qui dixit: Pereat dies illa in qua natus sum: tamen in vulneribus & doloribus positus, vitæ huius vincula non disrũpebat, sed vt liberaretur rogabat, dicẽs: Vt quid datum est in amaritudine lumen, vita autem in doloribus animę? Laudabat itaq; mortem, cùm diceret: Mors * verò requies: tamen nõ præripiebat, sed postulabat, vt scriptũ est: Cõcutior omnibus membris: & quia sum impius, quare nõ sum mortuus? Cur de ventre matris non in sepulchrũ decidi? Aut * nũquid breue tempus vitæ meæ? Dimitte me requiescere paululùm. Alius quoq; sanctus dicit: Educ de custodia animã meam. Petit euadere: petit ex hoc corpore quasi de quodam liberari carcere: nullus tamen sanctorũ necem sibi ipse vsurpat;

Moses mortuus in mõte Abarim.

*virò

*nunquid non

nullus præripit. Si lucrũ eſt mori, furtum eſt vſurpare antè expectatum: Si
†ſacrilegũ bonum eſt viuere,† ſacrilegium eſt repudiare, antequàm repoſcatur. Sed glorioſum putatis in bello mori? Nec ego abnuo bonum eſſe pro patria, bonum pro ciuibus in bello mori. Sed belli lege offero iugulũ, ſi hoſtis petat: ſi mucronem demergant Romani, quibus de nobis Deus victoriam dedit, quibus propter peccata noſtra nos adiudicauit. Nec mihi blandior, quòd parcendum ſpondeant. Vtinam fallant: Vel hoc lucrum feram, quòd me ſic timuerunt vt fallerent, vel hanc vltionem referam, quia frangunt fidem. Malo illorũ latrocinio perire quàm meo. Latrocinium meũ eſt, ſi mihi ipſe intulero manum: ſi hoſtes, beneficium. Ergo illud cùm beneficium dare poſſent interimendo, ſeruandum putauerunt, quod in poteſtate habebant: vt captum occiderent, latrocinati ſunt. Sed pollicemini mihi manus veſtræ miniſteriũ, reuerà pecuſſor nobis defuit, vt noſtro ſcelere pereamus. Nolo meo, nolo veſtro ſcelere perire, quòd plus eſt quàm meo,

meo, nolo mutuo. Hoc eſt enim vnũquenq; noſtrum ſibi manus inferre, vicariæ necis mercedem ſoluere: vt iam non ſolùm pro ſuo quiſque, ſed etiam pro alterius ſanguine ſcelus debeat. Verum Regis Saul exemplum promitur, eius certè, qui aduerſus voluntatem diuinam Rex poſtulatus eſt, & offenſam meruit Dei. Vnde etiam cùm viueret, ſucceſſorem accepit. Egregium exemplum viri, cui defuit Dei gratia, & tamen voluit mori, quia iam non poterat viuere. Voluit tamẽ & ipſe vt eum ſocius occideret: ſed & ille ſcelus putauit, recuſauit miniſterium. Non igitur vſus conſilio, ſed † deſtitutus miniſte- †deſtinatus
rio fecit, vt ipſe gladium in ſe conuerteret. Si timens fecit, ne ſibi illuderetur, quid laudas quod timoris eſt? Si nõ timuit, cur primò aliud †elegit? Ego nec †eligit
illudentes Romanos timeo, nec mentiẽtes. Saul tãtùm ſe ſolus peremit, non Ionathas, non quiſquam alius in noſtris ſcripturis. Quid mirum, ſi potuit ſe perimere, qui potuit etiã filium occidere? Aaron inter viuos ac mortuos ſtetit, & hoc virtutis eſt, non temerita-

tis. Non enim mortem sibi intulit, sed mortem non timuit. Qui eam corpore
†in omnes suo repulit, & serpenti †in omni, obstaculo fuit. Non ego quidem Aaron, sed tamen non degener ab eo, offero manus, feriant vt volunt. Si possum corũ manus timere, dignus sum, qui manibus
†parcunt pereammeis. Si † pereũt illi aduersario, cur ego non † peream mihi? Si
†parcam quæritis cur parcere velint, & in hoste virtutem mirantur. Tanta est enim virtutis gratia, vt frequenter etiam hostem delectet. Nostis etiam ipsi, quanta intulerim exitia Romanis, quo modo victores omnium gentium, lotapatæ ignobilis vrbis diuturna obsidione, ab Hierosolymitanæ vrbis excidio auerterim. Breui damno totius belli aleam lusi. Didicerunt cæteri meo periculo pacem optare. Fortasis ad hoc reseruamur, vt non deterreantur cæteri, sed prouocentur. Sed suaue asseritis mori pro libertate. Quis negat & illud? tamẽ dulce viuere pro libertate. Nam qui amicitiam offert, libertatem promittit. Quòd si seruitutem inferat, tunc erit certè opportunior moriẽdi voluntas, si opor-

si oportuerit mori: Nunc autem vitam offerunt, nolunt occidere. Timidus autem est, & qui non vult mori, quando oportet, & qui vult quando non oportet. Quis enim ignorat fœmineæ timiditatis esse, & muliebris
*fortitudinis, ne moriare, mori velle? *formidinis
Denique pauidæ mulieres, vbi aliquod imminere sibi periculum cognouerint, solent se præcipitio dare. Angusti enim animi molem formidinis, & metum mortis sustinere nequeunt. Vir autem patiens, qui præsentia non timet, & futura cogitat, nescit trepidare, vbi non est timor. Denique scriptum est, quia animæ effœminatorum esurient, quæ cibum vtique virtutis non habentes esuriunt: ideoq; ad mortem ante tempus festinant. Neq; enim repletus cibo gratiæ spiritalis, sibi ipsi manus irrogat: cùm scriptum sit: Quia os imprudentis mortem inuocat. Et iterum dicit Scriptura: Et qui non curat seipsum in operibus suis, frater est eius, qui seipsum exterminat. Condẽnatur ergo, qui seipsum percusserit.

Quid enim tam contra legem naturæ? Quid etiam tam contra naturam omnium animantium? Quibuslibet feris licèt atq; agrestibus, insitum est se amare. Naturæ enim lex valida est velle viuere, nec sibi mortem asciscere. Deniq; ferro in se armari, omnia genera animantium, nec si velint, possunt. Informem lethi laqueum homines inuenerunt, feræ nesciũt. Sed morsus ferarum arma sunt, dentes eorum gladij. Quando tamen quisquam audiuit, quòd sibi aliqua fera proprio morsu membrum ademerit? aduersum alios fauciũ suarum armis vtuntur, aduersum se oscu-
Vita nihil dulcius. lis. Nobis quoq; quid tam dulce quàm vita? Quid tam inimicum quàm mors? Denique qui vitam protexerit, patronus est: qui mortem appetere tentauerit, insidiator est. Quod ergo in alijs execramur, si nos appetamus, ipsi nobis volumus inferre: & quod ab alijs pro pœna exigimus, hoc ipsi nobis irrogamus pro gratia': & gubernatorẽ si commissam sibi nauem saxo illidat, persequimur: nos commissum nobis nostri corporis gubernaculum ferro extinguimus

guimus, & volũtario naufragio addicimus? Sed obijcitis mihi mortem maturam, cùm in potestatem hostiũ fuero deductus. Quid ergo lucrifaciam si quod ab hoste metuo, hoc ipse mihi inferam? cùm possit accidere, vt quod suadetis mihi facere, non faciat inimicus? Huiusmodi istud est, acsi videns gubernator tẽpestatem futuram, tempestatis gratia declnandæ nauem fluctibus immergat. An quia grauiora sup- *Pulchra*
plicia exacturus est aduersarius, ideo *cõparatio.*
præueniendum putatis? vel quia strenuum arbitramini, vt in nos ipsi ferro vtamur? Sed id imbecillitatis suffugiũ est, non virtutis trophæum, captare lucrum suppliciorum. In hoc igitur inheremus, quòd nec insignia habeat fortitudinis, nec profectũ vtilitatis. Quid autem attexã *violati depositi religio- *violari*
nem? Deus omnipotens thesaurũ nobis optimum dedit, atque inclusum in hoc vase fictili, & consignatum cõmisit nobis custodiẽdum, quoàd ipsi placeat reposcere. Nónne in vtroq; crimẽ est, vel reijcere depositũ non reposcente, qui dederit: vel reposcenti negare?

Si hominis depositū violare pœna infamiæ est, quantò magis violare depositum Dei? Depositū Dei anima est in hoc corpore, anima quæ mortis istius capax nō fit. Nō enim vllo mortis vinculo astringitur atq; alligatur, sed videtur mortē operari, cùm soluitur corpore, atq; de cōmisso sibi contubernio seiungitur. Cur igitur ante repetitum depositum mortem irrogamus, & animam quasi inutilē nobis remittimus, atq; è domo nostra excludimus, & corpus sine decore & gratia sui in terram resoluimus? cur exeundi hinc præceptum non expectamus? Miles tesseram expectat, seruus imperium. Si quis horum sine præcepto exierit: alter desertor, alter fugitiuus est. Qui hominem fugit, pœnæ est obnoxius, quanuis improbum fugerit dominum: nos optimum omniū fugientes, possumus non astringi impietatis flagitio? Nū etiam illud præterit nostrā opinionem, quòd apposuit Deus angelum in circuitu timentium eum? Est ergo qui prohibeat, nisi præceptum acceperit? Si nullum præceptū, nullū viaticum? Et quomodo

Depositum Dei anima est in hoc corpore.

Angelus hominū custodia deputatus.

do perueniemus sine viatico? Quis nos recipiet in illum purū & secretum locum? Quis nos admittet ad illa sanctarum animarū cōsortia? Adam latebat, quia præceptum Dei præuaricatus est: exclusus est de paradyso, quia non seruauit mandatū. Dicitur ei: Adam vbi es? Quasi ei qui fugerit, quasi ei, cuius apud Deum nō est præsentia. Nónne & mihi dicetur, vbi es? qui præter præceptum venisti, quē ego naturalibus vinculis nō relaxaui? Tollite eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium, & dolor. Hæc nō solùm moribus hominū, sed etiā legibus interdicta accepimus: Nanque alij insepultos proijci iubēt eos, qui in se ferrū dieiecerunt. Dignū est enim, vt qui patris imperium non expectauerunt, priuentur quasi quodam matris gremio, terræ sepulchro. Alij dextrā manū abscindūt defunctis, vt separetur à mēbris sui corporis, *quod aduersus corpus suū vesano militauit furore. Sed hunc exitum sacrilegi ferunt, aut proditores, vel percussores parentum, qui verum patrem non agnouerunt, nec sese cognoscunt.

Christianissima sententia hominis Iudæi.

*quæ

Ideo

Ideo aut penitùs ſepeliri prohibentur, aut non toti ſepeliũtur. Animas quoq; eorùm non paradyſus recipit, ſed inferorum tenebræ, fæuaq́ue ſupplicia. Hęc mihi reputanti, quanquàm omnia erepta ſint, ſola tamen terrori ac formidini ſunt: * nec mihi ipſi inferam, quę nec hoſtis poterit inferre: & illa paradyſi eripiam, quæ Romanus adhuc nõ potuit eripere. Certè accelerare potuit, non poterit auferre, quæ ſola impatiẽter deſidero. Non enim vitę huius vlla me cupiditas tenet, in qua nec apud ciues, nec apud hoſtes cepi, quod delectaret. Iſti mihi pacem negarunt, illi patriam eripuerunt. Inter tot mala, quid poteſt ſuauitatis in hac vita ſupereſſe? Tu modo omnipotens Pater, qui naturæ autor atq; arbiter es, honeſtũ largire exitum, tu rumpe naturale hoc vinculum: redde animam meam ſecretis ſuis. Extinctus ſit populus, ereptum ius, libertas infracta: non præuaricabor tamen legem tuam, vt moriar iniuſſus. Expecto, vt iubeas, expecto, vt volentem liberes. Multos habes tui imperij executores, à te expecto imperium

*ne mihi

Pia oratio ad Deum.

rium, ab executore miniſterium. Bonũ eſt mori: ſed moriar vt Hebræus, non vt latro, non vt carnifex, nõ vt hoſtis. Victus ſim licèt bello, manebo tamen, quod natus ſum, vt Abrahæ patris hæreditatem non deſeram. Non tranſibo in numerũ hoſtium, vt ipſe meus percuſſor ſim. Offerre me hoſti percutiendum ſine pietatis poſſum diſpendio: manus meas mihi in hoſtem conuertere ſine ſcelere non poſſum. An verò metus eſt, ne non liceat nobis ſecũdum legem viuere? Reuerà nunc magna libertas eſt, quibus nunc licet ſecundum legem mori.

CAPVT XVIII.

HAEc Ioſephus allegabat, quò euacuaret voluntariæ mortis * affectionem. Sed illi, qui ſemel ſeſe morti deuouerant, quia verbis reſiſtere nõ poterant, gladijs quaſi feriturí ilicò, virum circumſtetêre, niſi acquieſcendum putaret. At ille circundatus, alium Ducis reuocabat autoritate, & virtutis conſtantia, alium ſeuero obtutu conueniebat. Huius reuocabat dexteram, illius inflectebat iram, mulcebat

*aſſertionem.

cebat consilij salubritate. Diuersis modis vnicuiq; irrationabilem extorquebat furorem. Etenim quanuis vltima fors victi dignitatem extorserat, non penitus tamen aboleuerat reuerẽtiam. Paulatim itaq; deponebantur manus, recondebantur gladij, tamen intentio perseuerabat. Cùm videret vnũ à pluribus se obsessum teneri, siue casu quodam, sine consilio † commẽtatus est, vt minueret numerum repugnantium. Committamus, inquit, sorti moriendi ordinem, vt se nemo subtrahat, cùm sors conueniat vniuersos. Istiusmodi cõditio sit sortis, vt is, † qui sortem exierit, ab eo qui sequitur, interimatur. Itaq; fore, vt sors vnumquenque, non propria voluntas morti adiudicet. Stet igitur vnusquisque sub sorte iudice, & exors sceleris, & liber captiuitatis, vt nõ alieno arbitrio † celeret, aut declinet suo, mortem futuram. Nemo recusare poterit euentum, quem vel casus intulerit, vel voluntas Dei signauerit. Fidem fecit oblatio, & vniuersorũ assensus sorti acquieuit. Quisq; sorte est designatus, paratã sequenti neeem præbuit.

† cõmentus

Sortis moriendi cõditio.

† qui sorte

† acceleret

Itaq; accidit, vt interemptis reliquis, Iosephus cùm altero superesset neci. Manebat necessariò, vt aut sorte condemnaretur, aut certè si exitio superesset, sanguine socij contaminãdus foret. Suadet vt sorti † renunciaret. Sic domesticum euasit prælium, & per Nicanorem ad Vespasianum deducitur. Fit concursus ad eius aduenientis spectaculum, Romanis ferè omnibus cõfluentibus, alij videre deiectum desiderabãt, quem paulòantè in amplissimo honore positũ, summæ rei præesse intuebantur: alij certabant capto illudere, alij vices rerum humanarum tam varias atq; flexibiles mirabantur. Plerig; consultiùs ingemiscebant, qui in alienis casibus sibi posse eadem accidere reputabãt. Titus præ cęteris mouebatur, ingenita animi mansuetudine: illum dudum bellatorem superbum subitò potestati addictum hostium, alieni † motus sortem operiri vitæ naufragum, exulem spei, incertũ salutis. Tantum valere momenta in prœlijs, vt breui casu dispares sui reddãt, cùm aut potentes deijciuntur, aut afflicti leuantur.

† renunciaret,

Iosephus per Nicanorẽ ad Vespasianũ deducitur.

Titus præ cæteris mouebatur.

† motus sorte

Itaque

Itaque pars melior, eorum scilicet, qui honore potiebantur, mitiora consilia dabant: maxima tamen portio salutis apud patrem Iosepho Titus fuit. Vespasianus eum asseruari præcepit, ne fortè elaberetur.

Titus fuit Iosepho apud patrē maxima portio salutis.

CAPVT XIX.

INde paucis pòst diebus Ptolemaidē repetit, atque inde Cæsaream contendit, vrbem Iudææ maximam, sed magis gentilibus refertam inhabitantibus: vnde cum plausu & lætitia susceptêre exercitum Romanum, non solùm Romanæ societatis exoptata sibi gratia, sed insito quoque odio plebis Iudææ: cuius principem Iosephū oportere puniri maximis clamoribus vociferabantur. Quam Vespasianus, vt vulgi iram sine iudicio conceptam, silentio dissoluit. Et quia ad hyemandum, & tempus opportunum, & ciuitas erat, duos ordines in Cæsarea constituit, decimum quoque & quintum ordinem in vrbe Scytopoli, ne Cæsarea totius onere exercitus attereretur. Ideoq; vrbs memorata Dianæ Scythicæ consecrata, tanquàm à Scythis condita, & appel-

lata ciuitas Scytharum, vt Massilia Græcorum: situs loci declarat ingenitam duritiam conditoris, patentia magis camporum, quàm conducibilia habitationis vsui delegisse. * Nanque aperto & aspero hyemis, & feruenti tempore æstatis plus laborís habent, quàm delectationis: quoniam & hyeme plus frigori patent, & grauior in his locis æstatis flagrantia est, in quibus solē totum recipiunt sine vlla arui virentis amœnitate. Itaque campestris & maritima regio memoratæ vrbis, etiam æstu maris amplius vaporabatur.

Descriptio Cæsareæ.

Alia lectio, Nanq; aperta & aspera hyems, & feruenti tempore æstatis.

CAPVT XX.

NEc tamen à negotijs bellicis Vespasianus vacuus erat: Cognito etenim diuersis ex locis ad vrbē Ioppen esse cōtulisse plurimos: eamq; sibi opportunam ad excursus piraticos, reparatis ædificijs, quæ à Cestio destructa fuerant, instaurauisse: quoniam vastata regione, subsidium alimoniæ mari quærebatur, diligenter explorauit omnia. At illi statuentes huiusmodi naui-

gia, quæ vsui prædonum accommoda forent, speculati cõmeantium trãsitus, vniuersa propè Phœnicis atq; Aegypti cõmercia populabantur, adeò vt crebræ prædationis terroribus, omne illud mare clauderent, atq; indubij periculi metu nauigandi vsus intercideretur. Quo comperto, pedestris militiæ manum, & equitum plerosq; pergere iubet, & nocte Ioppen ingredi. Quod facile factu fuit, cùm custodia nulla ciuitati † prætenderetur: quoniam euersę vrbis fama, nullas excitatura Romani curas Ducis æstimabatur. Præsentes tamen erant, sed non ausi resistere, atq; ingressum negare Romanis aduenientibus, nauigijs ascensis, vltra iactum progressi sagittæ, in mari pernoctauerunt. Res postulare videtur, situm littoris eius, quo prætexitur Ioppe, breuiter exponere, vt quemadmodum sine vllo prælio prædictæ vrbi secunda clades fuerit, liquidò manifestetur. † In portu est natura ciuitas, cuius ab ora maris littus asperum directumq́ue, sed cornibus vtrinque leuiter inflexum: in quibus profundæ rupes, saxaq́ue ingen-

† prætenderet.

De Ioppes situ & excidio.

† *Importuosa est natura.*

gentia, quæ mari prominent. Et cùm de imo maris surgant, in mare excurrunt tamen: vnde etiam Andromedam illic fuisse cum ceto obiectaretur, formæ locorum atque ipsæ rerum species prodere videtur, non mediocrem vetustis fabulis fidem accommodantes. Cædentibus itaque littus aduersus Boreæ flatibus, immane, quantum vndę attolluntur: quæ scopulis illisæ, fragorem̃ ingentem excitant, atq; in fluctus relapsę, inquietum illum maris sinum reddunt, vt plus periculi in portu, quàm in deserto sit. In eo igitur fluctuantibus scaphis, quas ex Ioppe vrbe productas suprà diximus, ad matutinum flatus vehemens ingruit, quem Melamborium per ea locorũ nauigantes vocant, statimq́; inter se vndis impellentibus scaphas miscuit, atque involuit: Alias ruptis anchoralibus egit in petram: alijs cùm in aduersum mare violenter subrigerentur, saxosi littoris periculũ, vel à Romanis, qui se circumfuderãt littori, nautis fugiẽtibus, clades occurrit, vndaq́ue præcelsa mole supereminens oppressos demersit.

Nec confugiendi vllus erat locus, nec manendi spes, cùm ventus de mari expelleret, Romani vrbe excluderent. Grauis erat nauigiorũ sonus, cùm inter se colliderentur: Intolerabilis hominum gemitus, cùm frangerẽtur. Qui vbi vacillantibus alueis videbant mare irrumpere, alij se præcipitabant natandi peritia: alij, dum in appropinquãtes exiliunt scaphas, in mare lapsi, concursu alueorũ proterebantur. Pleriquecum ipsis in profundo sidebant myoparonibus, quos enatandi fiducia *destituerat, minore tamen cruciatu, quibus ars deerat, vel spes vlla tentamentorum, mors transfigebat. Cæterùm natare adorsos, cõuulsa nauium fragmenta crebris quatiebant ictibus, lateribusque illisa miseros artus fœdè mulctabant, aut scopulis impulsos inter ipsa amplectẽdi littoris vota, mors sequebatur: qualecunque tamen habentes solatiũ in terris perijsse. Miserãda itaq; facies erat, cùm excusso in fœlicium cerebro, cautes aspergerẽtur, sanguine maderent littora. Cerneres infectum cruoribus mare, repleta omnia cadaueribus. Et si qui fortè euaserant, appropinquantes littori interficiebantur: æstimantibus Romanis, quòd non ex locorum asperitate, vsuq; ventorũ in illis locis desæuiret procella, sed diuina indignatione præter solitum cõspirantibus ventis mare inuoluueretur, ne Iudæi euaderent: & ideò metuentibus eis parcere, quibus Deus non pepercisset. Fuêre, qui se ferro interficerent, tolerabilius rati ferro, quàm naufragio perire: † Alij qui contis protrudere volentes, nauigia perforauerint: nonnulli, qui lapsos in mare, si fortè orarent, vt à nauigantibus eleuarentur, remis repellerẽt, aut telo ferirent. Quod ideo non prætermisi, quò clareat ab ipsis sibi Iudæorum populis, quàm ab hoste, periculum maius fuisse, qui seipsos interimebant: quasi exigua essent ad eorũ exitium, infesta si mul omnia, cœlum, hostis, mare, rupes. Quatuor itaq; millia quingentaque defunctorum numerata corpora, quæ † despuerat mare, sine bello capta vrbs, & excisa à fundamentis. Sic in breui tempore secundò Ioppen Romana manus diruit.

Nec fugiẽdi erat vllus locus.

detinuerat

† *Aliqui cõtis*

† *spuerat.*

Ioppe à fundamentu excisa.

Quod iure Vespasianus præcipiendum putauit, ne iterum illic piratica conderentur habitacula. Vnde & equitatum eò loci, illinc cũ peditibus pauciorib⁹ licèt proficiscens, reliquit vt pedites in loco manerent, ne quid auderet prædonum manus assueta latrocinijs: equites autem † percursarant finitima regionis, vicosq; & oppida, quò penitùs omnia (ne conspirarent in aliquos ausus) diruerentur.

†percursarent

CAPVT XXI.

DVm hęc in Ioppe geruntur, quanuis procul Hierosolymitani degerent, nec sic quidem à consortio cladis † feriabantur. Auditis enim, quæ gesta à Romanis fuerant in Iudæa, & maximè, quia Iosephum interfectum cõperiẽt, primò, quia de locis ad eos index nullus aduenerat, non credebant: deinde Ducem tantum non temerè in manus hostium incidisse arbitrabantur. Et reuerà nullus nũcius tantæ † cladis superfuerat, † & hoc ipsum supremi excidij fama, quia nullus index supererat, astruebat periisse omnia, nihilq; re-

†feriebantur, vt intelligas eos nõ percul sos, vt sub capitu huius finẽ etiã refert Egesip.

† cladi

† & hoc ipsõ

sedisse,

sedisse, vel ad indicium rerum gestarũ. †Manebat opinio quouis maior relatu, quòd ipsa incertos dum † tenent silentia, credebãtur omnia quæ timebãtur: tantumq́ue aberat, quò veriùs aliquid nũtiaretur, vt etiam quæ gesta nõ fuerant, adijcerentur. Nam Iosephum quoq; interfectũ fama *assẽuerabat, idque dolori maximo fuit vniuersis. Sed vbi eum apud Romanos degere compertum, tanto odio persequebantur, vt cuius primò mortẽ dolebant, eiusdem vitam vel ignauiæ vel proditionis indicem detestarẽtur. Hinc maior in Romanos commotio, vt se de Iosepho vlciscerẽtur. Et quò magis eorũ res inclinabatur, eò ampliùs in bellũ accendebantur. Vbi finis esse debuerat, inde exordium malorum capessebatur. Nam sapientibus, aduersi exitus rerũ, ad cauendum magis documẽto sunt, ne rursus eadẽ accidãt, quæ iam malè cesserũt: Imprudentibus autem incẽtiuum miseriarum. Debuerat ergo Hierosolimitanis causa sobrietatis esse sociorũ periculum: sed quia noluerũt intelligere, vt benè agerent, in exitium vertit.

† Manabat

† terrent

**assẽuerauerat*

CAPVT XXII.

VEspasianus tamen, vt & ipsa mora in melius consuleret sibi, & à labore exercitus paulisper requiesceret, roganti cessit Agrippę, vt in vrbe regni eius Cæsarea Philippi viginti ferè interponeret dies, simul vt ægra partium eius à commotionis & discordiæ furore resipiscerent, qui se interuentu Regis suscipi posse, si conuerterentur, agnoscere deberēt, cùm tam sedula officiorū fœdera inter Regē & Romanos interuenirent. Denique Tiberias proxima Cæsareæ remedium non abnuit, sanitatem inuenit. Nam & ipsa graui morbo dissidentis inter se plebis exæstuabat. Vnde Vespasianus tres ordines validiores acciri, & Scythopolim petere, directo in negotium filio decernit. Ea erat decem vrbium maxima, vicina Tiberiadis. Inde appropinquare muris Valerianum cum quinquaginta equitibus iubet, qui pacifica suaderet, & ad fidem societatis clausos vocaret, vt congregati exercitus terror, auersos percelleret, nuntius pacis volentes

lentes inuitaret. Valerianus propè muros equo desilijt: eadem fecêre etiam ij, qui simul propiùs accesserant. Quos pro numero spernendos arbitrati, Iesus prædatoriæ manus Princeps, cum suis, qui pariter incesserē ausi, repentina eruptione deturbant loco, cædentesq; simul quos deduxerant equos inuolauêre: dementes qui non aduerterent, consultiùs Valerianum cessisse insolentiæ, quàm spolia de his, qui pacem offerebant, vsurpauisse. Denique seniores offensi facinoris acerbitate, vrbem relinquentes, ad Vespasianum precatum venêre, ne paucorum insolentia vniuersę plebi asscriberetur. Vespasianus ilicò ad vrbem Traianum direxit, vt exploraret, si populus insidiatorū temeritatem auersaretur. At ille conuenientia populi studia, seniorum precibus annuncians, fidem legationi accumulauit. Ita petentibus venia data: maximè quia solicitum Regem pro totius vrbis statu Vespasianus intuebatur. Cuius fide interposita, nihil tale ausuros posteà, delicti gratiam volens cessit.

CAPVT XXIII.

INde Taricheas solicito atque instructo agmine petit, eò quòd plurimum ad ipsam vrbem propter munitionem loci confluxerat multitudinis: & quia muro eam vallauerat Iosephus, nisi quà pedestribus inuia Genesari lacus fluctibus alluebatur, ideo nauigijs cõgregatis, anceps bellũ fremebat. Si terrenum inclinaret aduersum se præliũ, ad naues confugerent: si nauali certamine cederent, vrbem reuiserent, murisq; sese ambientibus defensarẽt. Consimilia vtrobiq; præsidia, vel in vrbe Tyberiade, vel Taricheis. Sed Taricheis †perniciora ingenia: †muris validior Tiberiadis. Sed & Taricheorum furor promptior, vt si necesse esset, miscerẽt omnia, naualia terrenis certamina, terrena classicis. Deniq; circũuallati aduersa acie, cùm maiora auderent viribus, nec aduersus dispositionis Romanæ moderamina, veterani quoq; exercitus virtutem quicquã temeritas promoueret, priusquã aliquid exitij subirent, versi in fugam, ad naues conuolauêre. Quibus cõfertis, tanquàm densata

†peritiora
†murus

sata acie præliabãtur, ac si in terris manu res gereretur. In campo etiã multitudo innumerabilis hostem præstolabatur. Eo cognito filium cum delectis equitibus Vespasianus direxit. Qui vbi seingẽtibus circumfusum copijs vidit, ad patrem quidem retulit maiorem esse hostium multitudinem, quàm opinio comprehenderat: sed conuocatis, quos secum deduxerat, bellandi incentiuum huiusmodi * alloquio infudit.

* alloquiũ

CAPVT XXIIII.

Oratio Titi ad socios hortãs eos ad præliũ.

VIri, inquit, Romani, meminisse enim vestri vos nominis & generis præliaturos decet, quorum manus nemo effugit, qui in orbe Romano est. Vndeenim hoc nomen vniuersis terris nisi vincendo dedistis? Meminisse etiam loci oportet, in quo nunc sitis, & aduersum quos Romani bellum geratis. In extrema enim parte orbis terrarum consistimus. Tanta ergo terrarum spatia transeuntes, nihil alienum vidistis. Quid enim vobis alienum, quorum in possessione orbis terrarum est? Quicquid vbique est, ius vestrum est: quicquid incolatus vni-

vniuersorum tenet, possessio vestra est.

*Currebatis benè q; statuit

*Currebat is benè, q; statuit vestros orbe toto currentes triumphos, quos non Hasdrubal Pœnus, non Pyrrhus Aeacides, non Brennus Capitolinis vestibulis incumbens, non Persarum caterua, non Aegyptiæ phalanges statuere potuerunt: Hos statuit rebellis Iudæa, ineruditam præferens bellandi temeritatem, rixæ quàm pugnæ aptior. Neque enim est, quod vereor, sed plenum verecundiæ arbitror, quòd vos vincendo defatigamini. Illi autem quoties vincuntur, audaciam sumpsere: & *lassati vos rebus secundis, cùm illi aduersis duriores sint. Attollite igitur animos Romani viri, & aduersus cateruas hostium, freti patria virtute, exurgite. Neque vos numerus moueat plebis Iudææ, cùm illos tot vestræ virtutis insignia non deterreant, quæ longè numero validiora sunt. Neque enim vlla in Hebræis vel rei militaris scientia, vel præliandi peritia, vel moderādi gratia, nullus disciplinæ vsus, nulla tolerandi patientia: Solùm in *præliū deferūt mortis contēptum, sed nemo vnquàm morien-

*lassari

*præliū

moriendo vicit hostem, sed perimendo. Illi nesciūt arma nisi in bello, nos in pace armis exercemur: vt in bello casus belli dubios non sentiamus. Insuetis enim euētus dubij, veteranis solennis triumphus. Quid enim aliud agimus quotidiè? nisi vt nobis vana nūquàm prælia sint? Vnusquisque domi quasi in prælio exercetur, vt in prælio meditatio quædam certaminis sit. Deniq; non errauerit quisquam asserens, quòd meditationes nostræ, bella sine sanguine sint, bella nostra meditationes sint. Progredimur in bellum muniti vndique, tegitur galea caput, lorica pectus, totumq; clypeo corpus: vbi feriat hostis Romanum militem, reperire non potest, quem ferro septum circūspicit. Alijs talia arma oneri sunt, nobis integumēto, quia vsu leuantur. Aduersum inermes igitur ac nudos prælium nobis est. An verò metuimus, ne numero circumueniamur? Primùm liber in prælijs equitatus est, cedēdo atque insequēdo *bellū proludit. Et quāuis maximas acies circūcursat, & quibus libitum fuerit spatijs excedit.

*prælium

Deinde

Deinde in ipso pedestri certamine, nō tam numerus plurium conficit pugnā, quàm virtus paucorum. Multitudo enim disciplinæ insolēs, ipsa sibi est impedimēto: in prosperis ad victoriā, in aduersis ad fugam. Virtus verò patiens & secundis valescit, nec vsq; ad finem labitur in aduersis. Accedit illud, quòd assuetudo victoriarum, incentiuū nobis sit præliandi. Nam etsi illi pro patria, pro liberis dimicant, non ideo promptiores eos esse quàm nos oportet. Neque enim minùs est, imò haud scio, an etiā ampliùs †nobis, quàm pro nostris decernere. Pro nobis prę liamur, & cùm præliamur pro gloria, ne minores simus eo quod sumus. Quis ergo dubitet, plus esse pro gloria decernere, quàm pro salute? Nobis autē bellum hoc pro existimationis est periculo, ne ius partum intercidat. Periclitamur etiam victores gentiū & principes orbis terrarū: Iudæis pares videri, quos ex æquo nobis †in aduersarium constituimus, si non aliter nisi pari numero cōgrediamur. Maiores nostri magnas hostium copias parua manu frequenter

†pro nobis

†in aduersarios

terfuderunt. Et quid nobis conferunt quotidiana exercitia? quid diuturnus labor, si pares ad prælium venimus? Nuntiauimus quidem de numero patri, quia non licebat aliud, sed aduertat nos, non de periculo metuisse, sed reuerentiā belli arbitrio reseruauisse. Licet prælibare bellum, tenere hostem, rapere victoriam, dum adiumenta veniunt: ne non tam superatos aduersarios communi robore, quàm protectos nos virtute sua iactent, qui venerint. Quo igitur ore in conspectum patris veniemus, si bellum incipere timuerimus? Quo pudore degener filius subibo oculos tanti viri, qui nesciat militem suum nisi victorem videre? Quomodo eius me militem probabo & filium, cùm ille semper triumphator: ego etiam meo, quod grauius est, victus iudicio, qui hosti Iudæo cesserim? quid vobis fiet condemnato Duce, quē vobis pater securus cōmiserit? Sed malo de virtute ducis vos, quàm de ignauia causas dicere. Proruamus igitur in aduersarios, properemus, † proteramus hostem. Primus in periculū excurram,

†præueniamus

vos

vos sequimini, vt depositum patris custodiatis, & cõmissum patris reseruetis. Ego autem non periculi socios exigo, sed consortes victoriæ. Vos tamen cauete, ne oblatam vobis palmam triũphi, alijs reseruasse videamini, vobis eripuisse. Certè si secùs cesserit, malo me filium pater in vulneribus meis recognoscat: si in militibus suis non recognouerit. Ponamus tamen offendi patrem prælij aggressione. Quid igitur tolerabilius præripuisse victoriam, an deseruisse? In præripiendo properatio fortitudinis est, in deserendo culpa ignauiæ. Condemnet certè victores pater, reatum huiusmodi non reformido: malo reus esse triumphante Republica, quàm læsa innoxius. Vtinã Manlij Torquati filium, vel in solo mihi liceat imitari periculo, quem securi pater iussit feriri, quòd contra imperium patris exercitum in hostem produxerat. Stabat hostibus cæsis adolescens, amictus adoreis triũphalibus, sub carnifice mortis securus, quoniam beatissimum putabat in victoria mori. Quid enim illustrius, q̃ vitam triũpho claudere,

Manlius torquati filius.

dere, nec ad incerta rerum seruari post certam victoriam? O expetendum prudentibus crimen victoriæ. Vtinam & nobis hoc obijciatur, quòd vicerimus. Certè illo exemplo solus ego periclitabor, vos triumphabitis. Et tamen nõ prohibuit nos pater pugnare, sed iussit, quos ad pugnam direxit. Vnde magis indignaturum arbitror cessisse nos Iudæis, cùm possemus vincere, quàm pugnauisse.

CAPVT XXV.

HAEc dicẽs, primus equum in hostem egit, & clamore magno sequuti cæteri: toto campo extendebantur, quo etiam plures æstimabantur. Traianus quoque cum trecentis equitibus missus à Vespasiano, iam progrediente Tito superuenit. Nec diutiùs resistere potuerunt Iudæi, cùm virorum contis, & fremitu equorum perturbarentur. Conuersi itaque in diuersa alij, plerique vrbem petebant. Emicat Titus, & alios à tergo fugientes opprimit, alios cædit, palantes vniuersos prætorso itinere à muris repellit, & obuius recurrentibus fugam intercludit.

Rursus tamen dum alij sternuntur, elapsi alij, quibus vrbs refugio erat: sed †illis quoque acrius prælium. Nam qui de locis finitimis affluxerant, à principio pacem præferebant, sed populus superueniens inuitis bellandi studia extorserat. Inde intra vrbem dissensio, & tumultus grauis, quo strepitu excitus, se conuertit ad milites Titus: Hoc, inquit, est tempus sanctissimi commilitones, quod †expetebam. Inter se hostes intra vrbem tumultum serunt, foris cæduntur, intùs digladiantur. Festinemus itaque, dum adhuc dissident, ne fortè periculi metu in gratiam redeãt. Itaq; ascendit equum, quo desilierat, muris proximus, & conuersus ad lacũ, per fluctus aquarum vrbem petebat, primusq; in vrbem irruit, †& posteà cæteri. Statimq; omnes, qui interiùs erãt, dispersi in fugam, alij prosternebantur, alij ascendentes nauigia, in lacum demergebantur, cæsi intùs multi mortales. Sanè qui de agris erant, offerebant sese Romanis alienos culpæ asserentes, quibus pio moderamine Titus parcendum putabat, solos vrgens rebellionis autores. Misit itaque ad patrem equitem, qui nunciaret euentum victoriæ. Quo delectatus Vespasianus, & maximè filij triumpho, qui maximam portionem totius belli confecerat, quod aduersus Iudæam gerebatur, eò contẽdit, & iussit obseruari vrbem diligentiùs, ne quis elaberetur, eò quòd vniuersi pœnæ deberentur. Alio tamẽ die, propter eos, qui in scaphas sese contulerant, rates fieri iussit: quæ sine mora factæ, quoniam & syluæ finitimæ, & operarij plerique accelerandi muneris facultatem dedêre.

†illic

†expectabam

†& post cũ cæteri

CAPVT XXVI.

NAmque lacus ipsius, velut quodam maris ambitu sinus amplissimus, in longitudinem centum quadraginta extenditur stadia, latitudine quadraginta diffunditur, crispantibus aquis auram de seipso sibi excitãs. Vnde & Genesar dicitur Græco vocabulo, quasi generans sibi auram aquæ dulcis, & ad potandum habilis. Siquidem nec

paluſtris vliginis craſſum aliquid aut turbidum recipit, quia arenoſo vndiq; littore circumuenitur, & temperatior eſt fluuiali aut fontis rigore. Frigidior tamen placidæ paludis æquore, eo ipſo quòd non in ſtagni morem ſternitur aqua, ſed per diffuſiora ſpatia lacus frequentiùs auris ſpirantibus agitatur: vnde & purior hauſtus eius, ac molliorem eſt ad vſum bibēdi, & ſi quis naturali gratiæ ſtudium adiungere velit, vt æſtiuis ſuſpenſam, ad auras noctibus more incolarum potui patet, haud quaquam à niuis ritu diſtare arbitretur. Genera quoque piſcium guſtu & ſpecie, quàm in alio lacu præſtantiora. Res exigere videtur, vt Iordanis ortum, quem alibi promiſimus, aperiamus: Nam ſuperioris ævi dubio, vtrùm de lacu Geneſar flumen, cui nomen Iordanis, exoriretur, Philippus Tetrarches Trachonitidis regionis falſam opinionem redarguit, erroreḿque abſoluit, mittens paleas in Phialam, quas in Pānio fluuius ebulliuit. Vnde liquet non exordium eſſe Iordanis in Pannio, ſed fluentum. Non enim ibi fons eius eſt, vt ab eo, v-

Deſcriptio loci Geneſar.

Lib. 1. c. 35.

Iordanis ortus hic aperitur.

ſu cæ-

ſu cæterorum fluminum cœperit, ſed de Phiala in Tracho eodē ſubterraneis deriuatus meatibus: ibi iterum quaſi fons ſcaturit, atq; emergens proditur. Eſt autem Phiala in Trachonitide terra, centum viginti interiacentibus ſtadijs, vſque ad vrbem Cæſaream. Phialæ autem nomen * ſpes dedit, quaſi rotæ qualitatem exprimens, quòd ita iugiter plena eſt aquarū, vt neq; ſuperfluāt, nec rurſus aliqua deriuari minutione intelligantur. Inferiùs itaq; menſura quadam labitur aqua, & vbi Pannium eſt rurſus ebullit, vt paleis reſurgentibus manifeſtatum eſt. Ita ibi Iordanis reſurrexiſſe proditus eſt, vbi naſci à ſuperioris temporis viris exiſtimabatur. Nec tamen à principio eadē Pannij, niſi ſola naturalis gratia, ſed * regalis Agrippæ munificentiæ ornatus loco huberior, ſplendidiorq; aditus, quo ſpelæum decore admirabili, per quod ſeſe attollit Iordanis, extructum venuſtatumq; accepimus. Vnde non latenti iam, neq; abdito per cauos terræ meatus, ſed viſibili per terras, atque aperto flumine incipiens, ſuperfundere ſe Se-

Phiala fluuien.

**ſpecies*

**regali Agrippæ munificentia*

mechonitidem lacum, paludesq; eius interſecat. Inde quoque curſus ſuos dirigens, centum viginti ſtadia ſine vlla interfuſione progreditur vſque ad vrbem, cui Iulias nomen: poſteà lacum iſtum, qui Geneſar dicitur, medio trā-

Deſcriptio Geneſar ciuitatis.

ſit fluento, quibus ex locis plurima circumuagatus deſerta, Aſphaltide ſuſcipitur lacu, atque in eum conditur. Itaque duos lacus victor egreſſus, in tertio hæret. Prætendit autem regio Geneſar, eiuſdem nominis lacum, de quo & ipſa vocabulum aſſumpſit, mirabili naturæ gratia, & ſpecie pulchritudinis. Nam & ſpontaneos fructus ſoli hubertas miniſtrat, & nemorum ferox in vniuerſa genera ſpontè ſe ſubrigit: arborum pomiferarum & culturæ ſolertia imitata naturam, in quos voluit vſus, opimæ fœcunditatis deflexit gratiam, vt nihil ſit illic, quod natura negauerit, nihil quod cultura præterierit: ita aptus omnibus, nec vllis vnquàm alienus fructibus. Cuius tanta temperies, vt omnium naſcentium cõueniat diuerſitati. Illic & quæ frigore aluntur, ſeſe multipliciter effundunt, & quæ æſtu

æſtu fouentur. Illic çſtiua hybernis mixta ſimul aſpicias, arctoas nuces, & dactilos niſi locis feruentioribus generari neſcios. Quid ficus aut oleas loquar, quas cœli mollior alit tractus? Nec tamen æquantur illis ſuperioribus: Illi enim principales Paleſtinæ, & quidem domeſtici fructus, eoq; huberiores: hi ſuppares, & licèt longo interuallo, ſed tamen †proximis, dicas naturæ & tem-

†proximi videtur legendum

porum iucundam contentionem. Illa quaſi mater fœcunda omnia creat, horum temperies quaſi bona nutrix, molli fœtu vniuerſa educat. Itaq; non ſolùm affatim generantur pomorum diuerſitates, ſed etiam conſeruantur, vt aliqua genera maxima parte anni non deficiant: reliqua omnia tota anni ætate vſque ad finem ſuperſint. Nam & vuæ & ficus, quæ ſunt in inſitiuis, regalis cuiuſdam gratiæ, decem menſibus ſine vllo defectu redundant, & reliqui fructus ramorum, quos vel † violentia rura ſponte propria procreauerint, vel † ingeneraue-

†volentia

†ingenerauerit

rint induſtria humana, miniſterium ſuum, niſi nouis ſuccedentibus,

vsu quodam administrantium desere-
re non norunt. Ad hanc naturæ fertili-
tatem & aëris tēperiem, accedit & fon-
tis graria, qui memoratam regionem
genitali quadam irrigat infusione, Ca-
pernaum nomen ei, quam Nili flumi-
nis venā, haud superfluò quidam æsti-
mauerūt. Non solùm quia irriguis ar-
ua opima, verumetiam quia huiusmo-
di creat piscem, vt *coracinum putes,
qui in Alexandrino lacu ex Nili infu-
sione reperitur. Locus quoq; de nomi-
ne lacus dictus. Prætēditur in longitu-
dine triginta stadijs, in latitudine vi-
ginti. Quoniā de natura loci diximus,
ad consummationem prælij regrediā-
mur. Præparatis itaque ratibus, secun-
dum præceptum suum, manū militarē
imposuit Vespasianus, qui insectare-
tur eos, qui nauigiorū effugio pestē e-
uaserant. Quid igitur facerent nō repe-
riebant. Nullus in terris salutis locus,
circūfusa hoste omnia, nulla in aquis
fugiēdi potestas: vtpote lacu clauso, &
vndiq; Romanis circundato. Nulla e-
tiam in exiguis myoparonibus resistē-
di fiducia. Quid enim pauci aduersus
pluri-

*coracinū

A digressio ne ad prælium porrò describen-dum redit.

plurimos facerent, ratibus appropin-
quantibus? Tardior quidem harū ap-
pulsus, & efficacior excursus nauigio-
rum, sed sine vllo sui vulnere soli cly-
peorū, repercussis spiculis, crepitus au-
diebantur. Appropinquare non aude-
bant Iudæi, nec impunè quisquam sca-
pha propiùs accesserat, cùm de proxi-
mo facilè vel telorū figeretur ictibus,
vel ratibus demergeretur. Et si quis e-
nare, vel emergere tentauisset, sagittæ
iaculo insertus miserabilem in fluctī-
bus vitam deponebat. Nec diutiùs resi-
stere potuerūt, cùm diuerso genere mi-
nuerentur. Nanq; paulatim concurrē-
tibus plurimis ratibus, ad littora coge-
bant Romani maximum numerū na-
uigiorum. Illi verò coarctati aut in ter-
ram *resiliebant, ibiq; à Romanis in-
terficiebantur, aut cædebātur ab ijs, qui
de ratibus vrgebant, aut concursu ra
tium proterebantur, aut ipsi se in lacū
dejiciebant, cùm in scaphas eorum ho-
stis insileret. Cerneres mixtas sanguine
aquas, plenū cadaueribus lacum. Nul-
li enim parcebatur quicunque occure-
rat. Grauis odor, teterrimus fœtor

*desilie-bant.

locorum. Sex millia Iudæorum (cum superioribus tamen) & septingenti eo interempti prælio. Victor Vespasianus Taricheas reuertitur: illic regionis populum ab vrbano discernere parabat, vt qui non fuerant autores seditionis, reseruarentur. Sed plurimorum consilio, qui tantam superesse multitudinẽ, quæ posset recidiua prælia resuscitare, paci aduersam, & inutilem locis arbitrarentur (vbi enim consisterent patria †excussi? quibus se alimonijs sustentarent exortes omnium, nisi rapto viuerent?) sententiam flexit, & †spe parata venia mortis præcepit, vt egrederentur ea porta, quæ esset è regione Tiberiadis, atque ad eam vrbem contenderent. Facilè crediderunt, quod exoptabant. Cœperunt egredi, sed præoccupato itinere, cõmeantia Iudæorum omnia clausere agmina, atque in vrbis stadium introduxêre. Ingressus itaq; Vespasianus, spectata ætate vel robore omnium, quos sibi statui præceperat, elegit sex millia iuuenum validiorum, quos Neroni in Isthmon direxit. Senes autem & inualidos mille ducentos iussit

†excluſi

†ſperata venia

iussit necari, reliquorum triginta millia, quadringentos vendidit. Vniuersos autem, quicunq; de partibus regni Agrippæ reperti sunt, Regi donauit, quos æquè Rex accepto pretio, in seruitutis obsequia transmisit. Præterea populus alius Trachonitidis regionis, & Gaulanitidis, & Ioppeni, & Gadaritæ, tanquàm belli excitatores, & perturbatores concordiæ, deserentes propria, incursantes aliena, qui sumptis armis pacem violassent, iustas & debitas pro flagitiorum meritis pœnas dedêre.

EGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ vrbis, historiæ Liber IIII.

CAPVT I.

Descriptio ciuitatis Gamalæ.

EXtinctis Taricheis maxima ex parte, Romani Galilæis vrbibus & finibus potiebãtur, nisi quòd Gaulanitidis regionis vrbs Gamala contumacis populi alebat spiritus, locis nixa asperioribus Nanque ea in monte est sita, dextra lævaque præruptis*circumcisa rupibus, ad summum arctatur, à fronte abscinditur profundo hiatu, in posteriora aliquantum diffunditur. Ab ea quoque parte angustoque difficilique accessu, vt caudæ simile iter iudices, ad vrbem meantibus: à summo vertice collum in immensum extendens, vt arcem tanquàm caput præferat, atque in sublimem erigat altitudinem: exilis à principio, & tanquàm sinuato cliuosis anfractibus solo, atque in profundum demerso. Dein quasi montem

*circumcirca

tem quendam ceruicis medio attollẽs, cætera prærupta atq; inuia. Vnde plerique à superioribus Camalam vocitatam putant, quòd formam cameli præferat, sed corrupto incolarum vsu Gamalę nomen vrbi inhęsisse. Iam si contexta ædificia spectes, suspẽsam vrbem arbitrêre, & maximè * septentrionalẽ eius partem pendere existimes, reflexa paulisper meridiana. Addiderat quoq; huic vrbi munitiones Iosephus, quibus freti, & confluentis eò multitudinis numero, Regis Agrippæ per septẽ menses obsidionẽ luserant Nam & ipsa & Sotanis & Seleucia regni eius portiones erant. Seleucia iuxta amœnissimum illud & celebre per Syriam Daphnes nemus, cypàrissis arboribus intextum, scatẽs fontibus, quibus prætermeanti fluuio loci, quem minorẽ Iordanem vocant, nutrimenta quædã lacteis huberibus infundit. Ea tamen cinitas, & Sotanis superior, Gaulanitidis portio, inferior Gamalis. Vnde & studijs dissonãtibus illæ societatẽ Romanam elegerãt. Hæc rebellabat adeò pertinaciter, vt cùm Rex propior muris

Gamala priùs Camala vocitata.

*septentrionalia.

cos

eos alloqui vellet, fundę iaculo saucia-
retur. Cuius iniuria Romani accensi,
vehemētiùs incūbere obsidioni cœpe-
runt: conflictumq; prōptissimè à parte
vtraq;, quoniam à Iudæis quoque, qui
regem propriū violauissent, vtilia sua-
dentem, sine vlla venia se futuros exi-
vincerentur stimantibus, si * vincerēt, totis viribus
decernebatur. Agrippa itaq; saxo dex-
Agrippa saxo percussus. trum percessus cubitum, bello excessit:
Romani vrbē irrupêre. Cessit enim ho
stis missilibus, murus arietibus. Nā &
illi, qui machinas impediebāt, nequaq̃
diutiùs resistere potuerūt: Et murus tri-
no ariete cōuulsus, peruium obsidēti-
bus in obsessos iter præbuit. Sed ea res
festinationis impatientia non medio-
crem victoribus cladē inuexit. Nanque
vbi sese infudêre domicilijs, dum per-
**præreptū* scrutātur, vel * præceptū ire spolia con-
tendunt, cedētia domorū angusta pon-
deri nutātibus fundamētis ruinā traxê-
re: & proxima quæq; proximis illisa ex-
cidio erāt. Multi Romanorū illis in suo
luti casibus, in victoria pestē incidêre.
Pleriq; præiacentes se lapsis ædibus oc-
cupabantur, alij lacero corpore, vix se-
mine-

mineces seruabantur. Pleroſq; puluis
necabat, cędebātur angustijs arctati, de-
super quoq; mulieres & inualidi senes,
& qui de iunioribus refugerant, saxa in
subditos deijciebāt, vel quęcunq; gene-
ra telorum occurrerant. Caligo infu-
derat omnia, prospectū eripuerat, mē-
tem cōfuderat, ignorantia quoq; exitū
non reperiebat. Vix itaq; subtrahentes
se periculis † vrbis excessere. Vespasia-
nus interea, dum vrget hostem, in in-
teriora vrbis concesserat, mediusq; in-
ter agmina circunfusa hostium, bel-
lum accendebat. Neque enim hosti
terga dare tantum conueniebat vi-
rum, neque tutum putabat. In Syriam
direxerat filium suum Titum, excita-
uit notæ virtutis constantiam, & sese
in arma colligens, consertis clypeis,
cum paucis, quos præsentes habebat,
imperterritus stetit, quasi in quos sese
excuteret considerans: cuius impetum
formidantes Iudæi, minore vi insistere
cœperunt, & metuentes sibi quisq;, la-
xare aciē. Ita Vespasianus hosti aduer-
sus, paulatim gradum retulit, præliān-
tibus sibi magis similis q̃ cedentibus.

† *vrbe Vespasianus medius inter hostium agmina.*

Illic

Illic cum decem primis excidit Butius,

Butio multis probatus bellis.

multis antè bellis probatus, & apud Iudæos notæ vir experiētiæ, & validæ fortitudinis. Centurio quoque cum decem alijs Syris rem egregiam fecit ac memorabilem. Nam in ipso tumultu,

Centurio rem memorabilē fecit.

cùm Romanos vrgeri cerneret, in abdita cuiusdam domus sese cōtulit, atq; ibi inter cœnandum, cùm Iudæi colloquerentur, quæ Romanis machinati forent, nocte intempesta omnes eos interfecit, & cum militibus Ramano sese exercitui repræsentauit.

CAPVT II.

Cōsolatoria Vespasiani oratio.

VEspasianus autem vbi mœstū exercitū animaduertit, plurimorū amissione, & maximè deserti Ducis pudore, quòd eum solùm intra vrbē hostium reliquissent, cū summa eos gratia cōsolabatur, dicēs: Si mei sors periculi verecūdiæ vobis est, nec ego sic ad bellum processerā, vt declinarem pericula, sed †superarē: sin verò, quia & de nostris pleriq; interfecti, nequaquàm mirandum: quādo enim victoria vlla

†vsurparē

sine sanguine est? Habent prelia suos ēuentus. Et si spectata virtus præeminere soleat in bello, solet tamen aliquid licere casibus. Sed prudentis est in aduersis lapsum corrigere, in prosperis moderationem tenere. Contrà autem rudis cuiusdam atque ineruditi ingenij, secundos semper successus præsumere, quasi non aduersum viros certamen sit: Infirmi autem, lapsu aliquo summæ rei diffidere, cùm exiguis momentis subitò inclinentur omnia, quæ in bello geruntur. Iraq; ille præstantissimus, *quæ inter aduersa sobrijs collu-

*quæ

ctatur casibus, & supplantat superiorem: seq; reparare, & corrigere proprias quærit prolapsiones. At verò incuriosi orsuis sæpè motibus cadit, & dū irruit incautus, impetu suo fusus procumbit. Quòd si hoc sæpè accidit, vbi nuda virtus, quantò magis in bello, vbi diuersi generis conserta decernunt agmina, nec vnum consilium, nec consors sententia est? Locus aduersus, difficiles asperitates, iniqua in angusto decernendi conditio plurimis aduersum paucos: cùm & ipsa multitudo sibi oneri

sit, & pauci in pluribus minùs frustrẽtur. Sed hæc ad momentum sæpè obrepunt, quæ non ex virtute veniunt, sed casu accidunt. Vnde nihil est, angere quod vos debeat commilitones: quia non per infirmitatem aliquam manus vestræ, neq; per fortitudinem Iudæorum versæ res, sed difficultas locorum nobis ad victoriam impedimento fuit, illis ad differendum moræ. Neque quicquam est, quod argui possit, nisi inconsultus impetus atq; increditus. Etenim dum ad superiora vrbis illos secuti fuistis, atq; irruistis in domos eorum, ipsi vos periculis implicauistis. Quorum successistis hospitia, suscepistis pericula. Tenebatis vrbẽ, quis vos coëgit introrsus pergere? Descendere ad vos hostis debuit, non vos intemperantes ad victoriam, immemores vitæ ac salutis contendere. Reparate ergo animos, & de virtutibus vestris non solùm ad cõsolationem, sed etiam, quod est amplius, vindictam præsumite: me certè habebitis præuium pugnæ. Estote parati* armis, animis, pericula vos for-

*parati, non habet edd.

tes fecerint, non timidiores: facile est

est iniuriam soluere, si virtus se recognoscat.

CAPVT III.

HIs dictis accendit militum fortitudinem, quibus reparãtibus vallum, pleriq; per prærupta subtraxêre se obsidioni. Nam iam & alimoniæ inopia incessebat, & * infracta muri cessura machinis arbitrabantur. Vnus deinde fons intra vrbem, & ipse muris proximus erat, quæ res eos in summo timore posuit, vt frequentissimi dilaberentur. Qui verò permanendum putarunt, pertinaciter præliabantur. Interà Romani turrem altissimam suffodientes, vi maxima subruerũt. Quo casu concussa ciuitas, pertutbati omnes totius vrbis pauentes ruinas. Vnde & Chares ex-animatus sonitus exanimatus, mortem impleuit. Romani tamen patefacta vrbe, ingressu abstinuêre, donec Titus* ingressus est, qui dolore paterni periculi excitus, cum paucis in vrbem irruit, & maximam Iudæis cladem inuexit. *Tantùm qui in superioribus erat, saxa voluẽtes,

*intacta

Chares exanimatus sonitus terrore.

*regressus Titus vrbẽ ingreditur

*Tamen

accessu prohibebant Romanos: Spicula torquebant, sagittas iaculabantur. A Iudæis impulsa facilè in pronum saxa deuoluebãtur, missilia perueniebant, descendebant sagittæ non sine eorum periculo, quos offenderant. Romanis aduersum editiora montis iactus inefficax, conatus irritus, atq; ipsis periculosus: cùm subitò orta venti procella, Iudæorum retorquebat sagittas, repellebat spicula. Quæ verò Romanus exercitus iaculabatur in hostem, *ferebat: ita elementorum ipsorum repagulis, & ventorum turbinibus oppressi, supremo excidio captę vrbis vniuersi, quicunque illic reperti sunt, interiêre. Quatuor tantùm millia à Romanis interfecta, quinque millia præcipitio perijsse accepimus, nulli ætati venia data.

*ferebantur

CAPVT IIII.

GIscala adhuc sola de partibus Galilęę in se hostem non cõuerterat, quoniam incolarum eius quietiora ingenia, vtpote plebs agrestis, contenta suis fructibus, nihil belli conferebant, sed

sed multorum coalitu, qui latrocinio vitam exercerent suam, etiam mitiorum studia prauis moribus corrumpebantur. Erat præterea vir leuis Iohannes nomine indigena, populi lues, do- Iohãnes indigena, populi lues.
lisnulli versutorum secundus, improbitate parem nescius, cui nunquàm defuerat nocendi affectus, aliquandiu tamen fuerat inopia exercendę iniquitatis impedimentum. Quid tamen definiam, haud liquidò scio, vtrùm eum indigentia texerit, an repressérit: doli callidus, fallendi artifex, doctus mendacijs fidem quærere, & crudelitatem compositis asciscere, qui fallaciã virtutem putaret, & elegantiæ duceret, † & † vt charissimos circũueniret: prõptus ad conspirãdum, vehemens ad audendũ, acer ad efficiendum, conturbator in otio, desertor in periculo, assuetus latrocinijs, † bello insolens, † qui cùm persequi nequiret, fereret tamẽ parãdæ cau- † bellorum † quæ sas dominationis. Huic igitur animus inquietus, prõpta audacia, quam processus alebant, opesque ad consociandam perditorum manum. Vndè cùm eius factione, memoratæ vrbis populũ

excitari ad bellum Vespasianus comperisset, ne totum exercitum defatigaret, filium Titum cum mille equitibus direxit: quibus comitatus ad vrbē appropinquauit. Sed vbi muros populo vidit refertos, mirari scait, quòd eorum exemplum sequerentur ad rebellandum, quorū excidio resipiscere debuissent. Esto tamen, vt primò tentamenta habuerint aliquid præsumptionis, quid vniuersorum exitia spei ferrent? Veniabilis certè fuerit in principio spes libertatis: inexorabilis tamen est in vltimis & desperatis rebus perseuerantia. Nam qui non exēplo humanitatis, non sedulo verborum monitu flectuntur, aduersum eos non verba, sed arma necessaria sunt. Muris fiditis quasi aduersum Romanorū virtutem vllos protexerint. Quid aliud possunt clausi præferre, † circunsepti prętendere, nisi quòd in captiuitate audaces sint? Nemini erat loquēdi potestas, occupauerat enim omnem murorū ambitum prædatoria manus: Cauebat Iohānes, ne quis colloquio familiari Romanos inuitaret: Itaque ipse præripuit

Vespasianus Titum filium cū mille equitibus dirigit

† circūsepti

sermo-

sermonis relationem, dicēs: libenter se tractatum susceipere de rebus cōmunibus, nec experiendi vsum declinare, si fortè ipse vtilia suadeat, aut his, quæ referuntur, acquiescendum sit: sed prohiberi se lege patria, cùm superſit hebdomadæ sacræ dies, tractare de pacis cōditionibus. Siquidem vt mouere arma interdictum, ita etiam illicitum cōsulere de pace feriatis diebus. Etenim de negotio verbis saltem decernere, & illis sacrilegium, qui cogerentur, nec illis inultum, qui cogerent: Veniam se vnius diei poscere, dilationē tam exiguā nequaquàm impedimento futurā: Neq; enim circūfuso hoste, effugium clausis liberū, offerri sibi arbitriū pacis, tam æquali optione formidinē obesse: vrgeri se interim nō oportere ad pacis cōsulta, quibus religioni esset cōtra legem patriā non præuaricari: cōuenire autem tam liberali pacis oblationi, vt qui præter spē spontè offerat pacem, ne quis periclitetur, euasuris etiam leges suas reseruet. Hæc sine dolo Titus allegata arbitratus, receptui cecinit: & reuocauit à muris, quos secū deduxerat.

Iohãnes nocte intempesta abscessit.

Ita Iohannes fugiẽdi adeptus copiam, nocte intempesta cum pleriſq; abſceſſit. Sequebantur etiam mulieres proficiſcentem. Sed quò vlteriùs progrediebantur viri, eò plures mulieres vel paruuli relinquebãtur, deſertęq; à ſuis ſpectabant pauidæ viam fœminæ. Et cùm iam viros proprios è conſpectu amitterent, hoſtem adeſſe arbitrabantur, ad omnem trementes ſonum. Si quis cõcurreret, miſerè conuerebãtur ſeſe peti, ſibi catenas inijci trepidantes, quaſi iam præſentes eſſent, qui timebantur. Titus itaq; iuxta conuentum iam ſole infuſo, ad vrbem cum exercitu contẽdit: aperiuntur portæ, egreditur populus cũ exultatione, & Romanos cum lætitia ſuſcipit & alacritate: abeſſe gaudens peſtilẽtem virum, fugiſſe per noctem, ſibi liberam facultatem datam: Orare ſe veniam, ne fraudi ſibi eſſet eius fuga, quẽ tenere ſine ſuo exitio nõ poſſent. Ille dilatione vindictæ conſolatus, conſummati negotij celeritate, ad comprehendendum Iohannem è veſtigio plurimos miſit, ſi fortè cum conſequerentur. Ipſe vrbem ingreſſus, minis

minis magis quàm ſupplicio affeciſſe contentus pacis perturbatores, remiſit omnibus, ne quis vel odio, vel domeſticis excitatus negotijs, innoxios in inuidiam deduceret, & grauiſſimi criminis pulſaret atrocitate: cùm multò tolerabiliùs ſit id, quod incertum eſt, formidini participis conſcientiæ derelinquere, quàm condemnare innoxium. Sæpè enim reum corrigit metus: pœna autem innocentis ſine vllo remedio correctionis eſt. Iohannes itaq; nõ eſt repertus ab his, quos direxerat Titus, ſed reperti, qui ſequebantur eum, paruuli vel mulieres ad duo millia ferè interfecti: tria millia autem infirmę ætatis & ſexus, vbi ſatietas necandi facta, captiuitati adiudicati ſunt. Cuſtodiam militarem ciuitati impartiuit. Itaq; Galilæa omnis in poteſtatem Romanam deducta. Nam & Thabirius mons, cuius altitudo triginta ſtadiorũ, vertex autem ipſe campeſtris viginti & tribus ſtadijs iacet, penuria aquæ ab alijs deſertus, ab alijs orata venia Romanis traditus: licèt virtute quoque & induſtria Placidi, cui id negotij à Veſpa-

siano commissum fuerat, omnis conuenarum turba, dum cedentem sequitur, & arte reuocantem gradum perurgeret, campi medio circumfusa, refugium amiserit, pestem inuenerit.

CAPVT V.

Adoritur ea, quæ Hierosolymis gesta sunt.

HActenùs circumuagari licuerit, dum tēpli sancti à Maioribus cōditi, & sacræ legis contagia refugientes, circa alias vrbes stilum occupamus: sed tempus est iam, vt quæ Hierosolymis gesta sunt, adoriamur, non ingenio freti, sed ne patriæ legi veteriq; cultui, nostri'doloris videamur negasse ministerium: fuerit in illis licet vmbra, non veritas, sed tamen vmbra designat veritatis vestigia. Habet enim picturæ liniamenta vmbra, fulgorem non habet, nec ad summam perfecta est manum, sed diligenter intuentibus futura exprimit: & ideò minùs delectat figura, plùs illicit gratia. Vnde placuit rerum arbitro abolere vetera, noua condere: vt veritatem sequerentur, qui per anguſtias infidelitatis imagines non sequebantur.

CA-

CAPVT VI.

FVgiens (vt suprà diximus) de Galilææ partibus Iohannes, ad Hierosolymitanā vrbem se contulit, & quasi quędam pestis inficit animos plurium, qui ex diuersis regionibus Principes flagitiorum eò quasi in sentinam cōfluxerāt. Hoc enim illi vrbi maioris causa excidij fuit, quia quod sceleribus suis deferebant perditi, vt eò conuenirent plerique, vbi vel tutiores se fore crederent, vel insolentiores ad flagitia coaceruanda fidei deferre æstimabantur. Recipiebantur itaque passim, quasi pio templi amore defensum venirent. Hęc prima labes malorum: Hinc oppressa est paucorum mansuetudo per plurimorum insolentiam: hinc itum in cędes, cùm minùs parceret alienus: hinc conspiratum, vt legis solennia negligerentur, sacerdotia à bonis ad improbos deriuarentur, quòd hominibus non solùm à pio cultu, sed ab ipsa legis cognitione peregrinis, quòd sanctum esset, ignorabatur. Vincti sunt primò Regali genere viri,

qui

qui resistebant, quo cæteri metu cederent: deinde necati, & vt flagitium velaretur, quos sine iudicio peremerant, missis in carcerem sicarijs, eosq; afficto crimine proditionis interemptos, mentiebantur. Pertracti itaque vniuersi metu, quòd homines potentes atque innoxij Antipas, Lebias, & Phoras tam facilè oppressi forent, quòd nec iam audebant resistere. Hinc eò processum, vt ignobiles atque indignos substituerent Sacerdotũ Principes: vt quibus nulla emerẽdi honoris gratia suffragrabatur, ij contra meritum suum adepti sacerdotia, ad omne nefas conferentium arbitria subijcerentur: sed cùm obuiarẽt sacerdotales viri, & maximè Ananus cęteris senior, ne per gratiam donaretur summi nominis prærogatiua, sortitò creari Principem Sacerdotem expetũt, in quo nihil gratiæ, sed diuino iudicio committi sortis euentus æstimaretur: & reuera prætẽdebant veterẽ consuetudinem, qua substituẽdos in sacerdotij principatũ mos erat ad sortẽ vocari: euidenter autẽ solutionem legis operabãtur. Cùm enim lex

lex sacerdotalis successionis viros ad sortem legeret, illi ad speciẽ de sacerdotalibus tribubus vnũ * (Enachũ nomine) præsentem statuũt, & ad sortem agi præcipiunt. Tunc Phanis quidã sorte exijt, filius Samuelis incanus vir, cui non modò per Principes Sacerdotum ducta successio nulla suppeditaret, sed ne vlla quidem scientia muneris sacerdotalis, eò quòd ruri vacaret: & ideo, quòd esset Princeps Sacerdotum, incognitum habebat. Denique attracto ex agris, & reluctanti quasi in scena * alia persona imponitur, induitur quoque sacratum veteri more amictum vestium. Docetur in tempore, quid eum facere oporteret. Ita sortis euentu exposita est nequitia seditiosorum, vt ad imperitum & agrestem tanti sacerdotij functio deduceretur. Sed illis ludibrio erat circumscriptio veteris solennitatis, Sacerdotibus dolori: qui irrideri legem à perditis flentes ingemiscebant. Ipsi tamen freti pietatis autoritate, & bonorum indignatione congregãt se, & super perturbatores irruũt. At illi cùm & causæ & numero diffiderent, ad

*Eniachim

Phanis agrestis in Sacerdotẽ constituitur

*aliena

ad templum quasi in arcem confugiẽtes, velut castrum quoddam sibi cõstituerunt, ad repellendam irruentis populi multitudinem: ac primò ante fores templi, atque in ipso vestibulo siti, aduersum populum præliabantur: si quis vulneratus fuerat, interiora templi petebat, illic sanguinem suum fundens interno limini, & cruenta pauimentis saucios fora detergens hulcera, fibrasq; patentis vulneris, vestibus his, quas non liceret illis contingere, fouebantur. Bellum erat intra vrbem, bellum inter ciues, bellum ante tẽplum: ne hoc quidem reueriti latrones, cùm à populo instãtiùs perurgerentur, intra ipsum tẽplum sese receperũt, & clausere ilicò fores: Quo obiectu reuocatus est Ananus, ne videretur bellum tẽplo inferre, & sacratas religione maiorum perrũpere fores tẽpli, reflexit impetum plebis, & sex millia virorum in porticibus constituit, qui muniti armis prętenderent, solicitam adhibentes custodiam. Paulatim tamẽ molliuit animũ, vt paci cõsuleretur, eo studio maximè, ne tẽplum sanguis ciuiũ cõtaminaret:

Vndique bellum.

Reuocatur Ananus.

suade-

suaderet quoq; mittendã legationem, pacis sequestrã, vt bellũ intestinũ deponeretur. Ascisciturr Iohãnes ad exequẽdam legationẽ, suspectæ fidei vir, & affectandæ potentiæ succensus cupidita-te, sacramẽtum petitur, non abnuit, ne damnũ periurij pateretur, si negasset. Simulabat se plebi fauere, vt circũscriberet. Quid plura? Pergit, de pace pauca præmittit, plura subtexit ad belli incentiuũ: dicens nomine pacis*bellum inuolutũ, latere insidias, Ananum Romanis vrbem tradere, quò solennitas veterum dissolueretur, legis abrogarẽdi: atq; inuidiam in Principem Sacerdotum referens eorum, quæ ipse meditaretur. Callidè etiam, quos sciebat illorum, qui cõcluſi erant, esse præsules & factionis principes, incitabat, parere mortis formidine asserens, quòd ipsis specialiter Ananus exitium compoſuisset: venisse se, vt fraudem manifestaret. Maturè subsidia quærenda, priusquàm ab eis pœna reposceretur. Quid plura? pacis medius bellũ accendit. Eligũtur qui Idumæos ad prælium rogent:

Ascisciturr Iohannes suspectæ fidei vir.

Alias, bellũ inuolutum latere, insidias parauisse Ananũ, Romanũ vrbem & cæt.

rogent: genus mobile, inquietum, insolēs, promptum ad discordias, rerum mutationibus lætum, periculi improuidum, præceps ad prælium. Itaq; sine mora flexi veniunt, congregantur viginti millia virorum, vtpote nullis intenta terrarum cultibus, sed parata latrocinijs. Nec latere potuit Ananum aduentus Idumęorum. Deniq; portam claudi iubet, ne cū tumultu ingrederentur: sed si fieri posset, veritatem cognoscerent, bello renunciarent.

CAPVT VIII.

Ascendentes itaq; Principes Sacerdotum murum, Idumæos de turre alloquebantur: maximo esse miraculo sibi, quòd tam citò irretiti mēdacijs, causas, quas nondum cognouerāt, armis persequerentur: cùm oportuerit eos priùs disceptatores esse negotiorum, quàm bellorum prælatores: & præ cæteris merita cognoscere, quàm arma sumere: & arma aduersū viros sui generis, sui cultus, suę solēnitatis, nullis ampliùs irrogatū iniurię quàm Idumæis

mæis, qui ad societatem flagitiorū tam grauium concitarentur. Quid enim aliud ab his, nisi parricidium aduersum ciues, sacrilegium aduersus templū deposceretur? Non solere diuersa inter se studia, diuersosq; mores conuenire. Similitudo enim morum facit volū- *Similitudo morum.*
tatum societatem, & cognata studia sibi nectit. Nequissimos homines, qui latrocinio sumptū exercerent suum, arrogasse sibi, vt Idumæos sibi socios accersirent: tantum abhorrentes ab eorū proposito, à quibus rogarentur, vt illi patriæ suæ bellum intulerint, vos verò obsecrauerint, quasi alienam vrbem defensum venire. Nihil vobis cōmune innoxijs cum prædonibus: nihil commune sobrijs cum se inebriantibus: Vtinamq; vini esset illa ebrietas, & non furoris. Qui vbi se flagitijs ingurgitarunt, dissipando proprias successiones, diripiunt aliena, & malè parta nequiùs dissipant, deteriùs effundunt. Nullus rapiendi finis, quia nullus abliguriendi modus. Vbi se vino infuderint, & impleuerint ebrietate, publicorum eructant crapulam negotiorum, vt no-

stro rursus sanguine inebriẽtur, & sanctæ illudant religioni, quæ vobis semper veneration atq; reuerentiæ †fuit affuit. Fugite igitur cœtus parricidales, & ausus sacrilegos destituite, deserite latronum conciliabula. Vocati estis ad consortium sceleris, venitis ad remedium patriæ. Videmus ornatissimum populum, quem venire decuit publico rogatum consilio, vt vrbi Iudæorum præstantissimæ (quæ totius gentis metropolis habeatur) aduersum hostes auxilio foret. Sed etsi nos defuimus petitioni, dum pacem sperauimus, & fatigare vos †properè voluimus, qui excitatoribus belli pacem offerebamus: tamen vos quasi diuino arbitrio veneritis, cõsulite in medium, & exhibete partis vtriusq; arbitros: Quærite vnde cœperunt exordia tumultus, qui cecinerint quietæ vrbi classicum, qui effuderint præstantissimorũ ciuium sanguinem, quibus autoribus pœna exacta de indemnatis sit: qui nobis ante Romanos exitio fuerint, aduersum illos bellum parabamus, & hos iam hostes patiebamur: quorũ igitur cum Romanis

†fuit

†præpropere nolui-mus

suspecta gratia, eorum, qui Romanos vindicãt, an eorum, qui Romanos repellũt? Grauiora hęc certè nobis, quàm Romanorum prælia: ab illis enim pro libertate morimur, ab istis quasi pro scelere iugulamur. Simulãtur innoxij criminũ proditionis, & post mortem calumnia componitur: cùm cognitio pœnam præuenire soleat, nõ pœna cognitionem. Quid enim prodest defuncto absolui, cùm iudicio iam nihil debeat? Suscepimus tamen etiam sortem huiusmodi, vt post necem de innocẽtia quæratur: & libenter apud vos quoque causam agimus nostræ defunctorumq; integritatis, q̃ statis armati pro aduersarijs: ita nulla argumenta calũniantibus suppetunt, vt apud vos quoque grauiorẽ causam habeant, qui tam citò credidistis: bonus enim iudex †circumseptũ se esse mendacijs dolet, & eò est fallenti infestior, quàm appetitior: quòd temerè se impulsum, vt falsis crederet, vlciscendum † arbitratur. Igitur nobis integrũ examen †seruate, & colligite veritatem, non ex contexione † vobis verborum, sed ex serie negotiorum. †reseruate

†circumscriptum.

†arbitratur

Primò omnium, cur Romanis prodere-
remus patriam, quos potuimus & non
lacessere & fortè oportuit fieri, vt non
excitaremus vniuersarũ victores gen-
tium: sed hoc non est iam præsentium
partium deliberare. Superioris fuit tẽ-
poris eligere, quid sequeremur: nunc
oportet pro libertate occumbere. Præ-
stat enim pro patria mori. Commo-
fuerit dius* fuit ante bellum pacẽ morti præ-
ferre: Sed quia bellum in ceruicibus,
alijs, cod. vet. non habet multi iam ex fratribus capti, alij neca-
ti, * alijs dolor ex mortuis, gemitus ex
reuinctis: eligenda magis libera mors,
Eligenda magis libera mors, quàm vita captiuitatis. quàm vita captiuitatis. Suppetit tamẽ
morituris, falsi criminis abolere infa-
miam proditionis. Apud vos Idumæi
causam agimus, prodantur conscij, de-
ducantur in medium nuntiorum in-
terpretes: Si tenent, * vindices prodant:
iudices si non tenent, quid accusant, & vanis
insimulãt suspicionibus, quas ipsi sibi
composuerint? non debent arguere,
quod nõ possunt probare. Sed quia ac-
cusare non audẽt, dissipare per vulgus
desiderant: & ideo ad bellũ prosiliũt, ne
in iudiciũ vocentur. In bello enim cõ-
ten-

tentus furor est, in pace veritatis exa-
minatio. Adsumus en primis supplici-
jis, nos spontanei offerimus, si tamen
aliquis accusator prodeat: aut si in po-
pulum inuidia torquetur, quærite dili-
gentiùs, quid cõsilij fuerit in cœtu pu-
blico. Nónne vt bello instructa para-
rentur agmina, aut pro libertate vnus-
quisq; patriam iuuaret? Aduersos ipsos
certè latrones quid deliberatum fue-
rat, nisi vt pax conueniret? Exasperа-
uerat publicam indignationem dolor
singulorũ, innocentũ sanguis, mulie-
rum gemitus, paternorũ statutorũ præ-
uaricatio: increpuit gemitus vniuer-
sorum, quia vnusquisque sibi similia
pertimescebat. Ad indignissimos sa-
cerdotia deferebantur, peti cœperunt
vocibus: illi lapidibus plebem cædere,
telis necare, exarsit publicus dolor: illi
in tẽplo latronum receptacula consti-
tuerunt. Itaq; pacis locus reuerendus e-
tiam gentibus, & domiciliũ sanctitatis
factum est prædonũ conciliabulum, &
quò ex omnibus terrarũ partibus con-
fluebatur ad cultum festæ celebritatis,
ibi nũc stabula quædam ferarum sunt,

humano cruore madentia: licet nobis hæc quærere, vel armatis sine lege belli. Tamen fuit plerunq; inter arma iudiciũ, & iustitia deposuit belli instrumenta, cõpescuit turbas æquitatis sententia. Potestis hæc arma ad defensionem vrbis conuertere, quæ sumpsistis ad euersionem: Licet etiam introire sine armis, audire & percõtari omnia: si quod remissum aduersus hostem reperitis, proditionẽ putare. Quòd si neq; vindices vos, neque arbitros exhibere vultis, quid miramini, si portæ armatis non aperiuntur? Non istę aduersum cognatos, sed aduersus arma clausæ sunt. Bellum deponite, & portæ patebunt.

CAPVT VIII.

HAec vbi sacerdotes locuti sunt, & maximè Iesus cæteris senior post Ananũ, tantùm qui secundo loco fungebatur, indignantibus Idumæis, quòd non continuò vrbe recepti forẽt: Simõ vnus de ducibus Idumæorũ, Minimè (inquit) mirum, si ciues sæuiũt, & clausos tenẽt, qui nationi socię portas clausere, & non patiũtur cõsortes & participes

cipes suos ingredi: nobis de muro loquuntur, & quasi aduersarios muris repellũt, quos amicos habebãt? Quis dubitet, quòd parent suscipere Romanos, & fortè coronare portas, quando illi ingredientur? quæ maior iniuria? Patère nẽpe omnibus hominibus ista ciuitas solet causa cultus & obseruantiæ: nobis solis intercluditur, quasi hostibus, soli abdicamur, soli repellimur. Simulãt se nostrũ petere iudiciũ, quos ne limine quidem dignos vrbis putarunt. Lateant quæ aduersum illos gesserunt, nostræ iniuriæ testes & iudices sumus. Aduertimus quid clausi patiãtur, quando nos arma iubemur deponere: & credibile esse potest, q̃ eorũ expectetur sentẽtia, quorũ suspecta est fides? Festinemus itaque eripere clausos, quibus tẽplum carcer est factum, ne seruentur vsq; ad aduẽtum exercitus Romani, & captiui tradantur Vespasiano. Auferamus à templo obsidionem, custodes deterrimos remoueamus, qui neminẽ vel ad purgandũ aluum egredi sinũt. Si quis introferre cibum clausis desiderat, prohibetur: si quis exire,

ad mortem rapitur: crimen factum est cultus religionis.

CAPVT IX.

*Iesus HAEc audiens cessit *Iohānes, considerans auersa Dei volūtate frustrà sese obniti: quandoquidē domi forisq́; hostilia streperēt agmina, & gemina ex parte ciuitas oppugnaretur. Fremebant Idumæi quòd excluderentur. Machinabantur in tēplo siti, quomodo iungerentur Idumæis: hos angebat metus, ne Idumæi ante effectum abirēt: illis extorquebat pudor propositū regrediendi. Etiam penè obrepserat diffidētia, cùm subitò nocte oritur procella intolerabilis, tempestas atra, fremūt venti, cœlū inhorresc it, vis imbrium multa * infunditur, terribiles chorusc ationes, tonitrua immania, terrarum mugitus, vt solui mundus æstimaretur. Quis crederet plus nocuisse istud intra vrbem positis, quàm extra vrbem degentibus? cùm vtique hi tectis muniti forent, illi obiecti ad imbres: sed amplius terruit iniuriæ metus, quàm ipsa iniuria. Deniq; illi, qui nulla habebant refugia tectorum, clypeis sese tegebant manentes in officio, nec dilabentes: isti circa domos suas quisq; dispersi, locum dederunt, vt ab his, qui intra templum erant, portæ aperirentur: Anceps tamē & diuersa populi sententia: Alij Deum summum indignātem Idumæis, tempestas mouisse arbitrabantur, quòd aduersum participes suos armati venerant: Ananus & profundiora seniorum ingenia, coniectabant Idumæos iniuria sui amplius excitari in sociorum perniciem. Deniq; solicitior ceteris noctibus, Ananus illa nocte non fatigatione corporis, sed animi magis desperatione *solutus, cessit rebus aduersum se fluctuantibus, & militantibus in excidium suum mundi procellis: nec reuisendas putauit custodias, quasi daret autoritatem dilabendi, quò cuique esset sententia. Quam occasionem nacti qui in templum refugerant, surgentes secuerunt vectes portarum. Cooperatus est illis fragor cœli, vt serarum sonus non audiretur, & tumultus egredientiū. Deinde veniētes ad murum, portam, quæ

* effundi-tur

* resolutus

vicina erat Idumæorum cœtibus, re-
ſeruauêre. Vltimus illedies vniuerſo po
pulo fuiſſet, ſi non ad templum priùs
ſinum quàm ad vrbis ſignum dirigẽdum pu-
taſſent. Sed quia metuentes ſibi, qui in-
tra templum clauſi tenebantur, ne co-
gnito ingreſſu Idumæorum, in ipſos
circũfuſæ plebis impetus fieret, vt vin-
dictam morituri expoſcerent, rogaue-
clauſi runt, vt ipſi primitùs cladi eximerẽ-
tur: tunc poſteà liberatis ipſis, & con-
iunctis viribus, in populũ effunderen-
tur. Deflexêre ad eos, qui legatos miſe-
rant oratũ auxilia ſaluti, ſimul vt in-
ſperatæ merces irruptionis, autoribus
eius hoc munere potiſſimùm repende-
retur. Quod vbi proceſſit ex ſententia,
ſimul omnes à templo quaſi quodã ca-
ſtro effuſi, extenta acie quoſcunq; re-
pererant dormientes alios, perterritos
alios, totis cædebant vijs. Nihil prode-
rant preces, nil lachrymæ, nil inſignia
honoris, nullorũ meritorum gratia,
omnes paſſim iugulabantur. Denique
videntes beſtialem in perſequentibus
immanitatem, quòd nulli parceretur,
ipſi ſeſe illaqueabant miſerabiliore
(vt

vt mihi videtur) exitu, quàm ſi ab ho-
ſte perimerentur: quia volũtaria mors
immanitati aſſcribitur, informis la-
quei nodus etiam probro datur. Sed qs
cõſilio locus, vbi tãtus erat metus ſup-
pliciorum, cùm metueret vnuſquiſq;
non mortẽ, ſed cruciatus ante mortẽ,
quibus mors remedio foret? Redũda-
bat † vndiq; ſanguis, & maximè circa †vbique
templum: quia ibi cõgregati erant, qui
clauſos cuſtodiebant. Reperta † itaq; il- †denique
lo die cæſorum octo millia quingenti
viri. Inde conuerſi ad vrbem, ſicut gre-
gem quendam pecorum, ita homines,
quoſcunq; obuios habuêre, interime-
bant. Erat miſerabile ſpectaculum, in-
tra vrbem omnibus antè reuerendam,
bellum geri, perniciem iniuſtam pau-
peribus ac debilibus inferri. Sanè iuue-
nes ac validiores in carcerem retrude-
bantur, quos factioni idoneos arbitra-
bantur, ſed magna virtute pleriq; om-
nia ſupplicia malebãt ſubire, q̃ vt perdi
tis ſociarẽtur. Nec modꝰ erat vllus, nec
pudor: ita furebat rabies immanitatis.
Poſt vbi defurere viſi, proceſſu tẽporis cau
ſas ſibi ſimulare cœperũt perimẽdorũ,

quò,

quò ad iudicia reos ducerent, non vt requireretur iustitia, sed vt crudelitas excitaretur.

CAPVT X.

Zacharias

ERat in ciuitate Zacharias, qui odisset improbos, nec se misceret flagitiosis, diues opum, quarũ illi abundantiam, vel ad dissoluẽdam factionem suam efficacem opinabantur, vel ad prædam sibi huberem: hunc proditionis crimine †accersendum putarũt. At ille ab huiusmodi integer conscientia, adesse sibi cœpit cum libertate, vt non solùm dilueret obiecta, verumetiam reos ipsos maximorum adstrueret flagitiorum: apud septuaginta viros dicebatur negotium. Absoluunt omnes, quia nihil, quod affine esset sceleri, proferebatur. Verùm illi irruentes, & ipsum præcipitant in profundum, & perturbant iudices, non solùm cum iniuria, sed etiam cum periculo: vt eorum exemplo cæteri in reliquum cauerent, constãtiam in iudicando aduersa eorum volũtate assumere. Rursus tamen ne quis absolueretur, ipsi

†arcessendum

irarum suarum exequutores, quos libitum erat, sine iudicio necabant. Cæsus Gorgon vir gratus, & amabilis, Niger Pereites, qui inter propugnatores Iudææ ad tuendam rei summam fuerat electus, bellator vir, vt etiam vulnerum cicatricibus virtutis insignia præferret, rapitur ad mortem: & cùm se extra vrbem duci videret, non iam pro vita, sed pro sepultura cœpit rogare. Ac ne huius quidem tam miserabilis petitionis responsum accepit conueniens misericordiæ. Fingebantur calumniæ: Si quis se redimebat, innocẽs erat: qui non offerebat pecuniam, tanquàm reus feriebatur.

Cæsus Gorgõ vir gratus et amabilis.

CAPVT XI.

DVm hæc Hierosolymis aguntur, Vespasianus intereà partes alias gentis Iudææ debellabat: Peruenit ad quæ seditio esset Hierosolymis, quasdam mesticis prælijs neces sibijpsi irrogauissent, quæ supplicia ciuiũ exacta à ciuibus, hortari pleriq;, vt eò pergeret, ne quid triumpho Romano & suæ gloriæ decerperetur. At ille moderatus & pro-

Vespasianus modestus et pacatus vir.

& prouidus vir, qui nõ id quod ex vsu
†estimaret vulgi accommodum †existimaret, sed
quod altiore consilio rei summæ con-
ducere arbitraretur, referre illa suadẽ-
tibus cœpit: Non semper prælijs iuuari
Rempublicã, sed plerũq; etiã armis de-
positis laudẽ parari, & debitum patriæ
solui. Quid interest, quomodõ vinca-
tur hostis, nostróne an suo ferro? nisi
quòd suo sine Romana inuidia pro-
sternitur. Non enim possunt de nobis
queri, cùm seipsi cõsauciauerint: simul
quàm iusta nobis bella mouerint, sig-
nificãt, quãdo nec ipsi sibi parcũt. Vin-
†hanc dictam †haud de cœlo videri, vt furore
insaniant, qui Romanos lacessiuerint.
Fabius Maximus cũctando vicit Annibalem. Sed si quis derogari aliquid gloriæ no-
stræ asserit, cognoscat præpõderare sæpè
remedium cum silẽtio, quàm prælium
cum periculo. Deniq; noster Maximus
cũctando magis fregit Annibalẽ, quàm
præliãdo. Etsi Scipiones subegerunt A-
fricam, tamẽ cõmunis bellorum cum
multis victoria: Maximo soli datum,
quòd cunctãdo restituerit Remp. Plus
itaq; est seruasse Romanum imperium
quàm propagasse. Aequemus tamẽme-
rita

rita virtutum. Nõ minora vtiq; in ipso
bello sapiẽtiæ commenta sunt, quàm
insignia fortitudinis. Pereant ergo suis
armis, nihil laudis diminuitur, & plu-
aliàs laudi deminuitur. rimùm victoriæ nostræ adiungitur. Ne-
sciunt suos seruare, quibus nos parci-
mus. Quid, quòd si imminere cœperi-
mus, fortasse inter se resipiscant, atq; in
gratiam redeant? Quod nõ vereor, sed
aduersus vestrã sentẽtiam profero: aut
si permaneat seditio, videãtur ipsi sese
expugnasse, nihil Romanum egisse ex-
ercitum, manus nostras otiosas fuisse,
victoriam non virtute nostra, sed ho-
stili internecione inter se paratã. Itaq;
hoc prudentiùs consilium, vt absenti-
bus nobis sæuiant in exitium sui, ne
quis putet eos nostris magis, quàm suis
exercitos factionibus. Tunc meliùs ap-
propinquabimus, vbi victor superfue-
rit, qui nostro accedat triumpho. Certè
veniant ad nos, qui fugiunt suos, inue-
niant apud nos salutem sibi, quos suo-
rum pestis exagitauerit.

CAPVT XII.

NEc fefellit opinio Vespasianum:
nã q̃ poterant pretio se redimere,
vt

vt dimitterentur, ad Romanos confugiebant. Repleta erant dilabentiũ strata viarum omnia, omnes semitæ, relaxabantur diuites, pauperes interficiebantur, quibus pecunia deerat ad redemptionem. Multi etiã extra vrbem insidias & latrocinia pertimescebant, & maximè inopes, quibus comitatus deerat. Pari itaq; foris & domi proposito sibi periculo, vtrobique pernicioso. Plerisq; tamẽ patrij spe sepulchri, mors apud suos tolerabilior æstimabatur.

CAPVT XIII.

VBi strage maxima populorũ, metus in omnes sparsus, subditos factioni fecit vniuersos, non contentus communem cum principibus factionis exercere Iohãnes potentiam, tyrannidem affectare cœpit, & parem indignabatur. Destruere itaq; aliorũ statuta, nihil nisi quod libitũ foret, ratum habere, paulatimq; sibi asciscere stipatores, artifex dolo, quos vellet, & fraude circũuenire, obligare pecunia, terrere potẽtia, quib⁹ artib⁹ plurimos sibi associauerat. Rursus non deerant, qui vel periculoso studio seruitium detrectarent, cùm præsertim dominatione assueti, tolerare seruitutem nequirent. Decernebant itaq; in vna vrbe tria genera exitialium calamitatum: tyrannides, bellum, seditio, quarũ vnaquęq; non vnam, sed plurimas vrbes deleret. Ex tribus tamen leuius bellum erat, & iustus hostis tyranno, aut factione tolerabilior videbatur. Accessit his quartum genus sicariorũ, qui occupatam tyrannicis motibus, aut seditionis tumultibus vrbem videntes, vicina omnia populabantur, & asportabant omnia. Mulieres & paruulos, qui laborem itineris, vel sexus vel ætatis infirmitate perpeti non poterant, neci dabant. Septingenti itaq; numero perẽpti, cõuectatum in castella frumẽtum: Irruebant agris, vrbibus, tẽplis, prædas agebant, necandorum occasio non prætermittebatur: agminis specie latrocinium *excitabãt, plures quàm vsus habebat latrocinandi. Latrocinij sæuitia bellum *aceruabant, sine venia deditionis aut susceptionis indulgentia.

Tria genera exitialium calamitatum.

Genus sicariorum.

*exercebant

*acerbabant

CAPVT XIIII.

ROgatur itaque Vespasianus, vt ad remediū veniat, à quo excidium metuebatur. Contendit Gadaram, vbi opulenti plurimi, qui patrimonij sui causa, magis magisq; latronum insidias & incursus pertimescebant, & ideò ad Vespasianum occultè miserant, vt ad se appropinquaret, quò ciuitas à latronibus eruerētur. Affuit exercitus Romanus, quem videntes Gadarenses, confugiendi votum habebant: sed qua via inexitiabile id sibi †afforet, non reperiebant, ne in discedentes insurgeret factio, atq; vniuersos deleret. Non †præterijt tamen legatione Gadarensiū inuitatum Vespasianum, eiusq; legationis consciū, vrpote vrbis primorem, nomine Dolesum, quem capientes interemerūt, atq; vlti iniuriam, egressiq; vrbem, in abdita & munitiora sese contulerūt. Gadara Romanis tradita: cum ingenti plausu susceptus est Vespasianus. Is cōtinuò ad persequendos, qui refugerant, Placidum direxit: ipse reuertit in Cæsaream.

†sic Iosephus

CA-

†forret

†præterijt

CAPVT XV.

PLacidus præmissis quingētis equitibus, fugientes insecutus, coëgit eos in vicum, qui proximus erat, cōcedere: in quo electorum pube iuuenum reperta, audaciam sumpsere, vt insurgerent in Romanos. Quæ res illis cladi fuit. Nam circūfusis equitibus, à vico excluſi, sine vllo cædebantur impedimento. Et dum alij conferti sese reciperent, ante limina portarum trucidabantur. Cæsorum cadaueribus †aggregata moles adæquauerat murorum altitudinem. Romani alios sagittis figebant, alios sauciabant diuersis missilibus: ad postremum castellum expugnauēre, ibiq; omnes, nisi quibus elabendi facultas fuit, interfecti. Alij fugientes, ingētem famam Romanæ virtutis suis sermonibus exaggerabāt, maiora sibi quàm hominum visa corpora, nullam resistendi cuiquam aduersum inuictos fiducia. Vnde perterriti omnes, fugere ilicò, nec solùm vicina & finitima, sed etiā Hiericho vrbs, quę propter incolę multitudinis agmina

†aggerata

ſpem cæterorum fouebat, relinquebatur. Placidus rebus ex ſententia fluentibus, eos quoq; per equites inſectatus, alios confertos, alios palantes ſternit vſq; ad flumen Iordanem: maximum quoq; numerum ad ripam fluminis reperit impeditum tranſitu, quod tunc fortè prędictus amnis imbribus auctus, aut reſolutis niuibus intumuerat. At illi vbi Romanos adeſſe viderunt, parant ſeſe, & ad fluminis oram ſtipant. Neceſſitas intercluſo fugæ ſubſidio, remedium in manus vertit, & impetu facto, multi ſupra pauciores equites arietantur: illi arte nota & veteri militiæ more inter equitātes diſſecare hoſtium cuneum, diſſoluere globos, feſſos vrgere, cedentes ſequi cœpêre: †hinc alij ferro hoſtium, alij ſuo, quòd cōferti in vnum, atq; in ſe reliſi incurrerant, interficiebantur. Alijin flumen ruebant, qui ipſa ſui ruina, & alius alio impliciti demergebantur. Pleriq; etiam æſtimantes, quòd poſſent prætergredi, ſeſe fluuio dabāt. Quos paululū progreſſos ſorbebat gurgitū vis, aut fluminū ictus abripiebat. Et ſi qui natandi vſu ſuper aquas

†sic

aquas proceſſerāt, aut fluētis ſubter labentibus ſe ſuſpēderant, aut arborū ramis impediti, qui fluuio deducebātur, aut ipſis caudicibus oppreſſi, animam ponebant in flumine. Sæpè etiam nandi indoctus, vbi natātem apprehendiſſet, tenebat, vt ipſe pariter euaderet, & aſtrictū brachijs defatigabat, donec vterq; merſus, alter alteri exitio foret. At ſi qui fortè ſecundo amne decurrēs euaſurus ęſtimaretur, †irruebatur ſagittis, ac ſubitò reſupinus, ceſſantibus brachiorum remigijs, interibat. Fuêre etiam, qui natare neſcij, dum expertē doloris mortem requirūt, edito riparum toro, in fluuium ſe excuterent voluntarij: Alijarenoſo ingreſſi littore, merſo veſtigio deprimebantur: plerique etiam ſaxorū teretium lubrico, aut vadoſis offenſi locis, inſtabili fluctuantes gradu, fluentis ſequentibus obruebantur. Cæſa ferro tredecim millia: innumerabilis autem multitudo fluuio cōſumpta, præda ingens de ouium gregibus, & camelorum atque aſinorum & boum parta: quæ licèt ſtrages hominū maxima fuerit, * tum verò maior æſti-

†obruebatur

Cæſa ferro tredecim millia.

†tamen

mabatur, quia nō ſolùm regio omnis repleta erat cadauerib⁹ humanis, (cùm diſperſi ac palantes quibuſcunq; in locis comprehenſi fuerant, interimerentur) verùm etiam vt Iordanis ipſe defunctorum corporibus obſtructus, curſus proprios dirigere nō poſſet. Aſphaltites quoque lacus cruore & viſceribus defunctorum mutaret naturæ ſuæ ſpeciem, in quem omnia, quæcunq; Iordanis attraxerat, inuehebantur. Denique nonaginta duo millia & ducenti illa die Iudæorum periſſe æſtimati, à quingentis tantummodo equitibus, & tribus millibus exercitus pedeſtris. Progreſſus quoque ad vlteriora Placidus, Abilam, & Iuliadem, & Beteſmon, & omnes vicos loci ipſius, vſq; ad Aſphaltitem lacum Romano imperio reſtituit. Scaphis quoq; impoſuit milites, à quibus vniuerſi, qui in lacum memoratum confugerant, extinguerentur.

Nonaginta duo millia et ducẽti Iudæorũ vna die pe rierunt.

CAPVT XVI.

ITaq; & hæc omnia vſque ad Machetuntem recepta: Veſpaſianus tamen tẽpus prælij opperiabatur, quò metropolim totius Iudææ exercitu Romano adoriretur: inter quæ, occupato rebus ſibi creditis, motus noui ex Gallicanis partibus inſinuantur, quòd à Nerone potentes quidam Romanæ militiæ viri deſciuiſſent. Quo cōperto, cupiēs inteſtina bella ac ſummæ rei, totiuſque Rom. imperij periculū, cōfecto in Oriente bellorū tumultu, leuare: vt rerum ſecundarū nuntijs, motus oēs Italiæ vel cōprimeret, vel præueniret: vbi primū ſæua hyems tēperata veris principio, cū maiore parte exercitus de Cæſarea iter mouit. Excepit eū Antipatris nomine ciuitas appellata. Inde procedēs, exurebat vicos, necabat eos, quos reperiebat alienos: ac maximè Idumæis vicina, quæcunq; offenderat, depopulabatur: quòd inquietū genus hominū potiùs bellis, q̃ otio vel quieti amicum foret. Duos quoq; Idumæę vicos *Ligarū & Capartorē, eorūq; incolas cōprehendēs maxima ſtrage labefactauit. Siquidem ſupra decem millia virorum peremit, mille captiuos abduxit, reliquū vulgus expulit, vt ibi cōſtitueret manum ſuorum: qa montana locorū regionis eius

In Io. l. bel. Iud. 5. c. 4. Begabri Capharto phrā legitur.

latrocinijs infestabantur. Ipse cum exercitu Amathunta repetit, quę de aquis calidis vocabulū sumpsit, quòd aquarum vapor Syro sermone Amathus appellari fertur. Thermæ ergo Græcè dicitur, eò quòd calidū fontē habeat intra muros. Deinde per Samariam iuxta Neapolim in Hiericho contendit, vbi occurrit ei Traianus multam manum agens, ex his, qui vltra Iordanē siti Perææ regionis populi, in ditionem Romanam victi reuerterant. Nūtio itaq; aduenientis Romani exercitus, pleriq; ex vrbe Hiericho, quòd eam intutam viderent, in montana Hierosolymitanæ regionis sese contulerant. Residentium turba omnis consumitur. Neque enim difficile fuit vrbē properatò capi, quæ nec naturali fulta esset munimine, & à suis esset dilabentibus deserta ac destituta. Vrbs condita in campo, cui supereminet mons diffusior, & nudus gignentium. Nanque secundum septentrionalem plagam, vsq; ad Scythopolis vrbis terram extenditur, ex parte meridiana vsq; ad regionem Sodomitanam, & Asphaltitis fines diffusus

Amathus ab aquis calidis.

Vrbis descriptio.

sus habetur. Aegrū autem & ieiunum solum, & ideò desertū ab incolis, quòd sine vllo vsu esset cultoribus naturali sterilitate. Aduersus huic mons supra Iordanem, cuius exordium à Iulliade, & plaga septētrionali assurgit: ipse autem prætendit in meridianum vsq; ad Sobaros, Arabiæ Petreæ conterminos, vbi etiam mons est, vsu veterum ferreus nuncupatus. Inter hos duos montes cāpus iacet, quem propter magnitudinem, quòd in multa spatia *dirigatur (veteri vsu) incolæ Magnum appellauerunt, cuius longitudo triginta & ducentorum stadiorum, latitudo centum viginti. Exordium à vico Gennabar, finis vsq; ad Asphaltitem lacum. Iordanis eum * medium intersecat cāpum, nō solùm inoffensa, sed etiā adiuncta gratia viridantibus ripis fluminis alluuione, & succedētibus Asphaltite & Tiberiade vnius fontis, & vtroq; diuersæ qualitatis lacu. Nanq; alterius aquæ sapor salsus, & sterilis vsus, Tiberiadis autem dulcis atq; genitalis. Sanè in diebus æstatis immodicus per spatia campi exæstuat vapor, vnde coalescen-

Mons ferreus.

**porrigatur*

Mons Magnus.

**medius*

Asphaltites & Tiberiadis discrimen.

te vitio nimiæ ſiccitatis, atque humo arido corruptior aër, miſerandas accolis conficit ægritudines. Arida ſunt enim omnia præter oras fluminis. Denique in remotioribus ægreſcit & fructus arborum, ſiquidem & copia huberior, & fructus palmarum opimior eſt, qui ſupra ripas Iordanis fluminis gignitur, alius longè exilior.

CAPVT XVII.

EST etiã iuxta Hiericho vrbem fons abundans, atq; idem huberior, ad potum, pinguior ad irrigãdum, quem Ieſus Naue natione Hebræus, manu validus, primùm gẽti eripuit Chananæorum. Is in principio corruptior habitus, ac ſterilis ad generandum, potantibus & vſui parum ſalubris. Vnde rogatus ab incolis Eliſæus propheta, idemq; Eliæ diſcipulus, & tanto ſucceſſor nequaquàm indignus magiſtro, vt hoſpitalitatis ſuę mercedẽ relinqueret, quos viſitauerat locis, & corruptelã aquarũ leuaret, remediũ dedit, ſicut regnorũ vetus ſcriptura edocet, præcipiens vas fictile cum ſale deferri ſibi, quòd accipiens,

Ieſus Naue.

Eliſæus propheta remediũ dedit aquarum.

piens, deiecit in fontem ſal, & dixit: Sanaui aquas iſtas, & non erit in his moriens, neq; ſterilis ab eis: & ſanatæ ſunt, aquæ ſecundum verbum, inquit, Eliſæi Prophetæ. Ex illa itaque benedicti ſalis infuſione temperatæ aquæ, reſeratáque ora fontis, ſanctificati ſunt aquarũ meatus, vt dulciores potus venarum ſcaturigo effunderet, & omnis illa dulceſceret aquarum amaritudo, huberiores fructus terra daret. Generandæ quoque ſobolis opima ſucceſſio, largam poſteritatis copiam ſubminiſtraret, nec deficeret genitalis aqua: *cùm diuina gratia pro iuſtorum fidelibus ſtudijs, tanti Prophetæ benedictionibus aſpirauiſſet. Conuertit itaq; naturã quarum ad preces Prophetæ cæleſtis oraculi reſultatio, continuoq; ſterilitatem depulit, fœcunditatẽ infudit. Cœpêre illic crebreſcere generationes hominũ, fructus terrarum, ſuccusq; * aquarum, antè iunus & amarus internecare ſolitus ſata, triſtiaq; bibẽtium ora torquere, fertilitatem ſolo, potantibus ſuauitatem infundere, vt ſi breuiter culta cõtingat plus proſit, q̃ vbi diutiùs irrigauerit.

*cùi

*aquarũ, nõ habet manuſcrip.

Et

Est enim noua gratia, vt profectus redundantior sit, vbi vsus minor, & vbi ampliùs quisquam vsus fuerit, ibi minor fructus sit: eoq; plus cæteris fontibus rigat, quia vel exiguum eius abundat ad hubertatem. Deniq; cāpus cum circumiacet septuaginta stadiorum in longitudinem, viginti in latitudinem patēs. In eo mirabilem hortorum gratiam cernas, varia palmarum genera, tantamq; dactilorum dulcedinem, vt mella defluere putes, haud cæteris inferiora. Sunt etiam illic præstantissimi apum fœtus: nec mirum, vbi tam diuersis inhalantes floribus, paradisi suaues fundunt odores. Illic opobalsamū gignitur. Quod ideo cum adiectione significauimus, quia agricolæ cortice tenus virgulas incidunt eas, in quibus balsama gignantur, vt per illas cauernas paulatim distillās humor se colligat. Cauerna autem Græco nomine ὀπή dicitur. Illic cypreū, illic myrobalanum nasci ferunt, & alia istiusmodi, quæ in alijs locis haudquaquàm reperiuntur. Aqua vt cætera fontium, illic tamen præstātior, æstate frigida, hyeme tepens,

Balsama quomodo gignātur

**generantur*

tepens. Aër mollior, vt summa hyeme lineis incolæ exuuijs vtantur indumentorum.

CAPVT XVIII.

Asphaltitis qualitas.

NVnc Asphaltitis lacus qualitatē spectemus. Melius est enim in locorum veterum descriptionibus, vel cæterorum elementorum miraculo, quàm in Iudæorum seditionibus st, lū occupare. Siquidem ista flagitia mentem exasperāt, illa demulcent animū, dum recensentur, & ad veteris historiæ reuocant cognitionem. Nobis autem, quibus incultius ingeniū est, cordi est, patrum ex Aegypto *regredien- *regredientium, vsque in terram repromissionis tium repetere vestigia, vt si cui fortè nostra in manus veniant, nō nostra legat, sed patrum relegat. Dulce est enim inter Maiorum versari habitacula, & veterum dicta factaq; recensere memoria, atque eorum inhærere gratiæ. Sed iam siue naturā, siue qualitatem aquarum exprimamus, ne noster quoque in eo lacu proijciatur stylus, ex quo omnia, *excutia- quæcunque mergenda putaueris, vi tur

uentia

uentia tamen resilire opinio est: & quamuis vehemẽter † allisa, statim excuti. Aqua ipsa amara & sterilis, nihil recipiens generum viuentium. Deniq; neq; pisces, neque assuetas aquis, & lætas mergendi vsu patitur aues. Lucernã accensam ferunt aquis supernatare, sine vlla conuersatione extincto demergi lumine: & quamuis demersum arte, quòd viuat, difficilè in profundo hęrere. Deniq; Vespasianum ferunt præcepisse nandi ignaros, reuinctis manibus in profundum deijci, cosq; omnes ilicò supernatasse, quasi spiritu quodã venti leuatos, & ad superiora vi magna repulsos resilijsse. Multa fabulosa de hoc lacu pleriq; æstimauerunt, quæ nobis inexpertis veritatem rei, promere nũquàm consilium fuit. Mutare etiam ter in die colorem aquæ, & ad radios Solis variè refulgere, non placuit pro vero locare, cùm sit ipsius † aquæ lacus obscurior cæteris aquis, & quasi adustæ præferens similitudinem. Certè si ad radium Solis & ipsa resplendeat, nihil nouũ, & quasi pro miraculo promendum: cùm hoc cõmune sit aquis omni-

Illisa

Miranda hic narrãtur de lacu Asphaltite.

† *aqua*

omnibus. Vagari super aquas bituminis glebas certum est atro liquore, quas scaphis appropinquãtes colligunt, quibus id muneris est: hærere sibi fertur bitumen, vt ferro haud quaquàm, vel alia præacuta metalli specie recidatur. Sanguini sanè cedit mulierũ, quo mẽstrua soluentes leuari feruntur. Cuius attactu vel vrina (vt allegant, quibus experiendi vsus fuit) interrumpi proditur: vtilis autem ad compagem naium fertur, & corporibus hominũ salubris admixta medicamẽtis. Lõgitudo lacus eius vsq; ad Zoaras Arabiæ dirigitur stadijs quingentis octoginta: latitudo stadijs cẽtum quinquaginta, vsque ad vicina Sodomorum, qui quondam huberrimam regionẽ inhabitabant: abundãtem fructibus, distinctam quoq; vrbibus splendidissimis. Nũc autem ea locorum deserta, atque exusta sunt incendio. Nam cùm omnia illis Deus suo contulisset munere, arua frugum feracia, & vineis cæterisque fruĉtuosis arboribus rus consitum, ingrati, nec præ oculis habentes potentiam Dei summi, quasi nõ omnia cerneret,

Bituminis glebæ in aquis natãtes.

Sodomorũ species.

omnia

omnia prospectaret flagitia, nihilque esset, quod illum latere, aut præterire posset: ita intemperantiæ suæ probris miscere vniuersa, ac polluere cœpêre, quibus diuinam traxêre offensam, & pro scelerum pretio de cœlo descendit ignis, qui regionē illā exureret. Quinq; itaque vrbes incensæ, quarum vmbra quædam & species in fauillis videtur. Arsere terræ, ardētaquæ, in quibus cœlestis ignis reliquiæ recognoscuntur, atque adhuc manent. Spectes illic ad speciem poma viridantia, formatos vuarum racemos, vt edendi generent spectantibus cupiditatem: Si carpas, fatiscunt ac resoluuntur in cinerem, fumumque excitant, quasi adhuc ardeant. Hæc propter supplicia impiorū de Sodomitano territorio comperta, silentio obducere non oportuit. His enim decursis, remunerationem pijs fore dubitari non potest.

Quinq; vrbes ex diuina vltione incensæ.

CAPVT XIX.

VEspasianus itaq; proxima quæque Hierosolymitanæ vrbis castella, vel vrbium munimēta, distributo exercitus

ercitus Romani vel sociorum subsidio replebat, vt aduersa sibi omnia cognoscerent, quæ antè conspiratura secum ad bellum contra Romanos gerendum arbitrabantur. Nihilominùs Lucio Annio Geresam destinato, insidijs vrbem cepit: mille etiam iuuenes interfecit, quibus præuentis exempta est fuga. Captiui abducti plurimi, atq; vniuersa eorum patrimonia à militibus inuasa. Præcepto Ducis possessiones, quæ repertæ fuerant, exurebantur, rapinæ exercebantur licentia. Vastabāt Romani mōtana atq; campestria, quibus Hierosolymitana ciuitas circumfusa bello vndique ardebat. Nec feriati erant Hierosolymitani à suorum sensu periculorum, quibus omnes intercluſi erant exitus, ne quis fuga periculo eximeretur. Intùs malum intestinum, foris clausa omnia, neq; manendi voluntas, neque fugiendi erat copia. Et si qui à Romanis veniam transfugio speraverant, à suis egredi prohibebantur.

CAPVT XX.

Ee Regres-

Nero casus 13. imperij sui anno.

REgressus erat Vespasianus in vrbē Cæsareā, vt inde collectis omnibus viribus adoriretur Hierosolymitanæ vrbis obsidionem. Nuntiusq; aduenit cæsum Neronem tertiodecimo exacto imperij sui anno, cùm iam de anno sequenti octauum diem degeret. Dignus ea pœna, qui non solùm fidem sacrilegio, pietatem parricidio, pudicitiam incœsto violauerat, sed ipsam quoq; potestatē Romani imperij, cuius vel officia, vel negotia improbissimis libertorum cōmiserat. Cùm enim ipse nulli fidem seruaret, omnes suspectos habebat: Et ideo nequissimis se Nimphidio & Gemellino præcipuè credendum putauit, quos vilis conditio obnoxios fecerat. Sed & ipsi exemplum crudelitatis eius aliquando *exhorruêre. Et qa charissimos sibi quosq; interemerat, cauendum in se rati, præuenire voluerunt, quod metuebāt. Itaque facta cum cæteris conspiratione, parricidam deserunt. Cui enim parciturus æstimabatur, qui matri nō pepercisset? Desertus ergo ab omnibus suis, fugit ex vrbe cum quatuor libertis suis.

**perhorruēre*

Nero matri non pepercit.

Et

Et cùm se vrgeri imminentibus coniuratis, atq; agmine aduerso videret, in suburbanum rus clanculò concessit: discissus & dilaceratus sentibus, dum formidat à quoquam videri, ne prodereturr: deinde cùm se circumseptum intelligeret, ne graues pœnæ exigerētur, maganū quoddam sibi de ligno parauit, & manibus composuit suis, quo se necaret. Et ad libertos conuersus, qualis (inquit) artifex moritur? *Itaque acerbissimus parricida dignum meritis suis vitæ exitum tulit, vt qui matrem ac suos occiderat, nec sibi parceret. Verè bonus necis suæ artifex, qui commētus est, vt sic periret, ne vel mors suo scelere vacaret.

**Ita*

CAPVT XXI.

FAma itaq; interfecti Neronis præuenerat more ingenij humāni: cui satis est, vbi cupita acceperit, cætera nō requirere, sed statim dissipare, atq; inexploratum in vulgus mittere, quod delectauerit. Nec multò pòst tamē Galbam Rom. imperio pręesse innotuit. Vnde sentētiā noui principis de bello

Galba Rō. præest imperio.

Iudęorum ſciſcitari, Veſpaſiano conſilium fuit, miſitq; Titum filium, & Regem Agrippã. Titus de Achaia reuertit, comperto, quòd etiam Galba ſeptimo mẽſe ac die aſſumptæ poteſtatis exutus inſignibus, pœnas luiſſet in medio vrbis ſinu, id eſt, Romano foro, & Otho potiretur rebus ſecundis, ac ſucceſſu imperiali. Agrippa Romam contendit, vt apud nouum principem locaret gratiam. Tito pluris viſa eſt paternæ pietatis reuerentia, quàm principalis poteſtatis, quòd inconſulto patre ſi †prætenderet, ne ipſi quidem placiturum putaret. Certè exitus docuit, opportunè eum rediſſe ad patrem, rebus nouis, & incertum, quò vergerẽt. Deniq; etiam Veſpaſianus anxius de totius imperij Romani ac patriæ ſtatu, bellũ ſuſpendit, atque *imperium tenuit ſuum, poſthabitis, quæ in Iudæa gerebantur, præ totius ſummæ cura, & pia erga patriam ſolicitudine.

Otho rebꝰ potitur.

†pertenderet

**impetum*

CAPVT XXII.

SEd Iudæa non feriabatur, quæ grauius bellũ inter ſuos, quàm aduerſum

ſum externos gerebat. Nam cùm Iohãnis factio eſſet intolerabilis, inſurrexit præterea Simon, inferior quidẽ morũ improbitate, ſed forma corporis magis fretus ad omne audendũ nefas, & latrocinijs aſſuefactus, ad vſum & tentamentum flagitiorum. Ciuis erat Geraſenus, robuſtus † iuuenis, quem Princeps Sacerdotũ Ananus perculerat propter nequitię cõmenta, pulſumq; eo, quem inhabitabat loco, in alias regiones concedere coẽgit. At ille, cui nullus inter quietos & modeſtos locus, cõtulit ſeſe ad conſortia latronum, ipſis quoq; in principio ſuſpectus, ne eos factione circũueniret, facilè poſteà morũ ſe infudit ſocietate. Populabatur cum hiſca, quæ eſſent finitima munitionibus, quòd illi vlteriora petere non prę ſumebant, ſed quaſi in foueis latitantes, inſidiabantur prætermeantibus, ſi-ne vllo excurſu, quaſi domeſtico latrocinio cõtenti. Id Simon animi immodicus tolerare diu nequiuit, breuiq; ſibi multorum quæſiuit manum, pollicens ſeruis libertatem, liberis præmia, perditis remunerationem. Ita con-

Simon.

† iuuenta Geraſenus, ciuis.

Ioſe. l. 5. bel. Iud. cap. 7. hãc hiſtoriã ad lõgum proſequitur, vbi vicũ, quẽ hic Egeſippus Aiacis, ille Aim appellat.

fluentibus plurimis ad deprædandi licentiam, expugnare munitiones, occupare vrbium populos ausus, terribilis omnibus erat, receptaculum sibi in vico, cui nomen Aiacis murus, parauit. Iamq; viginti millibus armatorum sti patus incedebat, cùm subitò metuentes Hierosolymitani quotidianos eius p. cessus, & aduersum se futuros rati, si diutiùs adoleuissent, succidendos putarunt, repentinoque excursu armati Simonem adoriuntur. Nec ille incautus atque imparatus insidijs patuit, sed excepit aduenientes, & plerosque fudit, alios coëgit in vrbem sese recipere bello fugatos.

CAPVT XXIII.

IDumæis quoque congressus æqualis recessit, & quasi victus, quia non vicerat angebatur. Rursus cùm congrediẽdum foret, commodius arbitratus dolo experiri, reperit spontaneũ fraudis ministrũ. Nam vbi intellectum est, quid iste affectaret, Iacob⁹ vnus ex principibus Idumæorũ, vafer & callidus ad huiusmodi negotia, venit ad Simonẽ clanculò,

Iacobus vnus ex principibus Idumæorũ vafer & callidus.

clãculò, & obtulit patriæ suæ proditionem, vt fidem daret, quòd vniuersos Idumæos circũueniret, postulataq; mercede futuræ societatis: quo potitus & apud eum fidissimus foret, pollicetur vniuersorum proditionem, cõiuio fœderata gratia, promissisq; ingẽtibus Simonis firmata inter vtrunque est pactio. Vbi ad suos reuertit Iacobus, iactare primò paucioribus cœpit, exploratum processisse vires aduersariorum, vidisse valĩdam manũ, expertos belli viros, multitudinem maximam, & bello insuperabilem: *Inferre paulatim sermonẽ istiusmodi principibus. Postremò infundere *per numeros ipsum Simonem admodum strenuum, qui regio more exercitum instituisset, ordines seruaret, numeros distributos haberet, ductores idoneos præfecisset, consulere sibi idumæos oportere, vt talem virum amicum potiùs quàm hostem experirentur. Certè si in congressu superiorem viderent, cederent sine periculo, cauerent prælium. Vbi plurimorum inclinata in sententiam suam studia cognouit, edocto Simone

*inferret

*per vniuersos

vt in aciem prodiret, ſecurus futuræ diſperſionis Iudæorum: ille non diſtulit, hic velut anteſignanus cum ſuis, & quaſi ad præliandum promptior; vbi ferentarijs tentatum prælium vidit, priuſquàm in manus veniretur, conuerſo equo fugæ dedit ſe: idem ſui fecêre. Ita conuertit, diſperſitq; acies vniuerſas, & victoriam Simoni ſine certamine belli tradidit. Simon verò potitus tantæ gentis triumpho, inſolentior in cæteros factus, Chebrõ vetuſtam vrbem, celebrem populis, opũ diuitem, ante expectatum cepit, multamque in ea prædam reperit, diripuit fructus huberrimos. Fertur enim antiquiſſima, non ſolùm Paleſtinæ vrbium ciuitas, ſed etiam omnium, quæ ſunt in Aegypto à vetuſtis condita: vt etiam Memphim, quę antiquiſſima habetur, poſteriorem pleriq; exiſtimẽt. Fuêre etiam, qui habitaſſe in ea patrem Abrahã dixerunt, poſteaquàm de Meſopotamia Syriæ profectus, Aegyptum petijt, filioſq; eius illic ſepulchrum habere pulcherrimo extructum marmore, & opere elegantiſſimo, ſeptimo à ciuitate

Chebron vrbs vetuſta & celebris.

Memphis.

ſtadio,

ſtadio. Terebinthus illic magna arbor à conſtitutione mundi fuiſſe aſſeuerabatur. Nunc tamẽ, vtrùm adhuc maneat, incertum nobis eſt. Inde progrediens, vaſtabat territoria, expugnabat vrbes, cõgregabat populos, quadraginta millibus armatorum ſtipatus, exinanibat omnia, quocunque vel quaſi amicus & ſocius acceſſerat. Quis enim locus tantorum ſuppeteret alimentis? Solo pedum veſtigio in modum pauimenti proterebantur vniuerſa, in quibus tantus conſtiterat numerus præliatorum. Nec ſolùm quicunque erat fructus auferebatur, quaſi quibuſdam *exeſa loculis, ſed etiam in poſterum protrita humus fructus negabat. Terrebat Iohannem, quòd Simonis augebatur potentia, & totius factionis ſocij quatiebantur. Volebant perditum, ſed bello non audebant laceſſere. Iterũ inſidias parant, & obſidentes itinera, vxorẽ eius cum omni comitatu mulierbri, & paucis virorum proſecutoribus rapiũt iactabant ſe, quaſi omnem confeciſſent victoriam, ac velut ipſum Simonem captum tenerent, ſupplicaturum ſibi

Terebinthus à cõſtitutione mundi.

*exeſum

arbitrabantur. At ille durus, immitis, qui nullius affectu commoueretur, nihil sanctum charumúe haberet, inflāmatur quasi accepta iniuria potiùs, q̃ crepta gratia, multoq́; sæuior †grauiorq́; grauibus excruciabat, quos reperiebat, tormentis. Plerisque manus incidebat, quos ad hostem truncato corpore† remittebat, vt eius annunciarēt crudelitatē, insinuarent minari, quòd muros subuerteret, vrbem excideret, nisi sibi ocyùs vxor propria restitueretur. Similiter manus & viscera truncaturum omnibus, qui intra vrbem degerent, nisi maturè consuluissent. Ita perterrefacti, vxorem eius ad eum dirigunt: quo mitigatus furor eius, aliquantùm requiescendi copiam clausis dedit, vt non vrgeret obsidionem ciuilem.

†grauiorq́; non est in manuscri. †dimittebat

CAPVT XXIIII.

NEc solùm Galba interfecto, sed etiam Othone extincto, Vitellij ducibus congredientibus, quē Gallicanus exercitus creauerat Imperatorem. Et primo quidem certamine superior Otho visus est: repetito post diem prælio, cùm comperisset Otho Valenti & Cecinnę Vitellij comitibus victoriam cessisse, plurimos quoq; suorum interfectos, Brixiæ positus, voluntaria nece eripuit se ludibrio, duobus diebus & tribus tantùm mensibus rerum potitus. Victor itaque Vitellius, cum eo, qui vtrinque superfuerat exercitu, Romam contendit.

CAPVT XXV.

VEspasianus tunc temporis profectus ex vrbe Cæsarea, vastabat Iudæam, montana omnia finitima & munitiones debellabat. Interficiebat resistentes, precantibus impertiebat veniam salutis: Fugabat aduersarios, constituebat suos. Cerealis quoque Dux Romani exercitus cum equitatu percurrebat omnia, extinguebat alios, alios subijciebat: Captiuorum cogebat agmina, omnia circa Hierosolymam exurebantur, ne vllum Iudæis esset perfugium. Sic intercluſi ante obsidionem vniuersi Iudæis exitus. At illi non solùm non consulebant sibi, sed

Vespas. deuastat Iudæam.

Cerealis dux Rom. exercitus.

sed etiam domestico inter se decernebant certamine: Iohannes interior tyrannus, Simon extramuranus hostis: qui recepta vxore, paulisper excurrens, Idumęam depopulatus, validior redit, & Hierosolymitanæ muros vrbis armis circumsonabat. Iohānes intùs positus, suos ad bellū vitijs exercebat, data criminum autoritate. Feruebāt studia rapinarum, probrorū cupiditates, luxuriæ effusiones, vnguētorum odores, calamistris crispabant capillos, stibio oculos depingebāt, muliebrem amictum *induebant. Nec solùm ornatus fœminarum, sed etiam muliebris mollitia affectabatur, & illicitarum libidinum passiones, viri muliebria exercere, effœminare vocem, & fluxu corporis sexum dissoluere, pascere comam, vultum dealbare, pumicare genas, vellicare barbulam, & in hac dissolutione sæuitiam crudelitatis exercere intolerabilem. Deniq; fracto gressu incedebant, & subitò momentanei bellatores reconditos sub conchyliatis chlamydibus gladios occultantes, cùm repentè nudassent, quæcunq; repererant, diloricabant. Qui Simonem euaserat, à Iohanne interficiebatur, si se intra vrbē recepisset, qui Iohannem fugerat, captus à Simone ante muros immolabatur. Erat dissentio grauis. Idumæi quærebant tyrannidem Iohannis extinguere: inuidebant eius potentiæ, & oderant eius crudelitatem. Congrediuntur aduersum satellites tyrannidis, auertunt eos, insectantur eos vsque ad aulam Regiam, quam condiderat genere proxima Regis Adiabeni: irruunt exclusis propugnatoribus, templumq; occupāt, diripientes spolia tyrannidis, quoniam illic Iohannes opum suarum condiderat receptaculū. Grauis incesserat metus, ne per noctē Idumęi de templo vrbem ingressi, ferro plebem interimerent, incendio vrbem delerent. Quo metu territi, de cōsilij sententia, dum vnum tyrannum ferre nequeunt, alterum introduxêre. Et Iohannes fraude irrepserat in tyrānidem. Hic Simon rogatus, quasi remedium salutis daret, dominatum inuexit ciuibus, vrbi tyrannum. Missus est Matthias Princeps Sacerdotum, vt

*induebātur Hierosolymitani vitijs exercētur enormibus.

eius

eius ingressum obsecraret. At ille superbè satis dominari abnuit, & quasi grauaretur, concessit ambitus, vt se in vrbem cum omni sua virtute infunderet. Aperuêre portas manibus suis, vt pernicioſiorem introducerēt, cùm infirmiorem execrarentur. Itaq; Simon ex sententia ingressus, æquè se hostem exhibebat vniuersis: vt & illos, qui vocauerant, & illos, aduersum quos eius auxilium postulatum fuerat, communi omnes odio persequeretur. † Vrgebat Iohannes fraudibus suis, fluctuabat ciuitas. Certamen erat inter Iohannem & Simonem, quis amplius suis noceret.

Matthias princeps Sacerdotū.

†Vrgebatur.

CAPVT XXVI.

SVb ea tempestate conualuit rumor ciuilium bellorū in exercitu Romano, de Galbæ & Othonis nece manifestatus, & imperio Vitellij, qui nequior superioribus, quasi fex resedisset. Conferre secū veteris militiæ viri cœpêre, & indignè ferre, tantùm vsurpare Prætorianas Romæ legiones, vt cùm iam bellorum desueuissent experiri pericula, nomina ignorarēt gentium, quæ

quæ bellum mouerent. Ipsæ tamen statuerent bellis Imperatorem: & in sua manu rerum Romanarum legendum arbitrum † constituerunt. Deinde huiusmodi exemplo in Gallia positos milites aspirauisse, vt Vitellio imperium darent, inconsulto Senatu & populo Romano, se interea quasi mercenarios haberi, qui aliena arbitria sequerentur: primos ad periculum, ad honorem vltimos, tanto tempore bellum gerere, triumphis quotidiè crescētibus & ab inferioribus dominos accipere, & ne eos quidem vtiles, sed vel ignauissimos quosque, vel ventri deditos, & turpitudini, pergendum obuiā & remouendam iniuriam. Esse sibi virum strenuum Vespasianum, quem legi decuerit ab omnibus Imperatorem, qui maturum ad consulendum, validiorem iunioribus ad præliandū, properandum maturiùs, ne priùs ab alijs eligeretur: & his, cū quibus in militia cōsenuerit, triūphando esset despectui. Quando opportunius tempus, quo digna merces laboribus eius rependeretur? Vitellianam voraginē priuatorū dede-

†constituūt

dedecus (nõ dicam Imperatorum) non diutiùs hoc toleraturum Senatum, nõ populum Romanum, vt opprobrium vinolẽtorum diutiùs in culmine maneat imperij, * cuius res Romana ad sumptum non suppetat. Quis enim ferat tyrannum regnare, cùm habeat in exercitu dignum Romani imperij gubernatorem? Quæ verò gentes luxui se subijciãt, & vitijs dedant, cùm belli incentiuum sit ignauia Imperatoris, & contrà firmitudo pacis, in hostẽ virtus, sobrietas in Reipublicæ moderatore? Quis non suspiciat in Vespasiano adhuc priuato regni decus, & Romani imperij autoritatem, cui tot militares numeri præstò sunt, & omnis Romani exercitus, validior manus? Quid expectamus? An vt nostris fultus virtutibus, alijs debeat, quòd Imperator est, & nos alijs cedamus, quod in iure nostræ potestatis est? Certè si honorare nolumus, non derogemus. Nec faciamus hanc iniuriam, vt nostro iudicio repudietur, quasi indignus imperio, quo dignus habetur Vitellius. Postremò cùm in Italia sint frater eius & filius Domitianus

* cui

ignauia imperatris est incẽtiuum belli.

Domitianus Vespasiani fratris filius.

tianus, verendum profectò est, ne qui suis ornamẽto esse iamdudum debuit sit periculo: aut si illi, vt arbitramur, tyrannum vrgere cœperint, huic fraudi sit, quòd & frater & filius rebellauerint, & incipiamus reũ spectare, quem videre noluimus imperatorem. His secum milites vociferantes, adoriuntur Vespasianum, rogant vt Romani imperij suscipiat gubernaculum. Ille autem abnuere ac se indignum dicere, esse iam constitutum imperatorem; refugiendum ciuile bellum: Illi instare promptiùs, ille resistere perseuerãtiùs. Postremò reluctantem armati circũsistunt gladijs mortem minantes, qui aduerterẽt sibi crimen manere, & graue periculum si refugisset: ita cessit potiùs imprimentibus, quàm recepit voluntarius, quod ambire alij solent. Vrgebant milites, suadebant Duces: cũram priùs quàm honorem induit, festinauit in Aegyptum, sciebat enim maximas vires illic esse Romanæ Reipub: vnde alimonia ministraretur, subsidium sibi quærendum, si vinceret: aut refugium Vitellio, si trahẽdum diutiùs

Vespasi inuitus suscipit gubernaculum quod ambire solent alij.

bellum putaret. Esse etiam illic duos ordines militarium virorum, quos sibi adiungere properauit, vt vrbs maxima, & plurimis naturæ munimentis circundata, in suo potiùs iure, quàm in alieno maneret, ad vtrunque belli euentum satis vtilis. Ideoque de locorum situ, ac potissimùm de ipsa vrbe metropolitana, vel paucis dicendum rati.

CAPVT XXVII.

De situ Alexandriæ. VRbem Alexandriam condidit Alexander, cui ob virtutũ inditum magni ducis cognomentum. Ea inter Aegyptum & mare quasi claustrũ interiacet, ciuitas importuosa vt ferè pleræq; Aegypti, & ab externo difficilis accessu, cùm sit in remotioribus Asię partibus iacens. In Europa, qua ipsa *Aegypti aridis Libyæ cõterminat, meridiana autem eius superiora, quæ disterminant ab Aethiopibus Sienen, & innauigabiles Nili fluminis cataractas. Ab oriente refunditur mare rubrũ, Clitro tenus, qui locus extremis vltimus terris, peruium ad Indos aperit iter nauigaturis. Septa igitur ex vna parte feruẽtibus

*Aegyptus

tibus incendijs Solis, Indico inde atq; hinc Aegyptio mari, vno tantùm muro septentrionali innititur terrę, quod ducit in Syriam. Cætera intercluſa vndique, & naturæ subsidio vallata: diuiduum tamen septentrionalis plagę †eiusdem dem munimentum, & gemino quodam limine patens, quo vel peregrinæ ad eam per maria † Aegyptum deuehũtur copię, vel liberior ad terras vsus diffunditur. Terra iacet in infinitũ modum. Nam inter Sienen & Pelusium longitudo †vniuersa stadiorum duum †immensa milliũ, si fides assertis adest, & ab Plinthine, vsque Pelusium stadiorum item trium millium sexcentorum: inassueta imbribus regio, nec tamen pluuiarum indiga, cui Nili irrigua sponta- *Aegyptus* neos imbres ministrant. Vtrinq; ei Ni- *inassueta* luseſt, cœli hubertas, terrę fœcunditas, *imbribus* arua tẽperat, solum opimat, nautis & *regio.* agricolis iuxtà vsui: hi nauigãt, illi serunt: isti circumuehuntur per sua rura nauigijs, illi excolunt sine aratro serẽtes, viãtes sine carpẽto. Distinctã cernas fluentis, & quasi quibusdam excelsam mœnibus nauigiorũ, totis domicilia

terris vagantur, quæ Nilo circũfluunt. Est enim nauigabilis vsq; ad vrbem (vt †Elephantorum appellant) Elephantinorum: vlteriùs nauem procedere cataractæ, quas diximus, non sinunt: non defectu gurgitis, sed totius fluminis præcipitijs, & ob quãdam aquarum ruinam. Portus vrbis, vt pleriq; maritimorum locorum aditus, difficilis accessu, & longè difficilior cæteris, quasi ad formam corporis humani, in capite ipso & in statione capacior, in faucibus angustior, qua meatum maris & nauiũ suscipit, quibus quædam spirandi subsidia portui subministrantur: vbi qui angustias atque ora portus euaserit, tanquam reliqua corporis forma: Ita diffusio maris longè lateq; †distẽditur. In dextera verò portus insula est breuis, & in ea turris maxima, quam Pharum in commune Græci ac Latini ex ipsius rei vsu appellauerunt, eò quòd longè videatur à nauigantibus, vt priusquàm in portũ appropinquent, nocturno maximè tẽpore, terram finitimam sibi esse flãmarum †incendio cognoscant: ne decepti tenebris, in scopulos incidãt, aut vestibuli

Portus descriptio.

†extẽditur

Pharũ turris maxima.

†indicio

buli limitem non queãt comprehendere. Sunt itaq; illic ministri, per quos subiectis facibus, cæterisq; lignorum struibus, adoletur ignis quasi terræ prænuntius, & index faucium portuensiũ, demonstrans ingrediẽdi angustias, vndarum sinus, vestibuli anfractus, ne præstringat tenuis carina cautes, & in ipso ingressu offendat inter opertos fluctibus scopulos. Itaq; directum cursum †paulatim inflecti oportet, ne cęcis illisa saxis ibi incurrat nauis periculum, vbi speratur effugium periculorum: Angustior enim aditus in portũ: quia à dextera parte latere arctatur, à leua rupibus, quibus obstructum est siniſtrũ latus portus. Circa insulam quoq; †instructæ ingentis magnitudinis moles dejciuntur, ne assiduo assurgentis impetu maris, cedant fundamenta insulę, atque †vinimia soluantur. Vnde fit, vt illidentibus sese in partem insulæ fluctibus, & †currentibus in aduersum inter scrupeas rupes, molesque constructas, canalis ille medius semper sit inquietus, atque exasperato transitu, periculosus fiat nauigijs ingressus: amplitudo

†paulisper

†structæ

†iniuriæ vetere

†recurrentibus

tudo portus ſtadiorum XXX. ſtatio tuta, placiditas maxima quauis tempeſtate: quia memorati oris anguſtijs, atque obiectu inſulæ repellit à ſe vndas maris, & fit intùs tutiſſimus portus, compenſatione quadam ingreſſus periculoſi: quia per eaſdem portuēſis oris anguſtias, totius portus defenditur ſinus, & ſummouctur à tempeſtatibus, placidatur à *frigoribus, per quos ingreſſus exaſperantur: Nec immeritò vel tutamen, vel magnitudo portus huiuſmodi eſt, cùm in eum, quæ ad vſum totius orbis proficiant, conuectari neceſſariū ſit. Nam & populi innumerabiles eorundem locorum, ad vſum ſui expetūt totius orbis commercia, & frugum regio ferax, cæterorumque terræ munerum vel negotiorum abūdans, totum frumento alit atque inſtruit neceſſarijs mercibus orbem terrarum.

*fragoribus

CAPVT XXVIII.

COmpoſitis itaq; erga ſe rebus in Alexādria Veſpaſianus, & ſtudijs omnium, qui rem militarem gerebāt, circa

circa ſuum imperium conſpirantibus, ſecurus abſentiæ, reditū in Syriam maturat: conuento mandatis tamen Tiberio Alexandro, qui tūc Aegypto præſidebat, vt eius exercitus, qui tum in ſuperioribus partibus erat, gratiam ſibi conſociaret, ipſe quoque neceſſitatem imperij Romani, quibus poſſet adiuuaret viribus. Quæ ſibi impoſita forēt, Tiberius per epiſtolam prouincialibus & militibus inſinuauit, idque ab omnibus cum letitia ſuſceptum, fides promiſſa, effuſus fauor. Veſpaſianum Cæſarea ſuſcipit: Inde Beritos, legationibus vrbium cum ſummo gaudio confluentibus. Illic etiam Ioſephus ſolui præceptus vinculis iuſſu Imperatoris, adiuuit Titus vt frangerentur potiùs, quàm ſoluerentur catenæ. Quòd ſi frā gerentur, ita eſſet quaſi non fuiſſet ligatus. Placuit patri ſecurim deferri, iuſſit frangi catenas, vt aduerterent Iudæi ſibi quoque veniam non negandam, ſi conuerterentur & pacem rogarent: ſimul quia nō alieno eum arbitrio iam reſeruabat, cùm ad ſe rerum omnium delata arbitria forent.

Tiberius Alexander præſes Ægypti.

Ioſephus vinculis ſoluitur, fractis potiùs quàm ſolutis catenis.

CAPVT XXIX.

VEntum Antiochiam, ibi tractatu habito, vnde oporteret ad Italiam transmittere: quia tuta in Aegypto, vel Alexandria omnia cõsiderauerat. Cõsultum celeritati. Dimittit itaque Mutianum cum parte multa equitum, & exercitus pedestris, vt preueniret in Italiam aduentum Imperatoris. Is prolixę nauigationis reuocatus formidine, per Cappadociam & Phrigiam iter direxit. Antonium quoq; præcepit Præfectum tertio ordini militari, qui erat in Mysia, in imperatam sę Italiam effundere, priusquàm Vitelliani sęse mouerent. Nam Vitellius quasi crapulatus & somno demersus, conuiuij rem geri existimans, non imperij, in tantis positus negotijs dormiebat. Denique vix tandem excitatus nuntio aduenięntis Antonij, dirigit Cecinnam cum exercitus parte, & periculi sui summam alieno arbitrio committit, fretus Cecinnę viribus, quòd Othonis manum fuderat: Illę circa vrbem Cremonensium Antonio occurrit aduenienti: explorat omnia, cognoscit prędualidã manũ: è diuersis affore, strenuam bellis, exercitatam triumphis: se contrà nec viribus æquis, nec numero pares posse decernere aduersum validiores: conuocatis Centurionibus suadet bello desistere, quòd essent numero inferiores, & gloria Imperatoris præponderaret, satis in bello valere famam Ducis rem summam gerentis: Vespasianum in Gallicanis partibus, & Britanniarum victoriis emicuisse; Vespasianum Orientalibus succinctum adoreis, magno vti sui nominis prędiudicio. Vitellium autem nihil aliud nisi vino solutum, & inter conuiuia pridiana semper ructãtem epulas, nihil aliud expectare, nisi vtcùm hostis *aduenirent, ebrius pereat sine sensu doloris. Ex illo augeri militum animos tanti gloria Imperatoris; existo deijci per opprobria eius & turpitudines: consulendum, ne prioris belli famam *omitteret, licèt vicerint Othonem Vitellio parem, aduersus eum nunc esse negotium, qui totum orbem triumphis suis cinxerit: præuenięndam gratia necessitatem, vt ciuem potiùs Vespasianum eligant, quàm

Mutianus

Antonius

Vitellius crapulatus

Cecinna.

è diuersis

*aduenerit

*amitteret

hostem experiantur. Miserum esse bello ciuili vincere, quantò miseriùs vinci, vt videaris hostis tuorum? Victori patria manet, victo perit: aut si manet, ad sceleris inuidiam manebit, vt videamur ciuibus intulisse bellum pro tyranno. Qui enim vincitur, non iam ciuis, sed tyrannus est. Quid conserimus noxias manus? Semel satis sit sceleri vicisse, vt pudeat cui vicerimus. Putauimus* vel imperium sobrium fore, vel rerum molibus expergefactum, summo perpetuo renuntiare. Quid expectamus diutiùs? Pericula nostra ingrata sunt omnibus comilitonibus, omnibus populis iudicia nostra reprehensa, & condemnata propter electi flagitia. Qualis sit considerate, qui etiam victor repudiatus est. Consultãdum certè priùs de belli euentu, & sic præliãdum. Si pericula præuenerint, frustrà consules, vbi consilium placuerit, rectè incipies. Quod soliciti ducis esset: explorata sibi omnia, patuisse Vespasiani exercitum esse validiorẽ, fidem suam pro Vitellio iamdudum probatam, quãdo præsumpsit de belli euentu, victoriam secu-

Miserũ est bello ciuili vincere.

**vel in imperio*

secutam quando diffidit: in promptu esse, quid sit futurum. Neq; verò mortem suam sibi esse formidini, sed exercitus Romani periculum: & quod plus dolet viris, partæ iam dispendium laudis, vt videantur victi, qui solent vincere. Sibi certè cauẽdum, ne iudicetur, & illud non fortitudinis, sed euentus fuisse, quòd vicerit bello superiore, & istud ignauiæ, quòd victus posteà sit.

CAPVT XXX.

HIS atque huiusmodi sermonibus abduxit in sententiam suam milites, vt secum ad Antonium pergerẽt voluntarij, atque ei se traderent: sed vt se habet vulgi maximè militaris mobilitas, compuncti sunt plerique per noctem in cubilibus suis, deserti vt Vitellij pœnitentia: ne si superior fieret, nullus sibi veniæ locus superesset, qui Imperatorem proprium dereliquissent. Et surgentes primò cum obuijs quibusque, deinde cum omnibus conferre cœperunt, quomodo erratum emendarent. Euaginatisque gladijs, insiluerunt super Cecinnam, volen-

volentes vltum ire iniuriam suæ prolapsionis. Sed interuenientibus Centurionibus & Chiliarchis, à nece quidem eius temperandum rati, *victum tamē Vitellio dirigere parabant. Quo cognito, Antonius mouit eos, quos secum deduxerat, & armis super defectores irruit. At illi viso agmine partis aduersæ, parauerunt se ad prælium: sed paulisper ausi resistere, vbi se conuertêre, vt Cremonam confugerent, cum equitibus Antonius occurrit, atq; omnes præuenit aditus: ne confugientes reciperentur, clausosq; ante vrbem interfecit. Cęsa illic multitudo maxima, reliquos in ipsam vrbē persecutus peremit. Directa omnia, plurimi negotiatores ex alijs locis aduenientes, plurimi incolę prædę causa necati, dum sua vēdicāt. Extincta triginta millia, & ducēti viri, qui aderant de exercitu Vitellij. Primusque (id enim Antonio cognomentum erat) quatuor millia quingētos de Mysiacis militibus amisit: quoniam desperatione salutis vlcisci se volentes Vitelliani, vbi circumuentos se videre, haud incruētam & ipsis Antonianis victoriam cessere. Solutus vinculis Cecinna, dirigitur ad Vespasianum ab Antonio, ibiq; non solùm salutis securitate, sed etiam præmiorum solutione consolatus est maculam proditionis.

*vinctum

CAPVT XXXI.

CVius victoriæ nuntio elatus Sabinus, volēs & ipse commendationem sibi apud Imperatorem parare, si præueniret aduenientem Antonium Vitellij vel exitio, vel expulsione: aut si resisteret Vitellius, superueniret Antonius, qui iamiamque affuturus audiebatur, congregat sibi militarem manum ex his ordinibus, qui Romæ positi curabant munia vigiliarum, occupat nocte & Capitolium: plurimi ad eum nobilium per diem confluxêre, inter quos etiam Domitianus Vespasiani germano editus, qui metuens, ne in se, quasi in Vespasiani nepotem, Vitelliana vltio deriuaretur: inter duos positus Vitellios, propiorem adoritur, minùs solicitus de remotiore: (plùs enim propiora terrent pericula) Indigna-

Domitianus.

Indignatusq; immittit Germanos in Capitolium, qui prę feroces immanitate gētis, simul numero validiores, circunuenerunt rebellatricem Sabini cateruam: interfecti propè omnes. Domitianus tamen cum pleriſq; nobiliū, dum Germani ad ſuperiora Capitolij nituntur, & à Sabino eiusque ſocijs loci pelluntur, ſuffragio fugiendi locum reperit, aut fortè, quia & ipſe malo publico reſeruabatur tyrannus futurus:

Sabinus necatur.

Sabinum Vitellius excruciatum necat diripiuntur omnia munera oblata Capitolio, templumque incenditur.

CAPVT XXXII.

POſt diē Antonius adeſt, è diuerſo occurritur, trino circa vrbis mœnia congreſſu habito, fuſi cęſiq; omnes Vitelliani: interea Vitellius epulabatur, ne amitteret moriturus prādium, & redundantioribus (vt in extremis ſolet) menſę ſibi vltimę dapibus refertiebatur. Obruebat ſe vini poculis frequētioribꝰ, vt ſenſum amitteret futuri vel opprobrij, vel periculi: rapitur è conuiuio, trahitur per multitudinem, inſultatur

morituro, inferuntur iniuriæ, quas ebrius non ſentiebat. In media perimitur vrbe, vina ſimul & ſanguinē fundens, & eructans crapulam, qui ſi diutiùs vixiſſet, luxuriæ ſumptibus, & pretio menſarum Romani imperij opes abliguriſſet. Deniq; octo menſibus & quinque diebus imperitauit. Et iam Roma edacitate eius defecerat: Numerata ſunt alia cæſorum ſupra * quingenta millia.

Vitellius octo mēſibus & quinque diebus imperauit.

** quinquaginta millia*

CAPVT XXXIII.

SEquēti autem die Mutianus & Antonius cum exercitu pariter ingreſſi, vix finem necādi furentibus militibus impoſuêre, eò quòd præſumptores conſtituendi imperij Vitellianos perſequebātur, & explorabāt priuatorum domos, tanta perciti indignatione, vt cùm de populo aliquos metu latentes inueſtigaſſent, priùs quaſi Vitellianos ferirent, quàm cognitio veritatē manifeſtaret, vt ſepiùs vicentium furor interrogationem præueniret. Et quia abſens erat Veſpaſianus, quaſi ad interregni vicem Domitianum publicis

Mutia-

*ne quu nauus

Mutianus præfecit negotijs,* ne quid eius deesset rebus secundis. Nondum tamen Domitiano se penitùs infuderat libido flagitiorũ, rudis erat adhuc vitijs, & Tyro criminibus vt potestatibus. Vespasianus hyeme retentus, atq; intercluso ventis mari, cum filio Alexandriam redijt: illic victoriæ nuntio plebisq; Romanę compertoin sefauore, profectionem maturandam constituit, ne quid absente se nouaretur: nec tamen ineuratum Iudææ bellum reliquit, quod filio, quasi consorti suorũ operum ac successori committendum putauit: vt neq; Romanis ipse deesset, neq; Iudæis Vespasianus, quem filius repræsentaret. Executor igitur paterni electus triumphi, cum electa manu dirigitur Titus, pedes egreditur, Nicopolim petit: Abest ea ciuitas ab Alexandria viginti quatuor stadijs: inde militibus classi nauium maiorum impositis, Nilo decurrit vsque ad vrbem Thoni. Vnde progressus habitauit in ciuitate, cui nomen †Thamna. Secunda mansio viantibus ciuitas Heraclea, tertia Pelusium, duobus diebus sta-

Bel. Iu. l 5. c. 14. apud Iosephum eadem.

†Tanis

tiuo-

tiuorum gratia Pelusij transactis, per desertum agens iter, peruenit vsque ad Casij Iouis tẽplum: *succedit ei Ostracine mansio, aqua locus indigens, tamen diligentia incolæ sibi subsidium parauerant, vt instituerẽt ductus aquarum. Exceperunt etiam* Rhinocoluri exercitum progredientem, non sine grata refectione. Occurrit vrbs Raphça quæ ciuitas Syriæ principiũ est, ex Aegypto commeantibus. Ventum est Gazam, ea erat quinta ciuitas aduenientibus. Inde in Ascalonem, deinde Gamniam, ex qua transitum in Ioppen, peruentum in Cæsaream: vbi necesse erat paulisper morari, congregare quoque militum manum, quæ adhuc in hybernis agebat, & iam hyemis asperitas deficiebat.

*succeßit

*Rinocho-ri.

EGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ VRBIS, HISTORIÆ LIBER V.

CAPVT I.

ANno primo delati imperij Vespasiano, bellis asperis Iudæa & seditionibus domesticis lacerabatur, nec per hyemem inducias malorum egerat, quãdo solent bellorum sæua requiescere: quinetiam tertius ei tyrannus Eleazarus accesserat, quasi emendaturus vitia superiorum, qui cõiurantibus secum Iuda, & Zenonis Simone, & Ezechia non ignobili iuuene, quos plurimi alij comitabantur, & occupatis templi interioribus & circuitu omni, supra fores in vestibuli ipsius fronte, arma constituêre. Iohannes tamen conspirantium numero præstabat, & factionis multitudine, sed loco inferior: quanuis nequaquàm feriaretur, sed repugnaret superioribus, grauabatur tamen, quòd supra verticem haberet hostes. Simon verò, quem sibi tyran-

Eleazarus tertius tyrannus.

tyrannum populus introduxerat, superiora vrbis tenebat: inferiora quoq; populo ipsius replebantur. Trino prælio laborabat intra se ciuitas, nulla intermissio, nulla requies, nullę inducię, nomẽtis omnibus dimicabatur. Multi ruebãt, innumeri iugulabantur, manabat sanguis, fœdabat vniuersa, ipsa replebat templi limina, passim ruebãt cadauera: sagittis alij, alij missilibus feriebantur. Inter tres medius erat Iohannes, inferior Eleazaro, superior Simone: quo superabatur ab Eleazaro, eo ipso superabat Simonem: medius enim inter vtrumque eorum locum tenebat,* vt quò plùs grauaretur ab altero, & ipse plùs noceret alteri: instructior tamen cæteris, subsidijs machinarum, & genere telorum bellum æquabat: ita tamen, vt præter eos, qui bellum mouerent, plerique etiam Sacerdotum interficerentur: atque inter ipsas, quas mactauerant hostias, immolarentur: quamuis enim frequens super vniuersos rueret telorum seges, & vbique feruerent prælia, tamen Sacerdotes sacrificandi ministeriũ solenniter obibant:

* *in quo*

nec feriabantur commisso sibi mune-
re, & quò in interioribus erant templi,
eò grauius perimebantur: quia tormẽ-
to acta vehementiores ictus habebant.
Pleriq; etiam, qui de vltimo orbe pre-
catum venerant, sperantes remedia sa-
lutis, quò magis templo inhæserant, eò
maioribus periculis inuoluebantur.
Cerneres externos cum ciuibus, Sacer-
dotes simul & profanos iacere, graues
cum turpibus, luxuriosos cum absti-
nentibus, confusoq; omnium promi-
scuè sanguine, & quasi profluuio de-
currente, interiores ipsos stagnare se-
cessus templi: in circuitu omnia cruo-
re tumescere, vt pleriq;, dum inuicem
propugnatores partium petunt, lubri-
co offensi, † quassati furore, in sangui-
ne demergerentur: nec sic tamen peri-
culis territi abstinebant prælio tyran-
norum satellites: & quò maius pericu-
lum, eò ampliùs desæuiebat tempestas
furoris. Si ijs grauius incubuerat exitiũ,
alij quasi ad victoriam vehemẽtiùs in-
uitabantur, vt turbatos deferrent. Et
Eleazaro quidem vel Simoni cedendi
potestas erat, vt quasi quibusdã vel ho-

† quasi satiati

rarum se repararent inducijs: Iohãnes
† verò semper in procinctu, momentis † tamen
omnibus in certamine: si superiores
quieuerant, vrgebãt inferiores ex par-
te Simonis: si hos perturbauerant, Ele-
azarus infestabat: nec ipse tamen illos
quietos esse patiebatur, vbi alios depu-
lerat, in alios prosiliebat: peruigil in
certamine, & ipsa impiger crudelitate:
vbi parcebant telis, ignes iaculabãtur,
qui comprehensis tectorum fastigijs,
depascebantur domos, quæ refertæ fru-
gibus, cæterisq; subsidijs alimẽrorum,
ad belli tolerantiam prolixioris, pari-
ter exurebantur: maioraq; pabula in-
cendio dabantur, ruebãt ambusta ma-
teriarum, deuoluebantur sublimium
ædificiorum culmina. Ita sanguine, in-
cendio, ruina, fame, totius vrbis nerui
succidebantur. Nullus locus periculo
vacabat, nullum cõsilio tempus repe-
riebatur, nulla spes conuersionis, nul-
la fugiendi copia erat. Mœsta omnia,
plena horroris, plena immanitatis, v-
biq; luctus, vbique pauor, vbique cla-
mor mulierum, eiulatus senũ, moriẽ-
tium gemitus, viuentium desperatio,

vt miserabiles eos diceres, qui remanserant: beatos, qui obierant.

CAPVT II.

Alloquitur autor populum iudaicum.

QVomodo decepta es ciuitas populis tuis, quibus quondam videbaris beata? Quomodo expugnata es tuis armis, atque in te conuersæ manus tuæ sunt, quæ solebas sine armis vincere, & sine vllo prælio hostem ferire, cùm pro te angeli dimicarent, & militarent tibi fluctus maris, terræ hiatus, cœli fragores? Exurge nunc Moses, & vide gentem tuam, & hæreditatem populi tibi crediti, perire manibus suis. Aspice populum illum Dei, cui peruium gradiēti mare patebat, cui esurienti escas cœlum subministrabat, sine mari clausum, sine Pharaone obsessum, sine terrarum sterilitate ieiunum. Exurge Aaron, qui aliquādo, cùm propter offensam Dei omnipotētis mors plurimos populi depasceretur, stetisti inter viuētes ac mortuos, & mors steterit, atque obiectu corporis tui hæsit lues, nec transire potuit ad contagionem viuentium. Suscitare & tu Iesu Naue, qui muros

Moses.

Aaron.

Iesus Naue.

muros inexpugnabiles Hiericho Sacerdotibus tuba canentibus complanasti, & vide populū, cui exteros subiecisti, nunc eundem subiectum opprimi. Suscitare Dauid, exasperantem spiritum cytharæ suauitate solitus excludere, & vide, quemadmodum dominetur furor, atq; omnem suauitatem psalmorum tuorū ex perditorū sensibus *absoluerit, & vnusquisq; de principibus populum vniuersum ad mortem offerat, vt libertatem extorqueat, pro quo teipsum morti offerebas. Suscitare Elisæe, qui hostem introduxisti in Samariam, & amicum fecisti: per te in castris Syriæ quadrigarum increpuit fragor, & vox equitum, & vox virtutis: fugit hostis, euasit obsidionem Iudæus. Vbi nunc ista merita, vbi nunc istę operationes Sanctorum? Nec mirum, si amiserunt Prophetarū opera, qui negauerunt Prophetarū arbitrū: ideoq; in te Iudæa arma vertūtur tua, & orationes tuæ nihil tibi prosunt, quia fides tua nihil operatur: ideo aduersum te factus est populus tuus, quia in te cōuersa est perfidia tua. Quod remediū quæritur,

Dauid.

**aboleuerit*

Elisæus.

Fidei nihil operantis, oratio non prodest.

vbi autor remedij non reconciliatur? Quid putabas futurum, cùm tuis manibus Saluatorem tuum crucifigeres? cùm tuis manibus vitam tuam extingueres? cùm tuis vocibus aduocarum tuum exterminares? tuis infestationibus auxiliatorem tuum interficeres? Nisi vt in te quoque tuas injceres manus: habes, quod petisti, eripuisti tibi Prælulem pacis, petisti necari vrçarbitrum, concedi tibi Barrabam, qui propter seditionem factam in ciuitate, & homicidium, missus fuerat in carcerē; Ideo salus abs te recessit, pax abijt, quies destitit, data est tibi seditio, datum excidium: agnosce tibi hodie Barrabam viuere, Iesum mortuum. Ideò in te regnat seditio, pax sepulta est, vt crudeliùs à tuis pereas, quàm si ab alienis perires. Quid tantum tibi miserabilis ciuitas, Romanus suis armis, quantum populus tuus malorum inuexit? Vt cum Romanis pugnares, tui fecerunt: pacem volebant Romani, tu bellū*indixisti. Quid causæ erat, vt fortiores laceſſeres? Durum sanè, quòd contra legem sacram templum gētilis intrauit:

Barrabas.

Iesus

**induxisti,*

sed

sed iam non eras Dei templum, non eras Dei ciuitas, nec esse poteras, quia eras mortuorum sepulchrū, & præsertim tuorum, quos ipsa occideras, non quos ab hoste amiseras. Quomodo enim vitæ esse domicilium poteras, quç eras mortis habitaculū, diuersorium scelerum, latronum spelæum? Iacuerunt in te Ananus & Iesus insepulti Sacerdotum principes, & illi dudū sacerdotalibus amicti stolis, qui veneratione etiam exteris fuerant, deformi iacuerunt cadauere, escæ volatilium, & deuoratio canum, membra laceri tota †dispersa vrbe, vt deplorare veteris sanctitatis species videretur, tantam sacri nominis cōtumeliam, & speciosi quōdam muneris deformitatem: sed ipsa tibi huius indignitatis exordium fecisti, quæ in medio sinu tuo occidebas Prophetas, quæ lapidabas Sanctos Domini. Ante templum iacuit Zacharias exanimis, iacuit inhumatus: hic ergo sanguis illum lauat. Quæ causa autem mortis Anano, nisi quòd increpauit populum tuum, quòd non insurgeret pro templi defensione, quia expostula-

Ananus.

†*dispersa*

Zacharias.

bat libertatem proditam, virtutem desertam, calcatas veterum sacrorũ reliquias, commaculata altaria: relinquẽdum asserebat populũ vsu simulacrorum insensibiliũ, & statuarum de marmore, nihil iam sentientem.* Multa enim animalia referre solent vel vindictę vicissitudinem, sentire iniuriam, incitari aculeo, declinare verbera: qui ergo nec excitatur, nec declinare nouit quod noceat, similis est non sentiẽtibus. Et reuerà vbi est libertas illa tua, cuius studio quondam non Aegyptijs, non Palestinis, non Assyrijs, postea nõ Medis cedendum æstimauisti? Vbi est illa Machabæorum fides, quæ quondã in paucis fudit Babylonios, Persas fugauit, Demetrium perculit: ad postremum in paruulis & mulieribus Antiochi arma, gladios, incendiaque superauit, & pro obseruatione patriæ mori maluit, quàm Regis imperijs obtemperare? Vbi est illa deuotio Patrum pulcherrima passionum omnium, qua se non pro liberis, non pro coniugibus magis, quàm pro templo Dei mortio ferebant? Antè & virga* Aaron sacerdota-

Quorundã animaliũ natura.

**Muta*

Machabæorũ fides.

**Aarõ, nõ est in manuscrip.*

dotalis floruit, reciſa de ſylueſtri radice: nunc & fides aret, & ſepulta eſt pietas, & abijt omnis virtutis æmulatio. Nec mirum, ſi populus, qui à Deo receſſit, & improbum contradictionis ſpiritum ſequitur, in ſeipſum diuiſus eſt. Quomodo enim pacem ſuam tenere poterat, qui pacem Dei repudiauit? Pax Dei Chriſtus eſt, qui fecit vtraque vnum. Meritò ergo ex vno populo plures aduerſus ſe facti ſunt, quia noluerunt ſequi diuiſa conſociantem IESVM, ſed ſecuti ſunt coniuncta diuidentem furoris ſpiritum. Soluebas igitur Hieruſalem mercedem perfidiæ tuæ, cùm ipſa tuis manibus deſtrueres munimina tua, cùm tuis mucronibus foderes viſcera tua: ita vt hoſtis miſereretur, & tu occideres: vt ille parceret, & tu ſæuires. Videbas enim, quòd Deus aduerſum te pugnaret, & Romanorum partibus fungeretur, vt ipſa tibi inferres voluntariam proditionem. Et ideo ſpectatores malebant eſſe Romani, quàm percuſſores, ne* feruẽtibus tuis inter ſe viſceribus, manũ admouere cõtagionis magis

Fides aret, pietas ſepulta eſt, & abijt omnis veritatis æmulatio.

**furẽtibus*

magis quàm fortitudinis æstimarẽtur. Ad hæc nefandæ cædis supplicia accedebat impiæ immanitas crudelitatis, vt sepulturam omnibus, qui vel in tẽplo necati fuerant, vel circa vrbis plateas negarẽt, nec humare cuiquam vacabat, dum bello inter se occuparẽtur, feriendique magis quàm humandi cura vniuersos tenebat. Ita quodam furore occiderant pietatis officia, crudescebant impietatis ministeria, nihilq; magis in tantis calamitatibus perierat, quàm misericordia, quæ sola solet alleuare miserias, solari ærumnas. Nam & hi, qui amiserant suos, non audebãt humare propter formidinẽ, cùm grauis terror ingrueret à diuersæ factionis principibus: & hi, qui necauerant alienos, cauebant, ne quis illos præriperet ad sepulturam. Itaque necesse erat omnes timere, ne quod alteri donare vellent, id sibi sumerent: vel quod peius est, quem parauerant alijs vsum sepulchri, eum ipsi non impetrarent. In tẽplo igitur ipso pro vnguentis benèolentibus, pro thymiamaterijs benè spirantibus, pro diuersorum florũ odoribus,

bus, grauis erat insepultorum cadauerum fœtor, quos pluuia dissoluerat, quos flãma cõbusserat, quos sol calefecerat, omnes artus cæsorum ciuiũ diro odore fœtebãt: hinc resolutorum putredo viscerum, inde exustorũ nidor, sensus omnes atq; ora complebant viuentium, vt ipsũ non multò pòst grauiore morbo consumerentur, ac superstites ingemiscerent, quò duriore pœna perirent: eoq; seruatos, vt viderent cum patria simul solui etiam leges naturæ, negari ius viuentibus, pacem ciuibus, sepulturam defunctis, humana pariter atq; diuina maculari ac pollui, permixta omnia, criminosam esse misericordiam, religionis loco haberi crudelitatem. Castrum in templo, bellum in limine, funus in altaribus: ea se spectare oculis, quæ Prophetis denuntiantibus non credidissent futura. Nónne de ipsis dixerat Dauid? Polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt morticina seruorum tuorum escam volatilibus cœli: Effuderunt sanguinem eorum velut aquam in circuitu Hierusalem, & non erat, qui sepeliret:

Leges naturæ soluũtur

ret: Simul enim tunc & gentes venerunt in hæreditatem Dei, quæ auferrẽt omnia, & templum pollutum est suorum funeribus, & insepulta iacuerunt cadauera interfectorum ad escam auiũ bestiarumq; voracitatem: effusus sanguis, vt stagnaret in templo, deesset, qui sepeliret: quia à viuẽtibus in mortuos, à mortuis in eos, qui adhuc viuerent, furor transferebatur. Volebat aliquis defunctum humare, ipse extinguebatur: & qui defunctum occiderat, in sepultorem transferebat iracundiã, vt illi sepulturam negaret, hunc extinguebat: rursus qui sepultorem occiderat, maiorem crudelitatẽ circa defunctum exercebat, vt iam nihil debẽtem odio, non sentientem supplicia, spoliaret supremo naturæ debito. Quid illis aliud accidere poterat, qui diuina non recipiebant oracula? Irridebant Prophetarum annunciationes, fas omne calcabant: non credebant futura, quæ vt fierent, ipsi accelerauerũt. Erat enim sermo vetus & frequens, tunc periturã vrbem Hierosolymam, & sancta eius exurenda, cùm seditio belli legem in-

cesse-

cesseret, & domesticę manus templum Dei contaminarent: sed ne hoc quidẽ intellexerunt. Quoties enim excisa domus Dei, quoties seditio, quoties obsidio, quoties bellum? & nunquàm illa vrbs perijt, nisi quando verum templũ Dei domesticis manibus crucifixerunt. Et quod illud templum? Audiant: Solui te templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Quid enim aliud, nisi sacrilegium fuit, cùm impias manus extẽderent in autorem salutis, cùm lapidarent, cùm verberarent, cùm corriperẽt, cùm occiderent? Tunc verè sancta eorum absumpsit ignis diuinus: nam & exusta à Babylonijs, reparata posteà: destructa à Pompeio, reformata iterùm: sed penitùs exusta, vbi Iesus venit, & spiritus diuini calore soluta euanuerunt. Oportuit huberiore quadam deploratione † præire nos funus quoddã paternæ solennitatis, & velut exequias quasdã prosequi, ac soluere iuxta maiorum instituta: sed veniamus ad † ex ordium obsidionis Hierusalem.

Christi corpus tẽplum vocatur.

* sanctorũ

† exprimere

† exordia

CAPVT

CAPVT III.

Exordia obsidionis Hierusalē.

REuerterat in Iudęam Titus, & paucis diebus interpositis, vt replerē-tur ordines militarium numerorum, de quibus lecta manus missa fuerat in Italiam, bellum adolebat festinans comitari patrem, ne in pericula solum dimitteret, aduersus Vitelliana arma †conflicturum. Mouit itaq; iter magno decore exercitus, †solicitudo vbique, & parato agmine suspectās insidias, quia virtute se superiorem videbat. Venit per Samariæ loca, susceptum Gosna, quæ ad Romanos iamdudum concesserat: ventum in Aulanam, vnde aberat Hierosolyma stadijs XXX. nihil ampliùs. Inde assumptis equitibus numero sexcentis perrexit equitatum ante vrbem: exploratum quoque loci situm, munimentorū qualitatem, murorum altitudinem studia plebis, quæ ferebatur latronum armis premi, & factionum stipamine circumueniri: vt inuita acquiesceret obsidioni, quò minùs voluntatē erga Roman. proderet, si libertas daretur. Speciosè igitur cum

†præliaturum Titus parat se obsidioni.

†sollicito

paucis

paucis equitabat in aggere publico, qui ad muros vrbis dirigebatur, nec quisquam est visus progredi. Verùm vbi ad obeūdum murorum circuitum flexit equum in latus, cùm cætera * turba ducem sequeretur, erupêre subitò pleriq; de loco, qui appellabatur contra Helenæ sepulchrum, & exilientes occupauerunt iter, vt intercluderēt maiorem equitum partem, quæ Titum sequebatur: ipse cum paucis præterierat, cōsultò insidiantium, vt destitutus à cæteris faciliùs opprimeretur: quia neque ad suos regredi facilè erat, propter †instantem hostium multitudinem: neq; progredi vlteriùs fossa aut vallum sinebāt, cæteraq; locorum impedimenta, quibus anceps periculum inferebatur.

**turmæ*

Locus contra Helenæ sepulchrū.

†instantem

CAPVT IIII.

VIdens itaque Titus in virtute † sua positum sibi remediū salutis, nec aliter nisi ferro iter aperiendum: iam enim alij reflexis equis discesserāt, dum & ipsi Imperatoris filiū secuturum sperarent, conuertit equum, hortatusque

†sola

Circūcinctus Titus in magno versatur discrimine

Hh cla-

clamore cæteros, vt sequerentur, supra hostem irruit: impossibile hoc videtur, quomodo potuerit euadere, nisi notum esset, in bello plurimùm audaciam posse, quæ vel sola sibi murus est: Deinde quia alijs ponè sequentibus, vile vulgus sibi magis in periculo consulendum putabat, quàm hostem persequendum: *At si qui manum extenderat, vt equum teneret, feriebatur. Denique duo tantùm ex Titi socijs interfecti, cum reliquis Imperatoris filius ad suos reuertit: Neque sanè dubitandum videtur, quòd intecto capite, nudus cætera: vtpotè qui in excursu processerat, non ad bellum paratus, nec galeam, nec loricam induerat, eò nihil exceperit vulneris, cùm maximè in ipsum tela iacerentur, quòd ad excidium vrbis illius vir tantus reseruaretur. Est, est profectò cor Regis in manu DEI. Itaque ne crescceret audacia Iudæis euentu fraudis & doli, profectus ad vrbem cum exercitu, post noctem redit, & de specula quadam, vnde ciuitas prospectaretur, & templi magnitudo amplissima, demonstrat

Audacia in bello murus est.

**Ac si quis*

Cor regis in manu Dei.

suis, cum qua vrbe sibi bellum foret, impigros & cautiores esse oportere: quòd innumerabilis sibi populus expugnandus foret, & fraudi paratus. Ordinat qui muris ordines appropinquarent, quos adhuc fessos nocturno itinere cognouerat, quasi succenturiatos eminùs locat. Paulatim proceditur. Vbi ventum ad montem Olueti, vallis sub ipso media inter eum atque vrbem interiacebat, cui nomen Cedron: vbi constitutum exercitum de muris aspicientes (nam sex stadijs aberat) seditionis ad tempus studia deposuêre, & externis hostibus aduenientibus, domestico fœdere sequestrata ciuilium bellorum certamina. Plerũq; enim etiam acerba odia metus comprimit. Denique cohortati sese inuicem factionum viri, vt in vnum conspirantibus studijs patriam defensarent, ne eorum discordia incruentam Romanis victoriam daret, freti numero, hostem subitò adoriẽdum putarunt, & improuisa eruptione primos turbauêre. Sed vbi se Romani ipso vsu veteri, & diuersorũ

Mons Oliueti.

Cedron vallis.

Metum plerunq; acerba odia cõprimit odia.

generum prælijs exercitati, confirmauêre animis ordine suo †nexi, cædere incursantes cœperunt, scutis repellere, proturbare iactu telorum, haudquaquàm tamen sine communi exitio. Et propè iam incubuerant Iudæi, & nutabat acies Romana, nisi cognitis rebus aduenisset Titus, & occurrens aduersarijs, confirmans suos reparasset prælij, & erexisset animos militum, increpàs Romanas acies, confusæ multitudini, non sine maximæ ignauiæ probro victoriam cedere. Repulsisque Iudæis, qui etiam valle diuisos insectabantur, ad suos se victor recepit, securusque suffragij, quòd loci superioris aduersum inferiores, si tentarent congredi, subsidia dabat, ad aliam partem se Romanus exercitus conuertit. †Discedente Cæsare infundunt se de muris Iudæi, & ingenti agmine super hostem irruunt: ita vt in numeræ concursu multitudinis, milites fugerent, ac sese ad montium conferrēt superiora, nudato latere, etiam cæteri, qui prælij mallēt, fugêre. Interea Cæsar in medio †populi situs, orātibus plerisq;, ne se periculis

†nixi

†Descendente

†populi, aliàs deest.

culis daret, atq; exercitu dispersо, summam periculi solus subiret, cùm dominus esset orbis terrarum (non enim vt antè, vice militis pugnaret, sed imperatoris, in cuius periculo pernicies esset vniuersorum) non acquieuit, sed militiæ decus præponens saluti, apud quem glorioſa mors vitæ opprobrio prępondęraret, aduersum pectus hostibus refert, territisque, quos aduersum ierat, in alios sese retorquet. Sola enim †spe sui, & nimis notæ atq; alacris fortitudinis gloria, † perturbat hostem. Cedebant itaque quos acceſserat, sed ex alijs partibus Iudæi magis magisque infundebantur: ac penè concluserant Titum, nisi quia plerique militum videntes in medio belli versari Cæsarē, conclamauerunt cæteris significantes, Imperatoris filium periculis non relinquendum. Sic vniuersos reuocauit pudor, atque armauit metus, ne deserti Cæsaris ignominia inurerētur. Conuersique in Iudæos, nisu omni ac virtute incōditam multitudinem in vallem vrgebant, nec difficile fuit ascendentes relabi. Sic Titus fugientē numerum

Titus militiæ decus saluti præposuit.

†specie

†perturbabat

Titus penè concluſus erat.

rum militarem bis reuocauit à fuga, periculoq; pariter exuit & opprobrio, virtute pari vsus, & ad postremum pudore. Qui dum ignauiam declinat, virtutem inuexit: primùm ne Cæsar relinqueretur, pòst etiam, vt hostis repelleretur.

CAPVT V.

Foréſi prælio ſuccedit internum.

POst hæc vbi forense prælium paulisper quieuit, internum successit. Nanq; paschalis interuentu celebritatis, subornatis plerisque Iohannes, qui quasi obseruationis gratia templum adirent, & tanquàm socijs data ingrediendi copia, dolum patrauit. Ingressi enim specie ciuili, sed interiùs armati, reiectis exuuijs gladios attollunt loricato pectore, & præliari accincti munimine. Quo terrore perculsi, qui intra templum inermes celebritati vacabãt, exilierunt, templumq́ue vacuum dereliquerũt. Eos illis secutis, & quos potuerunt comprehendere, iugulãtibus, alios vltra templi circuitum persequẽtibus, irrumpendi Iohãni socijsq; eius occasio data. Cæsi illic multi mortales, ita vt etiam, qui non restiterant, af-

Dolus Iohannis.

fictis causis aliquibus iugularentur: nec tranquillitas quietis proderat, nec silentium tacitis, nec cedentibus patiẽtia. Comprehensisq; interioribus templi, etiam Simonem inquietabat Iohannes in secundarium locum, Eleazaro cæterisq́ue Principibus factionis tertiæ sibi subrogatis.

CAPVT VI.

Titus tertiò in hostem progreditur.

TErtiò quoq; Titus progreditur in hostem, atque exercitum producit. Aduenienſq́ue offendit stipatam Iudæorum ante vrbem multitudinem, specie volentium se Romanis tradere, sed quasi reformidantium. Suspicatus dolum, & maximè, quoniam proximè conspiratos inter se, & pertinaces viderat: non arbitratus credibile subitò mutatos admonuit milites fraudem cauendam, nec temerè nisi secundum præceptum suum, confertoagmine muris appropinquandum: neà tergo illi, qui vrbem egressi fuerant, circumfunderentur. Subitò de ciuitate increpuit sonus, & quędam seditio dementer resultauit, aliorum egressionem voluntariam simulantiũ,

aliorum etiam reſiſtentium, quòd illi aperiri ſibi portas poſcerent, hi clauſas ſeruare iuberent: alij bellum, alij pacẽ optarent. Militum vulgus ad ſubueniendum his, qui ſubueniri ſibi de muris poſtulauiſſent, proripit ſeſe, egrediuntur plærique pręruptim, ſine ordine, ſine vllo modo, tanquàm occurſuri aduenientibus, atque auxilium laturi, vt propiore remedio pluribus erumpendi confidentia tribueretur, vel reſiſtẽtibus metus, aut inter reluctantes erũpendi ſibi copia. Quibus ſe à tergo circunfundere cœperunt qui foris ſtabãt, vrgere circumuentos: illi quaſi ad murum confugêre, nihil ſuſpectantes ab his, qui pacem prętenderent. Inde quoque ſaxa, & tela †inijci, & ſubitò ficta pax in prælium verſa eſt. Vnde conciti, in hoſtes recurrunt, qui etſi circumuenire tentauerant progreſſus militũ Romanorum, tamen metuebant & ipſi, ne ab omni exercitu circumuenirentur. Itaque dum vniuerſos cauent, hos, plurimis licèt vulneribus impreſſis, & ipſi maiore ex parte ſaucij, propè de manibus amiſere, quos iam captos puta-

†deĳci

putabant. Secuti tamen vſque ad Helenæ ſepulchrum, ſicut moris eſt inſultantibus clypeis concrepabant, illudẽtes Romanis, quòd eos iam ſecundò inſidijs circunueniſſent.

Inſultãtibus clypeis cõcrepare.

CAPVT VII.

Oratio Titi ad ſuos.

CAeſar cõmotior regredientes miſceri cæteris vetat, & concionem aduocat, dicens: Magna cùm ſit virtus Romana, præſtans vniuerſarum gentium populis: maximè tamen ea † præcedit diſpoſitionis ordine, & pręceptorum obedientia: ea eſt enim diſciplinę militaris cuſtodia: Nec mirum ſi ludęi dolos intexãt, fraudes ſtruant, q̃ ſe iudicẽt impares fortitudine. Sed vt inferiorum eſt niti inſidijs, ſic fortiorũ cauere ne virtuti illudat dolus. Mirari itaque ſe, quòd illi in deſperatione ſibi cõgruant: Romanis non cõueniat in meliorum proceſſu: coq̃; fieri, vt illis effectus fraudis in vado ſit, nobis virtutis conatus in ambiguo. Quòd ſi validior eſſet fortitudo hoſtium quàm fraus, ſuperari minùs flagitioſum. A paribus enim aut fortioribus vinci, opprobrio vacat.

*vobis *properæ

Cùm verò nihil in *nobis offendat, nisi sola pugnãdi immoderatio, & *propria quædam manuum intemperantia, quid nequius potest esse, quàm præsente Cæsare disciplinã repudiari militiæ? Multùm arbitror ipsas ingemiscere militiæ leges, tãtæ dissolutionis flagitio: multùm Imperatorem, cùm hæc compererit, qui semper audiri se à milite suo, quàm timeri ab hoste maluit. Obediẽtia enim militis effectum properat, metus hostiũ differt victoriam. Quid iudicaturum de filio patrem putatis, cuius tam vile imperium sit apud exercitum? Pronunciatur enim de duce, cuius præceptum dissoluitur: nec dubium, quòd sæpiùs vindicatum sit in eos, qui cõtra imperium in hostem pugnauerint, quàm in eos, qui secundum imperium progressi, virtuti cesserint. Nam legibus egredienti ordinem præscripta mors est. Quid igitur futurum, vbi non vnus, sed passim exercitus relinquit ordinem suum, & statutum Ducis negligit? Cognoscite vos milites esse Romani imperij, plebis, Senatus, aquod quos sine præcepti auto-

Obediẽtia militis effectũ properat.

ritate

ritate, & vicissè crimen est. Huiusmodi oratione perterruit non solùm Præpositos militũ, sed etiam vniuersum exercitum. Nam cùm ipsos principes ordinũ acriùs peteret, videbatur in omnes vindicaturus. Circũfusi itaq; omnes rogabant, vt paucorum culpa, qui primi destiterant, vniuersis concederetur. Etsi non fuit properus ad delicti gratiam Cæsar, fuit tamen exorabilis ad indulgentiam. Concessit cum summo põdere dicens, donare se omnibus, satisq; in vniuersos vindicatum inuectionis autoritate, eò quòd animaduersio in singulos vsq; ad factum procedere debeat, in multitudinem verbotenus, illam vsque ad pœnam, istam vsque ad correptionem. Sæpè enim bonis exercitibus præliares lapsus futuræ *virtutis causas dedisse.

*virtuti

CAPVT VIII.

POst hæc Titus in hostẽ iram cõuertit, & cõsiderans inter tot præcipitia, tot prærupta periculosam obsidionem: cùm repẽtinis irruptionibus prẽuenti, nõ haberẽt milites, quò referrẽt gradum, vnde se in hostem proriperẽt, vbi

eruptionibus

vbi machinas constituerent, iubet re-
pleri ante vrbē præcipitia: quæ cùm fie-
rent, nec sic quidem Iudæi exortes erāt
præsentium periculorum. Afflictaban-
tur domestico prælio, cùm Romani in
replendis præcipitijs occuparētur. Nec
exigua manus partis vtriusque: decem
millia cum Simone erant, & quinqua-
ginta eorum Duces: Idumæi quoq; ad
quinque millia, Simonis partibus asti-
pulabantur, quibus præerat Iacobus &
Simon iunior. Iohannes autem inte-
rioribus templi (ea fraude, qua suprà
diximus) occupatis, sex millibus arma-
torum stipatus, bellum accendebat.
Adiuncta sunt ei etiam duo millia,
cum alijs quadringentis viris, postea-
quàm coire cœpêre, studijs concinnen-
tibus ad vrbis defensionem, Eleazaro
& Simone Arim, quibus & antè vtebā-
tur, rectoribus. Quibus certantibus in-
ter se, præda erat in medio populus eo-
rum, qui vicerant, & quasi præmiū cer-
taminis, huc atq; illuc pro euentu va-
rio transferebatur. Paulisper inter se
conuenerant more inducarum, & ad
primum Romanorū impetum exper-

Iohannes rursum bellum accendit.

gefacti,

gefacti, in veterem morbum febris in-
ternæ ęgris viscera recidebant: vbi
remissior erat exteriorum morborum
accessio. Foris erat plerunq; bellum, in-
tùs seditio, cò iam grauior, quia & ipsa
seditio bello alebatur, & bellum ale-
bat. Duo de potentia certabant, popu-
lus inter vtrunque, non de seruitute
anxius erat, sed ne ad Dominum dete-
riorem perueniret.

CAPVT IX.

VRbem Hierosolymā Chananęo-
rum quidam potens cōdidit, qui
patrio sermone vocaretur Rex iustus,
quam primò Solymam nuncupauit:
posteà templum addidit, vnde Hiero-
solyma dicta ciuitas est. Ea à principio
suos incolas habuit de gente Chana-
næorum. Dauid primus vir Hebræus
Chananæos expulit, constituit suos,
qui in ea domum sibi regiam fecit.
Voluit & templum Deo condere, sed
prohibitus oraculo. Solomonem hæ-
redem reliquit, qui templum, quod ip-
se voluerat, ædificaret. Solomon itaq;
templum fundauit, reliqui quoque

Conditor vrbis Hierosolymitanæ.

Dauid oraculo phibitus Deo tẽplū cōdere.

Solomon templum fundauit.

Reges

Reges ad ornatum vrbis addidêre plurima. Inuidia ex magnificẽtia orta: inter omnia tamen opera templum præcellebat ampliſſimo opere, & fulgenti marmore: in quo erat deambulatoriũ, peripetaſma pretioſum, & maximum, cocco & hyacintho, byſſoq; intextum & purpura. Non otioſa materia tantæ diuerſitatis, ſed cuius ſpecies * materiã rerum latentiũ ſignificaret, eò q̃ eius eſſet tẽplum, qui cœlo & aëri, terræ & mari, quaſi creator elementorum dominaretur, atq; omnia ſolus regeret, & gubernaret. Cocco enim igneũ cœlum figuratur, hyacintho aër, byſſo terra, q̃ in ea naſcitur: purpura mare, quæ conchylijs maritimis inficitur, vt duo ex colore, duo ex generatione colligas. Deniq; princeps Sacerdotum hęc quatuor indumẽto ſuo exprimere conſueuerat, quando maxima celebritas erat feſtorũ dierum, quaſi totum mundum indueret, pro populo ſupplicaturus, in eius figurã, qui venturus erat princeps Sacerdotum Ieſus, qui tolleret peccatũ mundi. Fœmora princeps Sacerdotum linteo interiùs operimento tegebat, eò

*deãbulatoriũ, non eſt in manuſcript.

*Myſteria

Rationes tẽpli ac veſtium.

quòd præ cęteris in Sacerdote fides mẽtis queritur, & corporis caſtimonia, quæ ſuccingere debeat carnis intemperantiam. Duo erant tabernacula ſacra, vnum interius, alterũ exterius: in hoc ſemper introibant Sacerdotes: in illud interius, quod ſecũdum appellabatur, ſemel introibat tãtum modò princeps Sacerdotum, non ſine ſanguine, quem offerret pro ſe, & pro populi delicto. Hoc ſignificãte Spiritu ſancto, venturum Ieſum, qui verè ſolus intraret interiora diuinorũ penetralia ſacramentorum, & arcana ſubſtãtiæ cœleſtis, qui noſſet omnia. Solus quoque patri ſanguine ſuo totũ mundum recõciliaret, vt & cœleſtium & terreſtriũ miſereretur. Deniq; poſteaquàm venit, pacificauit omnia per ſanguinẽ crucis ſuæ, quę vel in cœlo vel in terra ſunt. Intùs thymiamateriũ, intùs mẽſa, intùs lucerna. Thymiamateriũ, q̃ ita ad Deũ Patrẽ ſicut incẽſum dirigatur maximi Sacerdotis oratio: Mẽſa, q̃ in ea paſſio Chriſti ſit, & myſteria ſacramentorũ, vnde & Dauid dicit: Paraſti in cõſpectu meo mẽſam. Cuius velut duodecim panes,

duodecim Apostoli sint testes passionis eius, ac resurrectionis eius. Lucerna, quæ supra candelabrum ponitur, antè sub modio erat, id est, sub legis mensura, nunc est sub gratiæ plenitudine, heptamycho frequens lumen effundens, eò quòd Spiritus sanctus septē maximarum gratiarū virtutibus DEI templum *illuminaret. Trinitatis igitur cognitio in interioribus erat templi, quæ dicebantur sancta sanctorum, vbi reposita quondam virga Aaron floruit, quòd sacerdotalis gratia in Christo ampliùs esset operatura post mortem, qua mundum redemit. Ante templum erant quatuordecim gradus, per quos Ezechiæ Regis tempore vmbra ascēderat, significans ei vitæ finem futurum: sed oraculo monitus, orauit, & meruit mortis dilationem hoc indicio, quòd ijsdem gradibus sol refunderetur, qui significaret tot numero annorum commeatum ei vitæ refusum.

Rationes quarundā cæremoniarum.

*illuminet

Ezechiæ mortis dilatio.

CAPVT X.

CVM igitur munita esset vndiq; ciuitas plurimorum Regum operibus

bus, & maximè Herodis, qui castrum (cui nomen Antoniæ) ad summi operis magnificentiam cōmuniuit, & amplissimo ornauit decore, circumibat Cæsar requirens, qua ex parte se posset facilius vrbi infundere, inspectoq; per totum circuitum muri ambitu, æstimauit in finitimo tumuli, quo sepultus iacebat princeps Sacerdotum Iohānes, adoriendam obsidionem. Cui diligentiùs exploranti, adhærens vnus ex amicis Nicanor, studiosiùs intendens muneri, sagitta percussus, cadit. Propiùs quippe accesserat, dum putat aliquem profectum fore pacis futurę, si sibi conferendi sermonis daretur copia, qui potens ac validus ad tentandos audientium animos æstimabatur. Commotus Cæsar, quòd ei, qui salutaria *cōmoneret, improuiso vulnere mortem irrogauissent, in prælium cogitagmina, bellumq; accenditur iactu telorum diuerso, missilibusq; maximis, admouenturarietes, quîs feriuntur valida murorum. Quo perturbati omnes, qui antè de dominationis inter se studio certabant, in concordiam coē-

Antonia castrum.

Nicanor.

*suaderet

unt, dataque impunitate superiorum, vnum corpus sese fecêre, & conspirati cogente periculo, vrbem tuentur. Progressi quoq; tumulos, ignem super machinas iaculabantur, vt destruerēt aggeres, exurerent vineas, arietes incenderent, ac penè omnia machinarum genera exusserant, nisi electi plerique militum & sociorum maximè ex partibus Alexandrinæ vrbis strenuè repugnauissent. Quibus tamen validè resistentibus, addidit Cæsar adiumentum equitum potentiorum. Ipse quoque acriter pugnãs sternit XII. aduersi agminis propugnatores. Ita vis multitudinis reliquæ exitium declinans, in vrbem reuertit, & ab incendio Romana opera defensa. Cecidit eo prælio Iohãnes Ductor Idumæorum, dum ante muros, cognito sibi Romano militi sermonem conserit, ictus terga sagittæ vulnere, continuò labitur. Arabem ferunt peritissimum de iaculatoribus eius obitus autorem: grauique mœrore affectos Idumæos, quòd virum & manu promptum amiserant, & bonum consilio.

Iohannes Ductor Idumæorũ cecidit.

CA-

CAPVT XI.

SEquenti nocte accidit vt tres turres, quas Titus attolli iusserat supra aggerem, quo Iudæos vel ex æquo, vel ex superiore spiculis figeret, subitò nulla vi hostium ruerent. Quo sonitu Romanorũ exercitus omnis turbabatur, ea opinione, quòd ab hoste destructos aggeres, succisas turres arbitrarentur, quę ruentes ingentem latè stragem dedissent: Ac penè admissum erat facinus miserabile, vt victores incertis per noctem hostibus fuga cederent, nisi quòd tenebræ ruinaque ipsa, excito puluere prospectum ademerant, vt quò fugerent incertum haberent: Quærebat vnusquisque de proximo quid accidisset, nec cognoscere veri poterat fidem; quia similiter ab omnibus eiusmodi casus ignorabatur, donec Cæsar rebus compertis, insinuare præciperet: id quod acciderat, casus repentini, non vllius hostilis fuisse irruptionis. Sic sedatus pauor, expugnandæ vrbis subsidium omne in viribus locatum. Nam cùm altissima murorum

Tres turres subitò corruunt.

essent, & pleraq; ferro aut ære operta, atq; ipsa altitudine hostes à iaculis defenderentur, Romani admouêre aries tum machinas, quorum ictu frequenti muri * valida laxabantur: inuiti leuioribus spiculis cœpêre & sagittis, vt propugnantes auerterent, impedimenta prohibérium detorquerent. Sic paulatim quatiētibus murus cedebat: vnde maiorem ipsum arietem, excitorem vrbium Iudæi appellauerunt. Soluta itaque murorum parte, dereliquêre Iudæi muri ipsius propugnacula, securi, quòd duos alios muros interiores haberent, & concessere ad murū secundum. Illis fugiētibus, Romani ingrediētes per caua muri, portas aperuêre: sic intromissus omnis exercitus, penè diruit murū exteriorem, ne bellātibus esset impedimento: aut si resaduersæ forent, claustrum refugientibus.

*validè

Romani per caua muri ingrediuntur.

CAPVT XII.

Diuiserunt sibi loca Iohānes & Simon coniurati circa murum secundum, Iohannes cum suis in castro, cui nomen Antonia, præliabatur: ei propin-

propinqua erat porticus templi, quæ vergebat ad partem Septētrionis. Nam & ipse locus (in quo castrū posteà Antonij vocabulo conditum) inter duas iacens porticus Septentrionalis, hoc est, Brios nuncupabatur. Simon verò ad Iohannis sepulchrum vicem tuendæ vrbis susceperat: his pro salute, Romanis pro victoria certamē erat. Quibus etsi virtus* potentior ad cōgrediē-dum, locus tamen inferior ad obsidionem: cùm eos de muro grauaret prœliū. Temeritas Iudæis insolentior, fortitudo Romanis actior erat: imminebant partibus Duces, coq; maior oriebatur contentio, dum quisq; suis ductoribus periculā sua gestit probare. Simō suos vrgebat terrore & formidine: Romanos Titus pudore sui quàm maximè conueniebat, quòd morte grauius arbitrātur, nō exhibere pericula sua Cæsari, cùm ipse toties pro exercitu periculis offerre se nō dubitauisset. Armabat eos vincendi cōsuetudo, & cedendi ignorantia: præcipueq; præsens vniuscuiusque virtutis arbiter Titus, à quo nō remuneratio fortitudinis expectaba-

Locus Brios nuncupatus.

*potior

ctabatur, sed supra omnia, fructus amplissimi erat præmij, illo spectãte quicquam strenuè gessisse, quod ei non displiceret. Eo incẽtiuo Longinus equestris militiæ vir excitus, aduersas pro muris videns Iudæorum cateruas, tanquàm indignatus quòd Romanos bello lacesserent, & ex equo prodire auderent, desiliuit equo, atq; in medios se iniecit hostes: Et vnum *more ipso parantẽ occurrere, telo percussit, simulq; eius vocem & animam rapit: Alteri ereptum de corpore prostrato telũ infigit, & ad suos victor sese recepit. De præeminentibus loquimur: cęterùm multi imitatores vtraq; ex parte, sed diuerso genere: Iudæis desperatio audaciam dabat, Romanis gloriæ cupiditas virturem addebat. Par tamen, imparibus animis, mortis contemptus: Iudæis solatium putabatur, cum hoste commori. Titus festinabat conficere bellũ, sed sine suorum dispẽdio, qui etiam ipsos hostes seruare si posset, quàm perdere malebat. Nec aliud monebat militem, nisi consultò bellandũ: eam solam esse veram virtutem, cui sit comes prouidentia:

Lõginus equestris militiæ vir in medios se irruit hostes.

** in ore*

dentia: nam sine cõsilio, fortitudinem temeritatem videri, nec vsquam magis cauendum quàm in victoria. Perire enim cum inferiore superiorem, victi triumphus est. Consulendum itaq; ne videatur euentus fuisse, quòd vicerit: ignauiæ, quòd cõsortium periculi non euaserit. Iubet itaq; arietem admoueri ad medium muri septentrionalis.

Virtuti, prouidentia; comes.

CAPVT XIII.

Erat ibi Castor callidus, & ad fraudẽ paratus, qui fugatis cæteris per iacula sagittariorum, cũ alijs †nouæ fraudis socijs prætendebat. Is vbi appulsu arietis turrim euerti, murum labere, ac facilè ruiturum, si tormenti ictus repeteretur, animaduertit, manus tendens rogabat Cæsarẽ voce miserabili, vt perituræ vrbi iam parceret, nec supremo excidio labefactandam putaret. Cæsar ęstimauit quòd sedulò veniã deprecaretur, manus daturus vt deditio ꝓcederet iubet tormentũ cessare, iaculatores tẽperare à prælio. Castori dat loquendi copiam. Ille descensum simulare, deinquasi suadere suis: alij velle, alij reniti, subitoq; velut indignantes qui coge-

Castor callidus.

†nouem

rentur, ſupra loricam ſe percutientes cecidêre. Miraculum ingẽs, cùm fraus lateret, ſic tempus †duxêre: Inter quæ vnus è militibus Romanis iaculo ſagittæ narem Caſtoris percuſſit. Ille deplorare & conqueri apud Cęſarem, poſcere vt iuberet aliquem ſibi dextram dare, ita ſe perfugio vturum. Cæſar Ioſepho mandat negotium: verùm ille, qui caueret Iudæorum inſidias, nihil ſyncerum in eo intelligere ſe reſpondit. Aeneas tamẽ propiùs murum ſucceſſit, & vt aduenientem ſuſciperet, occurrit. Cui Caſtor vociferãs, vt ſinum aperiret, aurum exciperet, ſaxum dimiſit. Ille oculis vigilãtibus lapidem præuidit, celeriq; corporis ſaltu lapſum euadit: alium tamen †propè aſtantem ſaxi inuoluit immanis ruina. Hoc Cæſar intuens, acriùs incubuit ad murorum deiectionem, præcipiens maiore vi tormentorum impelli. Contrà ad exurendas machinas ignes iaciebãtur. Sed vbi murus ſolutus eſt, Caſtor cum ſuis quaſi in ignem ſe deiecit, dolo prętexens animi magnitudinem in contemptu mortis, cùm dolo turpi vitę effugia

†ducere

†propter

fugia captaret.

CAPVT XIIII.

VNVS iam murus, hoc eſt, tertius ſupererat, ſubuerſis duobus: adhuc tamen Cæſar reſeruabat patientiã, qui aduerterat iam ſibi perire, quicquid periſſet. Dum parcit, & prouocat ad deditionem, nõ expectato agmine, cum paucis irruens ſupra murum ſecundum, congregata manu Iudęi in anguſtijs plurimos ſauciauerunt: plerique etiam vtrinq; mortui. Tunc Cæſar eminùs ſagittis figebat reſiſtentes, inter confertos iacula nuſquàm eludebantur, nullus ictus ſine vulnere. Sic remouere ſeſe Iudæi cœpêre: & Titus ſuos recepit. Et fames iam vrbem grauiter inceſſerat. Iudæi tamẽ pro victoribus, quia ſe intra ſecundum murum receperãt, quaſi expulſis Romanis gloriabantur: ſed neq; lapſa reparare, nec lapſura defenſare poterant. Reſtiterũt tamen aliquantulùm. Pugnatum triduo ad murum ſecundum. Quarto die virtutem Romanã non ſuſtinẽtes, refugêre intra tertium murum. Cæſar ab irruptione interim temperari iu-

bet, subuerti tamen præcepit secũdum murum. Et quia supererat maxima belli portio, statuit, vt miles sibi cõueheret alimenta, ne victores inopia vrgeret, afficeret indigentia. Quatuor diebus sibi miles frumenta conuexit: simulq; idoneum visum est tẽpus, quòd Iudęi, si sibi consulerent, conuerterentur. Et populus quidem malebat, sed principes seditionis reputantes, quæ in plebem grauibus flagitijs perpetrauerant: dum nullum veniæ locum *sperarent, petire cum omnibus leuius arbitrabantur, quàm si soli autores perirent. Quinto itaq; die, quia nihil à Iudæis pacificũ deferebatur, gemino agmine Cæsar mœnia aggreditur: & duos aggeres attolli imperat, vnum cõtra *Antoniã *Antonium, alterum contra murum, qui erat contra Iohannis sepulchrum. Eo enim superioris vrbis excidia *petebat: Illo autem altero, si castrum expugnauisset, etiam tẽplo facilè potiretur. Quod nisi in suã potestatẽ deduceret, etiã vrbem tenere non poterat sine periculo. Diuiserat Titus exercitum in duos ordines. E diuerso quoque distribuerant

*sperant

*Antoniã

*patebant

buerãt sibi Iohãnes & Simõ officia defensionis: Antoniã defensabat Iohannes, Simõ cum armatis suis, & populo Idumæorum ad sepulchrũ Iohãnis speculabatur, atq; omnes obsidẽtium conatus de superiori loco, quibus poterat generibus eludebat. Et iam exercitatiores erãt, malis edocti occurrere machinis obsidionis, pluraq; genera sibi tormentorum & ipsi asciuerant, quibus Romanorum opera destruerent, cœpta impedirẽt. Quorũ Cæsar aduertens precipitem pertinaciam, admiscere operibus sermonem voluit, ne fortè desperatione veniæ peruicaciùs obniterentur, ac spe promissorum possent desistere. Suadere itaq; cœpit, ne se captæ vrbis excidijs inuoluerẽt, permitterentq; eã suæ potestati, quæ armis iam teneretur, & circumuallata obsidione premeretur ad excidiũ supremum, cedentibus se veniã daturũ: si modò vel sibi vel patriæ cõsulerent, ne tota ciuitas diueretur. Mãdat quoq; Iosepho, vt ipse patrio sermone ciues alloqueretur, † vt fortè contribules suos, vel ipse inflecteret, vt furori prio renũtiarẽt.

† si fortè

Qui

Qui licèt effusa Iudæorum in se odia nouissent, tamen quantùm à iactu sagittæ longiùs poterat, remotus à muris, ita verò vt posset audiri, profutura ciuibus noto sibi alloquio prosequebatur.

CAPVT XV.

†Fuerit Hebræum ingenium. †putabatis

FVerat †Hebræi, humani ingenij cõtendere pertinaciter, antequàm res ad supremũ veniret: dum † putatis vos loco & notæ regionis subsidijs fore superiores: licèt conuenerit Romanos, bello insuperabiles, armis non prouocari, à quibus sæpè victi sunt, qui vos vicerant: sed tamen habet hunc lapsum improuida mens hominum in rebus secundis, simul quia plerunque belli dubius euentus: & ideo se vnusquisque † forti committit virtute inferior. Postremò de muris speratis: Non putatis etiam vsque ad templi progrediendum euersionem. Parcite aris, parcite altaribus, parcite domicilio quondam cœlesti. Iam enim vos & Deus ipse deseruit, quia vos pietatis cultũ deseruistis. In medio templi bellũ pertulimus, circumfusi ignes templum ob-

Belli dubius euentus. †sorti

errant:

errant: sed non quales solebant, circũsistunt armati. Adhuc tamen purasà sacrilegio manus habẽtes, volunt Romani parcere, nec sacros contaminare postes, nec veteres abolere ritus, si vos sinatis: quid expectatur vlteriùs? duo muri euersi, tertius supereſt, & ipse infirmior lapsis duobus. An præsidium speratur diuinum, atque auxilium de penetralibus? Sed qui nos defendebat, ad hostem migrauit: quoniam quem nos colebamus, Romani venerantur, nos offendimus. Quis autem ignorat cum illis esse Deũ, qui sibi omnia subiecerunt, nisi quæ nimio æstu aut gelu inuia sunt? Et ideo extra Romanum imperium, † qui eadem extra vsum humanum. Diuersis populis Deum per vices dedisse potentiam: Primò Aegyptijs, pòst Iudæis, Assyrijs quoq; & Persis auxiliatorem fuisse nullus negat: posteà conuersum ad Romanos, cum his perseuerare. Deniq; cessisse illis vniuersa regna, omnem terram in possessionem datam. Quid vobis cum victoribus vniuersæ terræ, quibus secreta Oceani, & extrema Indiæ †parẽt? Quid at-

† quia Diuersis populis Deus per vices potẽtiã dedit.

† patent

texam

texam Britannias, interfuso mari à toto orbe diuisas, & à Romanis in orbē terrarum redactas? Tremit hos Scotia, quæ terris nihil debet: tremit Saxonia inaccessa paludibus, & inuijs septa regionibus. Quæ licèt belli curam videatur augere, & ipsa frequenter captiua Romanis accessit triumphis, validissimum genus hominū perhibetur, præstans cæteris: piraticis tamen myoparonibus non viribus nititur, fugæ potiùs quàm bello parata. Sed refertis, mori præstare, quàm libertatem amittere: Quando vobis ista Iudæi succesſit sententia? aut quādo apud Hebræos vtilis fuit seruitus, libertati inutili non prælata? Iacob ipse Patriarcha in Aegyptū deduxit Hebræos, ne perirent fame. Descenderunt Patriarchæ, simul duodecim filij eius, præclara illa generis nostri exordia. Ibi Iudas ille nobilis Iudeorum prosapia, qui nomen populo dedit. Ibi Ioseph curru sublimis & equis, subijcere se in potestatem maluit, vt aleret suos, quàm ad originis propriæ libertatē redire. Ibi Beniamin pia fraude germani retentus, consensit dolo: quia non

Saxones validissimū hominū genus.

Iudas Patriarcha, populo nomen dedit.

non erat crimen seruire potētioribus. Ibi hæreditas eorum, cùm vocaretur à Mose, tamen hęrere desiderabat. Sic Patribus vestris etiam dura seruitus non displicebat, vt periculis anteferretur. Seruistis ergo Aegyptijs, atque vtinā semel. Sed non solùm tūc seruistis, quando cœlestis escæ pluuijs alimoniā seruitutis extremæ prę ferebatis: sed etiam postea victi atque captiui descendistis in Aegyptum, cùm Assyrios refugeretis. Seruistis etiam Assyrijs per multa annorū curricula, & dulcis illa seruitus erat. Seruistis Macedonibus, Persis, Seleucensibus, Palestinis, solos Romanos vobis graues putatis, quibus & illi seruiunt, quibus vos seruiebatis? Vtrum igitur odium his debetis an gratiam, qui vos Dominis vestris pares fecerunt? vltionem vestri hanc non contumeliam puto, quia vos de his vindicauerunt, quibus subiecti eratis. Seruitio premitur Assyrius, qui Asiæ toti imperitabat. Arat Aegyptius Romanis, serit de suo, quod † ille metat. Macedonia, quæ vsque ad Indos deuicta Perside, imperium diffuderat, agnoscit

Potētioribus seruire crimen nō est.

† illis

agnoscit Dominos, quos ignorabat, & frustrà se Regibus suis Acacidarum nomen imposuisse reminiscitur. Certè non aliàs cessisse, nisi ad Romanorum triumphum, quibus & ipse Pyrrhus Achilleæ soboli, & prosapiam & vocabulum præferens, victus armis, ita se promerendæ pacis studio subiecit, vt veniam rogaret. Nam de Palestinis quid loquar, quos vnius præsidis potestas coërcet? Ingrati nunquid non vestra nobilitas est cum Persis seruire? hoc est enim seruire vobiscum Reges, regnumque maximum habere socium subiectionis: sed quæro, quando fueritis liberi, qui nunc seruitutem recusatis? Quando ergo liberi fuistis? vel cùm alijs dominatemini, qui sub Rege eratis? Habebatis Regem Deum, repudiastis regnum ipsius, sub quo solo eratis liberi, voluistis seruire hominibus. Cur Patrum reuellitis testamenta? hæreditas & in Patres contumax. Elegistis Regem, cui nomẽ Saul. Occiso illo, Palestinus vobis populus imperitauit: successit post tempora Dauid in totius populi regnum, mitior quidem

quidem †Domino, sed Dominus tamen: priusquàm requiesceret Dauid, genti tamen & ipse Regem imposuit. A Solomone rursus scissum in †duo regnum, & diuisa per lõgam seriem dominationis hæreditas. Vt transiliã captiuitates, Cyrus pleroſq; terris suis Iudæos, & sacris suis reddidit. Sed patres vestri cùm Persarũ prælijs grauibus atterrerẽtur, quanuis nobiles Machabçorum triumphis, elegerunt sibi Romanam societatem. Tenet scriptura diuina multarum pacta legationum. Facti estis Romanorũ amici, qui Persarum serui fuistis. Sed rursus maluistis Regẽ habere, quàm †sacerdotum Principem, cui populus obtemperaret, cùm seuitia vestrorum regum esset intolerabilis: defuncto Herode, pulso Archelao, sub Cæsare esse Romano postulauistis. Tradidistis vos Cæsari, cui †seruistis omnes ad mutandum in †melius seruitium. In communi enim conditione vniuersorum seruire, quædam libertas est: quoniam dignitate dominãtium honestantur obsequia seruorum: Quanquàm Romani seruitutem non exigãt

† dominus
† duos
† sacerdotẽ
† subiecti
† mollius

autores libertatis, quia non solùm immitem Regem necarunt, sed etiam superbum non passi sunt, & ideo augustum apud eos nomen est imperij, quòd augeat suos, non quòd alienos opprimat. Sed esto, sit vtile vobis, nō obedire imperio Romano, videamus si liberū, si non exitiale. Vrgent vos Romanę acies, vrgent patriæ ruinæ, vrget templi excidium: non quòd vtile sit, sed quod possibile, perpendite. Non enim vtilium species, sed possibilitatis ratio pēsanda. Lex nēpè naturæ cadēomnibus hominibus, volatilibus, feris, bestijs infusa, vt vnusquisq; cedat potētiori: taurus, leoni: ceruus, vrso: leopardo, caprea: aquilæ, accipiter: accipitri, colūba: ipsi tauro, iuuenci inferiores: atieti, ouium greges: hirco, caper: ne diuersi generis esse videatur aliqua distātia, vos *potentioribus. Romani tamēneminem expellunt, vos expulistis: imò illi agunt, ne quis etiam victus deterris suis exeat. Antiocho partem regni seruauerunt. Et nunc Cæsar quid aliud laborat, nisi vt terra vestra non deseratur, regio vestra non euacuetur, ciuitas non

Imperij nomē augustum.

Lex naturæ omnibus eadem infusa.

**potioribus*

non euertatur, templū non concremetur? Non omnibus victoria datur. Paucis præesse natura dedit, pluribus obtēperare. Tauri armētis eminent, arietes gregibus. Penes paucos eminentia, penes plurimos mansuetudo: Et vos induite māsuetudinem, suscipite subiectionem, quam etiā feræ induunt. Hæc cùm diceret Iosephus, conuiciabantur de muro. Maledicebant vtilia suadenti. Pleriq; etiam iaculabantur sagittas, si possent eum morte affligere. At ille, qui oratione non flectebat indomitos, scripturarum quoq; testimonijs conueniendos arbitrabatur: maximè quia dicebant Deum templi sui præsidio non defuturum.

Paucis præesse natura dedit, pluribus obtēperare.

CAPVT XVI.

TEmerarij, nūccine demum vobis diuinum auxilium affuturū speratis, quando permiscuistis omnia bello, altaria violastis, diruistis totius vrbis munimēta? Temerarij inquā, & vestrorum immemores auxiliorū, scuta & gladios parastis, & hoc aduersum Romanos. Non talibus armis vincere

solebatis. Quãdo enim in hasta & gladio fuit Hebræorum victoria? Recordamini vnde orti, & à quibus sitis profecti, quomodo patres vestri hostes suos vicerint. Temerarij, quem vobis adiutorem eripuistis, dum aliena subsidia deposcitis? Non in multitudine populi, sed in timore Dei pater Abraham penetrauit Aegyptum, & cùm abductę coniugis captiuam videret pudicitiã, bello tamen abstinuit, assumpsit piæ orationis arma, defensorem adhibuit, qui dormiente eo vinceret, & expugnato hoste intaminatam sibi cõiugem repræsentaret. Redit Sara sine armis, referens viro triumphalem victoriam. Dormiebat Abrahã, & torquebatur Pharao. Metuebat Sara, & Pharao crimen negabat. Eijciebat alienã, & dãnato crimine honorabat castimoniam, quã spoliare desiderauerat. *Additur aurum, & argentũ ad Saræ pudorem, vt condẽnaret voluntatem facinoris expertem. Rogabat patrem Abraham, vt pro sua ad Dominum familia deprecaretur. Erat enim infœcũda domus eius. Remeat Sara ditior saluo pudore,

Nõ in multitudine populi victoria.

*Addit

dore, reuertit Abrahã sanctior, qui cõiugalis pudicitiæ remunerationem sterilitatis remedio compẽsauisset. Quid de filio eius Isaac loquar? Is quoq; patrio fretus munimine, aduersus finitimi potentis insolentiam, non armatas produxit acies: & certè habebat CCCXVIII. vernaculorũ validam manum, quæ Reges quinque bello superauerat, spolijs exuerat, captiuum Loth Abrahę patruo restituerat: Non gladiũ vagina exuit, sed solam aduersum inuidentes patientiam induit, simplicitatem retulit. Venerũt rogãtes, qui exterminandum denunciauerant: poposcerunt amicitiam, qui finitimum nõ ferebant. Contremisco tanta Patrum recensere mirabilia: Iacob sanctus, Esau fratre parricidium minitante patriam reliquit, parentes deseruit, solius secũ orationis ferens viaticum, meritoq; in peregrinis locis cùm fratris metueret insidias, & hominum comitatu atque auxilio egeret, inuenit Angelorũ consilium, perductus (vt ait) ad castra Dei, colluctatus est Domino: & sicut dicit Scriptura: Præualuit Deo, q imparẽ se

hominibus arbitrabatur: Quid aliud Moses aduersum Regẽ Aegyptiorũ exercitum q̃; & dracones eius, nisi solam virgã leuauit? O potẽs virga, quæ cœlũ tenebris obduxerit, terrã imbribus inundauerit, siccauerit mare fluctibus: cinxerãt Hebræos Aegyptij, orabat Moses & nõ dimicabat. Diuisum est mare & populus intrauit, sequebatur Pharao. Moses inter fluctus positus orabat, demersus est cum suis Pharao, cãtabat Moses. Quis hæc & talia cõsiderãs nõ admiretur, & non intelligat in oratione nobis meliora esse arma quàm in virtute? Illa enim sibi diuinum auxiliũ adhibet, hęc corporis. Didicit hęc arma, q̃ non carnalia sunt, sed fortia Deo Mosi discipulus, atq; idem successor Iesus Naue, qui imitator & suppar magistri Iordanis aquas conuertit retrorsum: idem q̃; cùm inexpugnabiles Hiericho vrbis muros* viderat, sacerdotes tuba canere iussit, iubilare populum, quo facto repentè cecidêre muri, atque exusta ciuitas est, & omnes necati sunt, nisi quos Rahab bonæ meretricis fides à memoratæ vrbis excidio defendit.

*videret

Ge-

Gedeon quoq; trecentos viros ad bellum elegit, †eodemq̃ non arma præferre, sed mysteria præcepit. In manu leua hydrias aquæ plenas tenere, in dextra faces: qua specie perculsi hostes fugêre ilicò, atq; ad Hebræos victoria peruenit. Intermissa erat sacræ cura religiõis Heli sacerdotis negligẽtia, diuina imperia †deserebantur, irrogatum ab Allophylis prælium, victi Hebræi, capta etiam arca Dei est, & sine armis reddita illis. quo indicio claruit, quòd & sine religione arma non vincant, & religionem sine armis vincere. Ezechias Rex, infuso Assyriorum populo genti Iudææ, cum voce Rabsacis imperio Sennacherib Regis, quæ in Deum iacerentur conuitia, quæ populo, quàm suprema exitia denunciarentur, satis comperisset: insinuantibus, non verba verbis, nec arma armis referenda credidit: sed exurgens, cilicio se vt scuto induit: pro galea cinere caput texit: pro iaculis orationem intorsit. Ascendit oratio, descendit Angelus, cæsa per noctem Assyriorum CLXXXV. millia: cadauera numerauimus,

† eosdemq̃

† differebãtur

† vllis

percussorem non vidimus. Præterierã de quinq; Regibus, quos incõsulto Domino bellũ adorsos, per desertũ meantes, aquæ inopia vehementer afflictare cœperat, ipsosque & equos eorum sitis vexare. Necessitas prætermissum officium reparari coëgit. Erat enim Rex Israël negligens circa Dei cultũ, admonitus tamẽ ab alijs, vt Domini Prophetã requireret: cognouit Eliseũ ab ijsdẽ, in quibus degerent locis, non lõgè abesse, misereoratum *auxilium orationis, & remedia necessitati. Licèt offensus erat Regi Israël, quia perfidus non credebat, promisit tamen & hubertatem aquarum, & victoriæ celeritatem. Manare cœpit aqua per desertum, & sponte se sine vllis imbribus infudêre terris fluenta. Surgentes aduersarij, quos securos victoriæ somnus huberior laxata presserat solicitudine, subitò vidêre sole fuso rutilare aquas: fuerunt, qui inter Regum populos bellatum putarent, quorum sanguine terra *inũdaret *maderet. Itaq; in prædam festinantes passim sine ordine, sine modo currere, alius alium præuenire, sic præcipites in

*auxilia precationis

*inũdaret

in medium progressi hostium vallati, interfectiq; ingentem suis stragem dedêre: ita †oratus Propheta à Patribus nostris sitim pariter & metum depulit, idemq; aduersus famem auxilium tulit. Nam cùm obsideretur Samaria, atque †in eo clausus maneret Rex Israël, grauis eos vrgebat fames, vt ne à nefandis quidem alimentis abstineretur, cõuentus Propheta tantæ miseriæ deformitate, simulq; Regis nuntio qui putaret Prophetæ dissimulatione famem adoleuisse, respondit: Sequenti die, & hubertatem frumenti, & †vtilitatem videbis. Non credenti nuntio, dixit: ipsum quidem, quia non crederet nõ visurum, promissorum tamen fidem nõ defuturam: subitoque per noctem in castris Syriæ hinnitus equorum, currum fragor, quadrigarum currentium fremitus, armorum †sonitus auditu metum incussere victoribus, quòd in auxilium Hebræis multæ ac validæ gentes commeauissent, ac sese imminenti, vt arbitrabantur, periculo fuga eximere properauerunt. Nox cõsilium maturauit, terrorẽ auxit. Fugien-

†sanctus

†in ea

†vilitatem

†sonitus auditi

ribus itaque Assyrijs, omnes quas inuaserant copiæ, in castris die sequenti repertæ. Abundantia *vtilitatem creauit, *vtilitas fidem impleuit, mors incredulo ipsi quidem fructum eripuit, publicum tamen remedium non impediuit. Liquet igitur plurimos Partũ Duces, cùm minimè præliarentur, victoriam adeptos. Alios quoq; bello superiores fuisse, quibus consulentibus, bellandi ius oraculo permissum foret. Deniq; victus Amalech: sed cùm Moses manus eleuaret, vicit Iesus Naue, cùm Solem statueret. Vicit & Gedeon, cùm in aqua dimicaturos probasset. Sampson etiam, cùm adhuc intaminatum crinem seruaret: vicit & Samuel, sed cùm adiutorem lapidẽ figere proposuisset. Triumphauit Dauid, cùm Bethsabeam (hoc est, filiam Sabbari) *mysterijs suo coniugio propheticis* ministerijs copulauisset: vicit etiam bello ciuili, quod refugiebat illatum: non inferebat (nil enim bello ciuili fœdius) solus qui potuit inferre: vicit & Asaph prælio, sed posteaquàm desperantibus suis, quòd numero essent inferiores, dixit:

*vilitatẽ

dixit: nihil interesse, pauci an plures sit, cùm Deus paucos timentes se, pluribus faciat validiores. Bonus profectò fide, si vsque ad finem perseuerasset: vicit & mulier armis, quæ fidem Deo reseruauit. At verò Saul victus est, quia Dei præceptum non custodiuit. Vulneratus Iosias, quia contra imperium in hostem processit: Sanctus cæterùm, & ideo raptus, ne captiuitatem nostris debitam peccatis videret. Clamauit Nechao: non sum ad te missus, ferens eius fidei testimonium, sed inuoluit eum, sicut antè Amasiam, cõsortium degeneris societatis. Deniq; & ab homine Dei monitus erat, vt illos, quos ad belli societatẽ centũ argenti talẽtis conduxerat, dimitteret, si vellet vincere. Cui dubitãti, q̃ tãtum pretij amissurus foret, respõdit Propheta, q̃ haberet Dominus plura, vnde etiã argentũ eidem restitueret: quo fretũ cõductis renuntiasse auxilijs, viciſſe cũ pauciorib⁹, ne ipsum quidẽ Deo tãtæ victoriæ mercedẽ soluisse: sed ilicò ipsis simulachris, q̃ victor cœperat, detulisse sacrificia, quasi eorũ beneficio vicerit, quæ in

prædam

prædā captiuitatis redegerat. Sedechias ipse incumbentibus iam patriæ ruinis, per Hieremiam conuentus Prophetā, cùm hostili obsidione premeretur, vt vrbem egredi non metueret, victorem futurum, si cœlestibus imperijs obtēperaret: aut captiuum, si defendēdum putasset, infidelitate semetipsum & suos decepit. Abductus erat ab Assyrijs populus Iudæorum in Babyloniam, reliqui ad Aegyptios transferre se, qui refederant, deliberabant. Mādauit Dominus per Hieremiam Propheram, & cæteros, vt vnius gentis essent imperio contenti, ne geminata captiuitas ærumnam augeret. Verùm illi posthabentes oracula Dei, facti sunt duarum captiui gentium, qui vnius gentis iugo exire impatienter desideraverant. Itaque in Aegypto exules perseuerauerunt. At vero illi, qui in Assyrios ducti sunt, expleto tempore captiuitatis, quod pro peccatis populi Dominus constituerat, posteà Cyro imperante, remeandi facultatem adepti, reuerterunt cum gratia. Renouatum Dei templum est, Regum opibus Cyri & Darij, cætero-

rumque Persarum muneribus: ipsi itaq; qui euerterant, reparādi sumptum dederunt, restituerunt etiam ius Sacerdotum, cultumq; iuuerunt religionis. At verò nostri dum sacerdotiū inter se competunt, & apud Parthos ambiunt cōferri sibi memoratum honorem, de religione mercaturam fecerunt. Quid de Babylonijs querimur? Nostros experti sumus deteriores: Illi nobis reddiderunt *omne ius religionis, illi Sacerdotum creationem restituerunt, & nostri eam Persis refudêre. Illi sacerdotales infulas permiserunt nostræ potestati, nostri eas Babylonijs vectigales fecerūt. Quid adijciam cruētatum sacrarium sanguine, madere sacra limina, semiruta adhuc stare templi fastigia? Minor est circa nos ira Dei, quàm nostra contentio: illa nos captiuos fecit, ista sacrilegos: illa dissemināuit Iudæos, hæc sustulit. Conferte, si videtur, quid interfit inter captiuitatem nostram, & seditionem nostrā. Captiuitas nostra gentibus infudit nostrę religionis consortiū. Seditio nostra etiā Iudæis ademit religionis gratiā. Quis autem

*Omne, Aliàs deest

autem Romanos in Iudæã introduxit, nisi Hyrcani & Aristobuli contentio? Quis Sosium, nisi Herodes? Quis Antonium, nisi Sosius? Quis Cæsarem implorauit sibi Regem, nisi vos? Quis alius præter vos Antipatrum regno expulit, & libertatem in Antipatro? Et tamen non reprehendo, neque abnuo Florum in vos scelestè consuluisse. Sed querela Romanis deferenda fuit, non arma inferenda. Spreuistis Neronem, sed Vespasianus successerat: qui benignus natura, benignior tamen etiam studio esse potuit, quia in Iudæa imperium assumpserat: aut si non mouebat pietas, virtus certè eius vos debuit adigere, vt vobis consuleretis. Sed quomodo vobis non parceret, qui pepercit Iosepho? Cui enim infestior, quàm mihi esse debuit? Quis maiora aduersum Romanos munimenta extruxit? Quis studiosiùs pro patria decernendum putauit? Postquàm vobis †bellandi bellando complacita conditio est, bellorum quidem initia non probabam, sed susceptа non deserebam: restantur hoc Iotapatæ vrbis, quæ bellantem adhuc me texe-

†bellandi

Vide in hũc locũ adnotationes.

runt, fauillæ, bello non †desti- †*desitisse*
tuisse, me post eius ciuitatis ruinas delituisse, quoàd potui. In illo euersæ vrbis sepulchro pertulisse famem, ne Romanis me traderem: quæsisse veniendi ad vos effugia: sed deprehensum, non sponte egressum, maluisse perire cum meis, sed peperciisse Cæsarem: optasse vociscum potiùs, periclitari non quòd probarem consilium, sed quò eligerem periculi vobiscum consortium. †Gratias tamen Deo, quòd tanti scele- †*Gratia*
ris nõ incidi societatẽ, ne seditionum incentor existimarer: aut quia his misceri nequibã, parricidium, quod manu declinare poteram, vel morte implerem. Certè ne sanctissimam matrem pro me dilacerari cernerẽ, meorumq; dispergi viscera, quæ miseranda quidẽ, sed tamen tolerabilius est ea pati, quàm fecisse. Quid igitur adhuc expectatis? An signa maiorũ? Non ea nobis merita, non ea circa Dei cultum officia. Non ea Romanorũ quæ Assyriorum infidelitas, qui accepto pretio discessionis fidem fregêre: nec recedendum, sed acriùs ingruẽdum putarunt.

Quine-

Quin etiam vt ex accidentibus colligamus diuinæ motum sententiæ, Deum Iudæis aduersari certum est. Denique Syloa, quæ ante bellum sicca fuerat, & omnes extra vrbem fontium venę, quę diu fluere cessarunt, vt aqua nostro deesset vsui, nisi pretio quæsita: nunc in vsus redeunt suos, & Tito se aduenienti refundunt. Scaturiunt huberes venæ, atq; ita aquarum redundantium omnia replentur, vt non solùm exercitui largè ad potum exhuberent, sed etiam equis, bellatoribus aciumentis, pecoribusq; vniuersis, hortorum quoq; irriguis non desit aquarum abundantia, vt tanquàm adnitentibus elementis victoriæ Romanæ, largiores credas fundi meatus. Recognoscimus prodigia superiora, quæ etiam tunc nostræ vrbis præuenerunt captiuitatem: cessauit aqua Iudæis, refudit se hostibus, ne siti obsidio impediretur. Nec mirum est, si recessit à Iudæis diuina gratia, quos tanta flagitia circumuallarunt. An verò bonus vir plenum horroris nō refugit diuersorium? & domum suam deserit, si quid in ea cōmissum sceleris agnouerit? declinat indignæ habitationis consortia, execratur conuertantium iniquitates: & dubitamus de summo & immaculato Deo, quòd abhorreat tantorum cōtagia flagitiorum: & funestorum scelerum auersetur atrocitatem, nec demoretur in parricidarum cōciliabulis, qui Dathan & Abirom, quia Mosen & Aaron præripiendo sacerdotij munere lacessiuerant, separari ab innoxijs præcepit, ne pios aut macula cōtaminaret de cōsortio noxiorum, aut pœna inuolueret. Sed quid ego diutiùs sermonibus immoror, cùm plena horroris & gemitus omnia circumfundātur, templiq́ue excidium properetur, qui istud oculi spectare, qui sensus perpeti, quis tolerare potest animus? O saxis duriores, ferro rigidiores, qui in tātis rerum humanarum prodigijs adhuc inter vos tanquàm ad virtutis æmulationē de scelere certatis, & quod est grauius, vos ipsi patriam destruitis, atque eius augetis ruinas. Conuertimini aliquando, resipiscite, iudicate, & videte pulchritudinem patriæ, quam prodidistis, quę vrbs, quod tēplum, quę

Sanctorum domicilia, sacrorumq; penetralia, quæ Prophetarum opera vestris manibus euiscerantur? In hæc gs. quam flammas ducit, & sparsit ignes & incendia ministrat, nec vllo affectu mouetur? rupiũ si sentiret rigor, resolueretur. Certè & insensibilia plerunq; in maximis rerũ acerbitatibus sensus speciem †metiuntur, vt scopuli tremãt, & madentes sanguine guttæ fluãt. Vos autem immobiles perseueratis, †vt qd melius post hæc superfit, quid dignius quod reseruetis. Postremò si ista non mouent, quia apud pios præstantiora sunt, vestratũ saltem miseremini necessitudinũ, ponite ante oculos filiorũ vestrorum neces, aut ferro, aut fame: & his acerbiorẽ, vxorum & filiarum seruitutem, quibus tuta libertas erit, pacto deditionis, aut captiua seruitus vrbis euersione. Consulite dum licèt, ne grauiora post mortẽ relinquatis, q̃ ante mortẽ feciſtis. Nec ego liber ab huiusmodi periculo sum. Noui & ipse, qa cum vestris simul periclitatur sanctissima mihi mater, & chara vxor, haud ignobile genus, & quondã domus clara.

†mentiuntur

†ac si quid

Ac fortasse propter meos hæc me suadere arbitramini: occidite eos, & accipite insuper mercedem meum sanguinem, libenter hanc soluam mercedem vestræ salutis, si post me sapere potestis.

CAPVT XVII.

EA Iosephus cum lachrymis vociferatus, plerosq; de populo inflexit: vt ad Romanos confugerent, venditis quæ possidebant. Quos Titus quò quisque cupiebat, direxit: vt etiam cæteri prouocarentur Romanis se sine metu tradere. Confluebant itaque reperta egrediẽdi copia, securi salutis, si ad Romanos conuenirent: nec soliciti de seruitute, quibus libertas reseruaretur. Hi verò qui sequebantur Iohannem ac Simonem arbitros & incentores seditionis, magis scelerum pœnas, quàm aduersa belli reformidabant: ideoque intuta sibi refugia opinabantur. Nec solùm ipsi non audebant egredi, sed etiam insidias prætendebant, ne cui liceret è populo vrbem exire. Maiorque cura erat egressionem suorum, quàm Romanorum ingressus

Iohãnes & Simon incentores seditionis.

cauere. Tenebantur itaq; inuiti, & si quis deprehensus foret, graues pœnas dabat. Suspicio tenuis, grauissimæ causa mortis. Non argumentis veritas, sed supplicijs quærebatur. Si qui pecuniosi erant, afflicto crimine seditionis rapiebantur ad necem: si qui inopes, quia non habebant, quo se redimerent, mortiparebant.

†proditionum

CAPVT XVIII.

ETiam grauis fames sęuire, atq; amplius seditio grassari cœperat furore ac vesania: frumentum non reperiebatur, nullus panis in publico vsu. Sicubi esse compertum fuerat, ilicò domus expugnabatur. Iugulabatur ædium Dominus, vt frumenti conditor, quòd occultauisset. Rursus nõ repertis frugibus, quasi diligentiùs absconditæ forent, tormenta exercebantur. Optabant plerique mortis compendium, cùm eos aut fames afficeret, aut crudelitas excruciaret. Deniq; qui seniores erant occidere dedignabantur, inuidẽtes beneficium mortis, quibus iam vehementior carnifex fames, miserabili macie viscerib⁹ exesis nuda ossa

da ossa † tenuitate texerat. Spirabant †tenuicute
semineces solo adhuc spiritu, atque ægra trahebant cadauera, Sicubi purgamẽta holerum vel casu lapsa, vel quasi †reliquo
arida proiecta adspexerant, †reliqua inualidi corpore, ore lambebãt iacentia humi. Aut sicubi internata parietibus visa fuerat herba, rapiẽtes succo infœlici miseram solantur famem. Qui ditiores erant, mensuram tritici toto cẽsu emebant. Quid enim seruarent non profuturum? Qui pauperiores, vel ordei: ita vt nemo vendẽtem vel ementem videret. Hoc enim omni grauius scelere puniebatur. Neq; verò coquendi panis vsus expectabatur, ne mors pręueniret, aut mora proditorem arcesseret. In occultis abditi, incoctum mandebant triticum, quibus vlla vel exigua frumenti copia erat. Nulla mẽsa, nullum sedile, nulla lux: ne quis interueniret, atque † improuisos deprehenderet. Si sonus vllus, absondebantur cibi, suspectæ solitudines, frequẽtiæ parricidales, inter suos triste certamen. Omnem enim affectũ excludit fames, & maximè verecundiam. Esurien- †improuisus

tibus enim pudor dispendium vitæ, & detrimentum salutis est. Si quis vir, cui mulier esset, aut filij, aut nepotes, aliquid escę haberet, vix fatebatur: similiter & mulieres. At cui mitior animus, vbi appositiſſet alimoniam, de manibus eius extorquebatur. Miserabile erat cibus, esca lachrymabilis, rapiebant parentibus filij, parētes filijs, & de ipsis faucibus proferebatur. Plerisque aliorum vomitus esca fuit. Nec marcentia sumere vllus horror: aut verecundia, adimere suis vitæ vltimæ stillicidia. Et hæc tam infœlicis speciēs calamitatis metus erat, ne deprehenderetur. Clausis itaque foribus exercebatur, ne quis superueniret, qui de ore alieno cibum quæreret, & canum more vomitus alienos lingua sua lamberet. Sed ne hoc quidem impunè: nam vbicunque fores obseratæ, suspecta fraus alimenti absconditi. Prosiliebant ministri seditionum, clausa expugnabant, intolerabilia & nouæ crudelitatis exigebant supplicia. Nec ab ipsis quidem pudendis corporis abstinebatur. Per ipsa quoque pœna transibat, quòd in his grauior

Omnē affectū excludit fames, et maximè verecūdiā.

Noua & inaudita supplicia Iudæi perpessi sunt.

uior sensus pœnarum sit. Multi cùm iam percussores irrumpētes viderent, paratos rapiebant cibos, ne vel ipsi defraudarentur supremo viatico, vel certè futuram mortem vlciscerentur: & quò grauior videbatur crudelitas, non esuriebant ipsi, qui rapiebant cibos esurientibus. Rapinis enim sibi aliorum opes coaceruarant, & alienis conditis pascebantur: cùm ipsi qui *congesserant, esurirent, ieiunioque contabescerēt. Si qua materno affectu percita, miserans vagitus infantiæ, succum ciborum ore proprio vellet infundere, pij operis pœnas luebat, suspensoq; *ad ceruicem, vel hærente ad mamillas pignore, simul transfigebantur. Plerique etiam beneficium putantes mori, egrediebantur vrbem, vt herbas vellerēt, vel radices depascerentur, aut cortices arborum detraherent, si quid in his viriditas ad cibi solamina sumministraret, quos inuenientes Romani, necabant. At qui hostem euaserat, in ipso portæ ruebat limite, fame tabidus, & ore inualidus, quē iam & ipsa mandendi officia destituissent.

*congesserant

*à ceruice

Regressos quoque excipiebat feralior manus, quæ de gremijs miserorũ summo quæsita periculo, per acerbissimũ extorqueret nefas, nec partem reseruaret pro mercede saltem periculi. Moriebantur itaq; maiore suorum quàm hostium impressione. Ea enim quæ etiam hostis indulserat, ciuis eripiebat: nec rapuisse tamen istiusmodi cibum proderat, quippe non multò pòst virẽti corpore turgescentibus medijs, intimorum dolore viscerum quatiebãtur: aut aluo soluti deficiebãt exhaustis viribus, vt voti pœniteret, quod ad tẽpus solatio erat, pòst supplicio: dein lacertis viridibus, cæterisq; serpentũ generibus coctis exuuijs, pestẽ addebant. Nã equorum cadauera si fortè reperissent, inter se trahẽtes, prælio graui decernebant: nec ab hoste quidẽ, quæ coacerbarentur exitia feriabãtur. Namcùm se de vrbe plurimi, cum filijs ac mulieribus egredientes in eam partẽ, quę præruptorum profundo præcipitiorum sinuauerat, cõtulissent, Romani veluti captiua ducerẽt mãcipia, minoris præsertim ętatis velut validiorem ferirẽt, ne

Vide in hũc locũ in fine adiunctas adnotationes.

**serpẽtini generis*

**coacerbarentur*

**abducerent*

ne quis fortè bellãtibus obrepere auderet. Speculabãtur, vt si quis, cibi quærẽdi licentia, dum rimatur radices agrestium, ad vlteriora spatia prodiret, interciperetur. Nec tamen circumfuso licèt hoste, cohibere se poterant, quibus fames audaciam dabat: cùm paruos liberos macie consumi, & aperta fame ora frustrà extendi, ferre non posset affectus parentũ, quos socios sibi asciuerãt ad periculum, ne pro se quasi fugæ suæ obsides, à seditionis autoribus occiderentur. Cogebat fames egredi, quibus beneficium erat ferro perire iciunij cõparatione. Contrà Romani, quia contemptores mortis eos arbitrabantur, †vrgebant genera supplicioru, verberantes priùs, †affligentes quoq; patibulo crucis, quemcunq; offenderant, quò vel cæterorum temeritas cruciatuum specie à lacessendi insolentia reuocaretur. Miseranda itaq; passio Tito videbatur, tantarum acerbitas calamitatum. Capiebantur innumeri, quingenti fermè ad diem cruciabantur, camposq́ ante vrbem miserabilis pompæ ordine prætexebant, vt de mu-

†augebant

†affligẽtes

ris aſpicerentur. Miſerabantur Roma-
Quingenti Iudæorum patibulis affixi ſunt
ni, non mouebantur Iudæi: compatie-
bantur hoſtes, ſocij non flectebantur:
facilius apud aduerſarios pietas, quàm
apud ſocios reperiebatur. Tamen accē-
debantur pleriq; indignatione, quòd
in tantis malis deteriores fiebant, di-
uerſis modis afflictos cerneres: variaſ-
que pœnarum ſpecies, formas ſuppli-
ciorum tam innumerabili multitudi-
ne, vt iam locus patibulis deeſſet, pati-
bula corporibus. Furebat intùs Simon,
fremebat Iohannes, inſidiabantur ſin-
Tãta diſſẽſio inter Iudæos, vt facilius fuerit pietatẽ apud aduerſarios inuenire q̃ çonciues.
gulis per miniſtros ſuos: ſi quis fugere
tentaret, tractus per humum diſcerpe-
batur. Eorum quoq; qui abierant pro-
ximi † cruciabantur, aut cruci affixa
plerorumq́ue cadauera ſuis, qui elapſi
fuerant, oſtentabãtur. E diuerſo etiam
ipſi murum quadam patibulorum ſe-
gete prætexuerant, quaſi de aduerſarijs
triumphantes, ſi quos de ſuis ad Ro-
manos vello confugere deprehendiſ-
ſent, vt cæteros † tranſgrediendi metus
†trucidabantur
†transfugiẽdi metu
inceſſeret. Nullus locus immunis acer-
bitatis: foris captiuitas, intùs fames, for-
mido vtrobiq;: minùs tamen timeban-
tur

tur arma, quàm tormẽta, leuiusq; erat
cõficiꝰ tumultu potiùs hoſtico, q̃ patri-
cidio. Nec intermittebat tamen Cæſar
inuitare factionũ principes ad ſpẽ dedi-
tionis. Nanq; ſtructis aggeribus denũ-
tiabat, non longè abfuturũ operis effe-
ctum: imminere vrbi excidia, conſule-
rent ſibi, vt & ſalutẽ lucrarẽtur, & tem-
plũ incẽdijs eriperetur. Id quò faciliùs
Iudæi manibus amputatis in ciuitatẽ remittũtur.
crederẽt, amputatis pleriq; Iudæorum
manibꝰ dirigebãtur, ne volũtario trãs-
fugio trãſiſſe ad Romãos æſtimarẽtur,
& quaſi ꝓfidis nõ deferrent fidẽ, vel eos
ipſi necarẽt. At verò illi ꝓmonitione
ſedula, grauia retorquebãt cõuitia: fu-
neſtiorẽ ſibi humanitatẽ Cæſaris, q̃ cru
delitatem videri, quòd altera libertа-
tem eriperet, altera vitam auferret:
malle ſe liberos mori, quàm ſeruos vi-
uere, deuouiſſe animam ſuam in tem-
plo: immortalitatẽ futurã, ſi cum tem-
plo exuſti, aris ac focis patrijs immore-
rentur. Nihil egiſſe Titũ, eripuiſſe par-
ua, dediſſe plura, ꝓ tẽplo ſibi Paradyſũ
ſuccedere, illoq; ſe, q̃ pro tẽplo Dei pu-
gnauerint, transferẽdos, tantùm ne o-
culis ſuis triũphos Romanos viderent,
& capti-

& captiua iugo colla subijcerent. Consecrari paruulos suos, non interfici, quorum parentes cœlestium propugnatores fuerint Sacramentorum. Quo commotior Titus, vt eos saltem eriperet, qui inuiti attinebantur, admoueri iussit machinas.

CAPVT XIX.

Antiochus Comageni filius hortatur Cæsarē ad vrbis muros succidendū

ERat in exercitu Antiochi Comageni filius, qui venerat ad belli societatem, impiger sanè iuuenis, & manu promptus, sed consilio parùm prouidus, qui moderationem Romani exercitus lentiorem ratus, nec consideràs muneris difficultatem, insinuauit Cæsari, mirari se, quòd cunctarentur Romani murum succidere. Risit Titus, & ait: Commune est opus. Eo sermone iuuenis sese protipuit cum his, quos armatos Macedonicum in morem promptiores habebat ad bellandum. Nanque & alijs subnixus auenerat. Cohors tamen, quæ appellabatur Macedonū, & viribus corporis, & proceritate ipsa præstare æstimabatur. Quibus appropinquātibus bellum ado-

adoleuit. Contrà de muro promptiùs decernentibus, quos extrema vrgebant pericula, & successus præsentis certaminis animabat: cùm inferiores à superioribus frequentiùs trāsfigerentur, ad superiores non omnia peruenirent spicula, filius tamen Regis iuuenta alacris, armis munitior, comitatu succinctior, alios eludebat ictus, repellebat alios, quos etiam vt caueret suggerentibus socijs, instruebatur: & ideo integer à vulneribus perseuerauit: sed de Macedonum cohorte plerique; (quoniam pudori putabant, etiam naturæ aut munimentis cedere) pertinaciùs præliantes, *vulnerantur. Itaque conatu irrito cessere superioribus: docti etiam *viris Macedonibus si vellēt vincere, & alacritatem Alexandri ad præliandum esse necessariam, & vincendi cuentum. Namque ille cùm obsideret vrbem, morantibus cæteris, & circa solennes machinas immorante exercitu, appositis impiger scalis murum ascendit: fugatisque præsentibus, qui de muro repugnabant, solus se in vrbem deiecit. Nec erat temporis, vt ipse sibi

*vulnerabantur

*viri Macedonici

fine

sine comite portas aperiret, cùm vrgerent pericula: sed immodicus animus, ac victoriæ auidus, in hostem prosiliuit. Cessere agmina, sed quantos poterat solus prosternere? Deinde per diuersas vrbis plateas circumfundebantur hostes, si in vnam partem Alexander incumberet, alijs post se circũuallandi copiam daret. Retorquebat itaq; victor *ingressum suum, ne à populo circumdaretur. At illi conferti inter se, vrgere cœperunt, inhorrescere supereum telorum vis maxima, resultabat galea tinnitu, clypeus fragore saxorum. Ac ni metuentes Duci irrupissent Macedones, victor innumerabilium gentium intra vrbem exiguam fuerat oppressus. Fuit igitur alacritatis, quòd murum insiliuit, hostem deiecit, in vrbem solus triumphali saltu sese proripuit, impetu suo fugauit populos: fuit tamen etiam euentus, qui maximè Duci necessarius est, quòd tantis ingruentibus populis, tot sagittarum iaculis, tot ruẽtibus spiculis, nullus fuit lętali vulneri locus. Periculum itaq; virtus attulerat, mortem quóque alacritas

*gressum.

critas inuexerat, si euentus bellantem deseruisset: Ingressi sunt Macedones prorupta porta: sic temeritas victoriã inuenit, & euentus periculum in gloriam vertit. Noster quoq; Dauid cùm pugnaret aduersum gigãtes, † inuectus in hostem, à tergo percussorem habebat, sed *liberantem ictus suos comes Regis Abisai præuenit. Verùm Alexandrum euentus seruauit, Prophetam gratia.

† *tinten tus*

**CAPVT XX.*

CEdente itaq; Antiochi Regis Comageni filio, & cognoscente non quòd formidinis, sed cautionis esset Romani exercitus perpensa moderatio, vt aggeribus & vineis, arietibus quoq; & cæteris machinamentis murũ adorirentur, extruebantur aggeres per numeros opere diuiso: præcipui quatuor insurrexerant, ex quibus vnus è regione munitionis (cui nomen Antonia) per mediam ductus erat piscinam, quam Struthiam vocabant. Hunc aggerem quintus numerus triginta cubitorum in altitudinẽ fecerat, iuxta

*libratem Dauid pugnacum gigãte, 2. Re. 21. Ité anti Iosep. li 7. ca. 12. describitur

iuxta Iohannis sepulchrũ. Quibus è diuerso Iohannes princeps seditionum cuniculum suffodit, & Romanorum opera suspendit: ignorantibus his, qui latenti cuniculo Iudæi machinati sorent, quia futuris rabularum materia æquè subiecta, superiora cuniculorum suspenderat, fraus omnis latebat. Itaq; vbi opportunitas visa, ignem apposuere, qui adultus sulphure & pice, quibus illita erat materies, quę futuram cuniculo dabat, ligna omnia facilè cõsumpsit, incendiũ subiectorũ ruina secuta est. Itaq; Romanorũ opa subitò lapsa, sonitum ingentem dedêre. Puluere itaque & fumo repleta omnia, pluriműm tenebrarum obduxerant, maioremq; terrorem induxerat latens causa. Deinde vbi cõsumptis alimentis cęteris, quibus primò opertus erat, libet posteà ignis † eripuit, dolũ prodidit, & Romanis ad præsens quidem formido periculi diminuta, sed euacuati laboris graue successit tædium: simul quòd insultabant Iudæi, nõ mediocris angebat pudor: & in reliquũ parãdę expugnationis spes refrixit. At in parte alia bi-

quid

eripuit

duò

duò post, cùm iam murus ariete quateretur, Teptheus de Galilæa, Magassalus, & Iabenus, & Agyras direptis faci bus in machinamenta muralia prosiluerunt. Nihil his viris audacius, nihil terribilius eo bello ex vrbe in hostem processit. In medium nanque hostium proruẽtes non trepidauerunt, non retractauerunt, sed tãquàm familiarium suorum consortijs immorati, non antè remeandum putarunt, cùm vndiq; in eos pila, sagittæ, spicula iacerentur, quàm subiectis ignibus, adolerent obsidialium instrumenta machinarum. Concursus ingens Romani exercitus, vt incendiũ restingueretur: Iudæorum quoque clamor & studium, quo * sub texerant impedimenta, Romanis ne subueniretur. Illi arietes properabant flammis subducere, isti adhuc spargebant incendia. Vnde cõprehensis omnibus, quæ vri poterant, Romanos flãmæ circũuallauerant, nisi maturè cõsuluissent. Instabãt enim acriter Iudæi, atq; hoc ipso, quòd in ea parte conatus irritos non habuerant, successus audaciam alebat. Denique non contenti

Testeus in alijs, præsertim apud Iosep. li. bel. iud. & c. 12, ità loco Iabenus, Adiadenus, & Agyras Egiras.

** subtexerent.*

iam munimentis muralibus, vltrà p-
gtediebantur, atq; ipsas Romanorum
incessebant custodias, & ad castellum,
in quo prætendebant Romani vltrò e-
uersum, pertrexerāt. Et nisi Romani no
minis gloria, & militiæ vetus disciplina, quæ munia huiusmodi defereregna
uioris pœnæ arceret formidine, furen-
tibus repugnauisset; expugnatores vr-
bium ipsi proprijs cesserāt munitioni-
bus. Versa itaq; species belli, & vsus ob-
sidionis: catapultis, & velocioris gene-
ris iaculis sese defensabant Romani, vt
Iudæos repellerēt, quo ipsis antegene-
re resistebatur. Inter quæ Titus aduenit,
clamore excitus, & accersitus ad reme-
dium, Romanis cōtinuò vires additæ
præsēte Cæsare, & pudor aluit audaciā:
Clamante Tito graue Romani nomi-
nis opprobriū, si versa vice suos amit-
terent, quibus iam hostiū muri, qui di-
ruerētur, defecerāt, diffidentes Iudæos
munitionibus, sola niti temeritate sta
rent tantūmodò Romani, victoriānō
defuturā. Itaq; hortādo pariter ac præ-
liādo Titus statuit suos, auertit Iudæos,
qui non solùm animis ad mortem pa-
rati,

rati, sed ipso nisu corporis ingruebāt,
vt Romanos gradu mouerēt. Nec me-
diocre fuit periculū Cæsaris inter con-
fusa omnia, cùm ab hoste socius non
discerneretur, inter quæ Titus in me-
dio versabatur: audax iuuenta, & glo-
riæ cupiditate ad præliandum acrior,
quò celeriùs victoria consummaretur,
in secundis triumphi ponens curam
salutis.

CAPVT XXI.

DEpulsis tamen hostibus anceps
consiliū: alij reformādos aggeres,
reparandā machinamenta muralia o-
pinabantur: alij absistendum obsidio-
nis periculis suggerebant, deesse repa-
randi materiem, cōmune cum *multis *victis
periculum, muro claudendam vrbem
consultiùs arbitrabantur, vt confice-
ret fames *defectis subsidijs alimento *defectos
rum. Præponderauit huiusmodi sen-
tentia, vt clauderentur, ne liberos ex-
cursus haberent, quò ampliùs & despe-
ratione fugiendi, & indigentia cibi cō-
ficerentur. Diuisis itaq; per *numerum *per nu-
portionibus, properè murus surrexit, meros

quo per circuitum omnem inclusa est ciuitas. Distribuit officia suis Cæsar, vt noctibus quoq; custodiendi vices non omitterent. Prima vigilia ipse obeundi singulos custodiarum ordines munia curabat: secundam vigiliam Alexandro deputauit: deniq; per ordinem tribunis (prout cuiusque erat solertia comperta) vices mandatæ. Castellis erat murus per interualla intextus, in his manus militum prætendebat, vigiles ex æquo sibi somnos, & tempora vigiliarum sortiebãtur. Circũibant momentis omnibus murũ, per spatia quisque præscripta suo muneri, de castello in castellum: per ordinem, & munerũ vices nox frequentabatur. Præcisa vndiq; spes ludęorum, clausisq; se infuderat fames, atque in ipsas populi medullas descenderat. Personabãt omnia gemitibus deplorantiũ miserabilis mortis supplicia. * Repleta erant vniuersa seminecum cadauerũ: & si paululùm expectares, intra momentũ deficiebãt, quos viuẽtes repereras. Ipsi quoq;, qui adhuc spirabant, macie confecti imaginem mortis gerebãt. Exhausti fame, &

*Repleta erant vniuersa semineca

& tabe luridi, nec oculos quidẽ faciles attollere: quia nullum vigorem naturalis motus, consumpta ieiunio substantia, dabat. Figura sola hominis remanserat, vsus interciderat. Simulachra cerneres, officia desiderares. Arida cutis siccis hęrebat ossibus. Si leuis motus viuẽtem proderet, fœtor redarguebat: exiles artus & color ita niger, vt vmbram putares. Nec humãdi miseris officia suppeditabant, exhaustis primò omnibus, & continuò morituris. Et si cui vires aliquas recentior cibus dabat, congestio cadauerum spem ademerat, impossibilitatem incusserat. Plerique etiam condendis suorũ funeribus immoriebãtur, & inexpleta supremi muneris officia, suo quoq; obitu derelinquebant. Ruebãt super defunctos, quos susceperant muniendos, vt ipse quoq; oneri accederet, cui leuãdo aduenerãt, indigens eius ministerio quod alij deferebat. Nec erat vllus dolori locus in communi omnium calamitate, nisi quòd autores tantæ miseriæ superuiuerent, nec tẽpus querelæ liberis quidem iam vocibus, si loqui possent. Quid

enim sibi iam morientes timerent, sed tamen mutis iam sensibus aspicientes templum, quasi inde vltio tam diri exitus deposceretur. Aruerant supremorum *numerum lachrymæ, quia omnem affectum vis mali clauserat. Obriguerat animus, omnis sensus hærebat, plusquàm lachrymanda tolerantibus: deerat iam terra tumulis, defossis omnibus intra vrbem locis, quæ potuerũt dare vsum sepulchri. Tentabant aliqui inter duos muros, nouum ostium, veteremq; vrbis procedere nocturno silentio: periculosa licèt, pia tamen furta persuaserãt. Itaq; pro vno plures insepulti iacebãt, & eo quòd vni deferre gestierãt, prò *bonorũ munere defraudabantur: sed etiam vbi hostis deerat, fames operabatur. Sepultor plerunque præueniebat sepeliendum, & tumulo eõ, quem alij parauerat, includebatur subitò exanimis: et lapsus cùm defodit, velut quodã studio operis sui, ius vindicabat. Et vbi terra deerat, tabulata innectebãtur, vt defunctorũ cadauera lotulis includerẽtur. Plerique eos sibi ipsi parabãt manibus suis, ne deficeret huiusmodi

*munerũ

*bonorũ operũ munere

iusmodi ministerium, atque in his sese sæpè spontè cõdebant, suspecti ne mors præueniret, & sepultor deesset. Silebãt omnia metu, inedia vocem ademerat, ciuitas plena mortis, & nullus eiulatus in exequijs totius vrbis: & cùm sensus quidem doloris interierat, iniuria nõ desistebat. Non deerant etiam in tantis malis, deteriores omnibus, violatores etiam sepultorum. Quid dicã, non horruisse cùm illuderent mortuis, & gladiorum suorum aciem in defunctorum cadaueribus prętẽtarent? Nonnulli etiam viuentium adhuc † vrgendis corporibus experirentur, si tela sibi acuta forent, & hic tamen vsus plerisque rogantibus denegabatur, vt miseros ad grauiora supplicia fames depasceretur. Nequaquàm tamẽ vltio morituris deerat: nam quòd viui non potuerant, vindicabant se mortui, vltorem sui fœtorem creantes, quo se de latronibus vlciscerentur. Qui grauiter sæuientes quærentesque remedium, speciem quandam pietatis induerant: etiam ipsi, qui latrocinabantur, vt eos de publico ærario sepeliri iuberent.

† figendis. alij viuis † præacuta

Sed vbi nequitum occurrere, de muro defunctorũ reliquias in profunda præcipitia deijciebant: Itaq; aſpiciens Titus præruptos ſpecus plenos cadauerũ, ſaniem* delaceratis viſceribus innatãtem, altè ingemuit, & manus ad cœlũ eleuans reſtabatur, haudquaquàm illud ſibi aſſcribẽdum, qui voluiſſet veniam dare, ſi deditio procederet, expectaſſe ſe vt pacem rogarẽt: paratum ſe vti incolumes ſeruaret, ſi bellum depoſuiſſent: iubet itaq; aggeres rurſus iacere, etiam, non propinquantibus ſyluis, quia ſucciſa erant omnia ſuburbana nemora ſyluarum. Vehebant materiem milites, ſpe victoriæ ſolantes laborem. Nec tamen frangebantur animis principes ſeditionum. Furebat Simon, nec tantorum mortibus exaturatus cedebat, & quia inimici deeſſe cœperant, in ſocios conuertebatur.

*dilaceratis

Matthias à quo in vrbẽ receptus eſt Simon, occiditur.

CAPVT XXII.

DEniq; nec Matthiã quidem, quo autore in vrbẽ receptus eſt* excruciatum necauit, nullius apud ſe conuictum flagitij, ſed in ſimulatũ proditionis,

*inexcruciatum

nis, & ſuſpectum cõſilij, quod in vſum plebis ſedulò, & ſine vlla fraude, tanquàm familiari crediderat inſinuandum. Id altè impreſſum aliquandiù tenuit, nec iam ſe vt amico credidit, ſed aluit indignationem, indicio diſſimulato, ergo inſimulatũ apud ſe, quòd cũ Romanis ſtudio cõgrueret, & conueniret, rapi cum filijs iubet. †Accerſitur, nec defenſionis vlla copia datur, ante examen adiudicatur ſupplicio, nec eius ſoboles excipitur, ſed pœnæ adiungitur. Orabat non vitæ vſurã, ſed mortis celeritatem, naturæ ordinẽ, vt prior occideretur, ne filiorum neces ſpectaret, nec ſuperſtes eſſet funeribus liberorum ſuorũ, ipſe cõtinuò funus futurus: nõ impetrauit, quod ipſa pietas exigebat, etiã ſi non rogaret: †Hoc rogabat ſibi reddi pro munere, quòd ei vrbẽ aperuiſſet: reus quidem patriæ, ſed cõciliator Simonis. Debuerit ille hanc pœnam ciuibus, debebat tamen ei Simon gratiã. Quo crudelior, qui nec amico pepercit, nec patrono receptionis ſuæ pœnã relaxauit. Ducitur ad ſupplicium pater cum tribus liberis: nã quar-

†arceſſitur

†Et hoc

tus fuga se exemerat. Statuitur in conspectu Romani exercitus insultationis specie, vt supplicium eius viderent, ad quos egredi desiderasset. Liberent te itaq; si possunt, amici tui. Deducuntur & filij, nec suprema liberis oscula dare, nec vltimo complexu filios suscipere permissus: non fraudatus tamen vocis †paternæ libertate, miserabili filios alloquio prosequebatur. Ego filij vobis hostem induxi, ego carnifices adhibui, quando Simonem ingredi in vrbẽ rogaui. Ille dies nobis mortis huius, ille parricidalis causa spectaculi. Merui fateor, nec culpam excuso: dum vnum reprimere gestio, accersiui deteriorem. Ad auxilium Simon petitus, & ad parricidium patriæ cõuersus: sedula consilia in crimen deduxit. Rei fuimus patriæ, qui defensorem quæsiuimus. Et rectè quidem soluimus pœnam imprudentiæ, non tamen perfidiæ. Absoluit nos Simon ipse, dum perimit: qui pronuntiat nõ sibi à me donatũ, sed patriæ contuitu petitum, vt contra Iohannis sæuitiam auxilio futurus, quàm primùm adesset, & Idumæos induceret.

†patria

Matthias, phibitus oscula dare mox morturis filijs, verbis deosculabatur.

†sumus

Puta-

Putabamus, duobus interse conferentibus, liberam plebem futuram. Quis mihi crederet, non tibi id meo studio detulisse, sed de malis, hoc tolerabilius æstimauisse, nisi tu occideres? Sed quid ego sic loquor, quasi crimen excusem? Nihil sanè mea sententia grauius facere potui, quàm quòd te in ceruicibus nostris locaui. Sed in eo patriæ reus, nõ tibi fuerim. Debuerim ego ciuibus mortem, sed tu mihi gratiam. Debuerim patriæ pœnam proditionis, quòd te induxerim. Tibi quando proditor esse cœpi? Si fugiendum putassem, cõsuluerami mihi, non violauerã patriæ necessitudinem. Quis enim hostẽ non defugit, & hostem internum? At te ciuem putauimus, sed hostem inuenimus. Ad auxilium petitus, quid rependisti? Quid antè pollicitus? & quò posteà conuersus? ingressus eras, vt hostẽ expelleres, nõ vt hostẽ exerceres: vt †phiberes ciuiũ neces, nõ vt ipse adiũgeres: vt latrocinium repelleres, non vt ipse latrocinareris: sed vt subuenires innocenti populo. Cur in ipsum tua arma vertisti? Antè latrocinio †appetebantur,

†conferentibus

Expostulatio Matth. contra Simonem.

†appetebatur.

bantur, tu bellum intulisti. Antè pauciores ad mortem rapiebantur, tu strages populorum fecisti. Quis proditor patriæ, quis Romana arma plùs iuuit, nisi qui extinxit patriæ propugnatores? Nisi qui eripuit tantorum ciuium defensionem? Nisi qui ab hoste in socios detorsit mucronem? Hostis extra muros pacem offerebat, tu intra muros prælijabâre: ille obsidionem volebat soluere, tu expugnationem approperabas: Ille prohibebat incendia nostræ vrbis, tu flammas in ipsa templi iaciebas fastigia: Ille nostrorum contuitu Sacramẽtorum inducias dabat, tu per ipsos sacrorum dies altaria Dei supremo vrbis excidio, Sacerdotum quoque sanguine restinguebas: Ille muros, tu templum obsederas. †Coacerbabo crimina mea. Ego patriæ manus intuli, ego tuum furorem armaui, ego hæc vniuersa deliramento quodam senectutis †initia impressi. Agnosco dementis ætatis imprudentiam, Confessione leuemus pudorem, quoniam negando peccatum exuere non possumus. Duo præ cęteris excidium patriæ acceleraui-

Expostulatio Matth. contra Simonem.

†Coacerbabo

†exitia

mus: ego erroreconsilij, tu proposito parricidij. Pendo igitur, patria tibi †debitas pœnas: & hoc ipso Simoni gratias ago, quòd cineribus tuis superstes non ero. Atque vtinam non liberis essem superstes. Sed ad sceleris tui Simõ acerbitatem, filiorum necis spectator adsisto. Merui fateor, † quia Iohannem †qui pictum videre non potui, & te armatũ elegi. O præcipitem senectutem: imaginem timuimus, tyrannum expetiuimus. Ego fideiussor tuus, ego deprecator tuus legationem pertuli. Ego te Dominum rogaui, percussorem introduxi. Spectemus ergo quæ fecimus: Iohannis nos cera terruit, Simonis latrocinia delectauerunt. Acceleretur itaq; pompa funebris, veniat carnifex, filios ante ora patris, patremque obtruncet super filiorum cadauera. Hauriam miserabilis senex ictum carnificis, super colla pignorum sæuam † vibrantis securim. Quo spectaculo nihil funestius, nisi ille qui iubet: Crudelis scelestę, facio, quod præcipis, facio, sed inuitus. †Habet tamen consolationem tantæ calamitatis. Patior, quicquid miserrimum

†debitas

†librantis

†Habeo

mum est, dum tu iusseris. Quicquid est immanissimum subeo libenter, te arbitro. Implesti mensuram scelerum seuissimorum, liceat saltem effari libe-
Sit vllus vltimis locus oculis. ros, extremum pignoribus Vale dicere. *Sit vltimus locus oculis, quæ nobis etiam cum feris communia sunt. Non prohibebatur miserabilis amplexus naturæ, quem etiã defunctis potest casus donare. Quod igitur ad pœnam præcepisti, proficiet ad pietatem mihi. Cadam super funera mea, & insepulta adhuc velut quodam corporis mei cespite, tegam, ne discerpãt volucres, aut feræ deuorent. Lambam lingua patria sanguinem meorũ pignorum, & meũ diluam, ne lambant bestiæ. Et fortasse addet hoc pietas, & miseratio naturæ ipsius: vt arctissimo amplexu moriens, liberos meos stringam: ne tu separare possis, cùm velis. Certè si separabis corpora, animas tamen non separabis. Sed satis iam lachrymarum, viaticũ sumpsimus: Præite filij, & secuturo patri viam parate. Si potuero consequi, comitabor simul, & erit illic impedimẽto senectus, quò viuentes iuuenes minùs

nùs consequar. Ad mansionem præcedite, vt fessum patrem suscipiatis diuturno hospitio. Volui quidem præcedere ipse, & rogaui, sed non impetraui, tamen † quòd innoxij estis, eò meliora vobis hospitia deferentur, quàm si ipse accersitor Simonis præuenirem. Grauat me illa legatio, licèt à ciuibus mãdata, petente populo † suspecta. Præcedite ergo filij, mundiore supernum iter carpentes vestigio. Et Machabæi matrem præuenerunt: sed illi ad præmium, † vos ad supplicium. Spectauit tamen pia mater morientes filios, & supra suorum se volutans sanguinem, vidit complectentes se inuicem fratres naturæ necessitudine, & suo lętabatur triumpho, quem de tyranno consequebatur. Diuersa quidem patientium merita, sed eadem sæuitia vtriusque præcipientis. Inuenit hoc Antiochus Persica immanitate. Apud ipsos enim nouorum sunt commenta suppliciorum. Tu executus es, ille tamen seruauit vltimã matrẽ ad persuasionem regię volũtatis: tu seruari iussisti patrem ad cruciatũ paterni doloris.

† quò

† suscepta

Iubet Mat. liberos præire ad mortem exẽplo matris Machabæorũ.

† nos

Con-

Consolamini vos filij charissimi, patimur nos, quod passi sunt martyres. Simon statuit, quod persecutor barbarus inuenit, tyrannus præcepit. Proficiscamur igitur volentes, & fugamus conuentus latronum. Sanè cùm in illã perpetuam domũ †discesserimus: si qui ad nos venerint, qui requirant, quid agit ille quondam Dei populus, quid illis respõdebimus? Maximè si vobis, vt potè iunioribus, integer æui Ionathas, mihi Saul, vtpotè peccatori occurrerit. Quid (inquam) dicemus, nisi populum illum Iuda nouellũ dilectum, quẽ mare fugit, cui sol stetit, cessit Iordanis: populum (inquam) illum, cui peruius fluctus fuit, aër fertilis, terra cœlestis: quæ non vt † vestra hæc terra, speciem corruptionis induerit, sed resurrectionis gratiam assumpserit: seruire nunc Idumæis, & subiectum esse Simoni latronum principi, nec seruituti ipsam habere securam, nec periculũ cum libertate. Quid ad hæc respondebimus, qui elegerunt bello perire, quàm libertati patriæ superuiuere? Quid etiã Matathiã respõsurum Machabæorum auto-

† discesserimus

† nostra

autorem, qui * voluit obseruando legem sabbato feriatus mori, quàm præliatus viuere? Si audierit quomodo Simon, non solùm sabbato cædes ciuiũ innumeras agitauerit, sed ipsos sacerdotes Domini, neomenijs & omnibus sanctis festæ celebritatis diebus iugulare coëgerit? Quantum ingemiscet Iechonias, cùm audierit Simonem, qui seditionibus primò vrbem euerterit, cæde ciuiũ violauerit templi vetustam religionẽ, conuentum toties, vt sui deditione, vrbem exueret incendio, malle perire omnia excidio, vrbẽ, tẽplum exuri, plebem totã interfici, ne occupatæ inclinet dominationis fastigium. Quantum (inquã) dolebit Iechonias, licèt tempore malorũ vrgentiũ minùs fœlix imperio, melior tamẽ filio? Pater.n. sibi minùs fœlix esse, quàm patriæ, licèt miserabiliter, piè tamen maluit. Itaq; se cũ sua ,psapia, egressus vrbem, Babylonijs obsidentibus in seruitium dedit, ne euersam patriã, ne populum Dei captiuũ videret. Filius autẽ ærumna pari, sed affectu impari: dũ sibi metuit, & se in exiliũ, & vrbẽ in excidi-

* maluit

um deduxit. Hic itaque infœlix patriæ, nec ſibi fœlix: q & liberos ſuos & oculos amiſit: ille aũt prudẽtior, qui captiuitatem ciuiũ ſua redemit captiuitate. Deniq; id exitus docuit: iſte in regno ſenior, ille iunior in ſeruitio defecit, quanuis ei poſteà thronũ regium, Babylonius Rex iuxta ſe conſtituerit, & conſilij detulerit prærogatiuã, miſeræ calamitatis ſolatia. Deniq; tolerabilior iam mea ſors eſt, * poſt liberorũ necem mori, q̃ viuere: vt ſcias, quàm crudelis ſit, qui filios ante ora patris iugulet. Cuius etiam regalia munera deteriora ſunt, quàm pietatis vulnera. Aut enim tam impia inferre primò nõ debuit, aut tam honorata poſteà ſubſtituere, quaſi quæuis dignitas redimi poſſit filiorũ amiſſione, aut cõpenſari cædes ſobolis quouis vſu honoris: nulla profectò, nulla dignitas tantum dolorem alleuat. Nullus honor curat hoc vulnus, niſi ſola mors, quę ſenſum adimat, recordationem auferat. Feſtina ergo percuſſor, remorare tamen, dũ liberos video, dum priuſquàm moriãtur, aſpicio, ne quis ætatis forſitã immaturi-

poſt liberã mortẽ mori

Crudelis eſt q̃ filios ante ora patris iugulat.

turitãte turbatus, mortẽ timeat, cùm ſæuiorẽ euadat tyrannũ. Beneficiũ eſt filij mori, ne patriæ videamus captiuitatem: tolerabiliora corporis q̃ mentis vulnera. Iam tolerabiliùs & veſtras neces ſpecto, quas refugiebã, ne ſpectem neces in cõmune omniũ, ne videã patriæ buſtũ, & totam vrbẽ ſepulchrũ eorum. Beatior tamen, q mortuus fuerit, q̃ qui reſeruatus. Summe Deus, ne inter innoxiorũ greges ſternatur Simõ cũ liberis ſuis, ſpectet captiuꝰ q̃ intulit: imò minimè, minimè inquã, nã q̃ poteſt cogitare, poteſt ferre, nec tamẽ ea imprecor. Conſideret, q̃ grãde nefas ſit, quod nõ poteſt vel voto retorquere, qui patitur, q̃ acerba vltio, quàm ſæua cõmiſſi ſceleris immanitas, quod optat patriæ captiuꝰ ſuperſtes, quia peiora ſunt vitæ ludibria, q̃ mortis ſupplicia. Sed iã finis verborũ ſit. Feſtina carnifex, dũ cruentum ſangine filiorũ gladiũ geris, † percute patrẽ, vt nullꝰ refrigeret. Hoc ſolùm morituro medicamẽtũ eſt: hoc ſolo nõ ſentitur ictꝰ mucronis, dolor vulneris. Percute ſub conſpectu Rõ. exercitus, ſicut imperatũ eſt, vt ſpectẽt vindicaturi.

† *percutere vulnus*

Misereatur hostis, quia socius non misereretur: Iudicent Romani, quia Simon occîdit sine iudicio: testes sunt ipsi, me non proditorẽ patriæ, sed defensorem fuisse, qui pugnantem viderunt, non deserentem. Liberis ego meis, si potuissem, hostem auertissem, non hostẽ †aduocasse cersissem: atq; vtinã nec Simonem accersissem. Nec finis vllus adhibitus tãtæ crudelitati. Iacebant adhuc cum patre insepulti liberi: adiungitur & sacrilegium spectaculo parricidali. Cęditur Ananias sacerdos, claro genere ortus, licèt nemo clarior sit splendore generis, quàm munere religionis. Illo enim affectatur nobilitas, hoc non desideratur. Habeat sibi vetus prosapia diuersorum fasces honorum, habent & sacerdotia suos fasces: qui eleuãtur non humeris, sed moribus: & attolluntur non virgarum proceritate, sed laborũ perseuerãtia, fidei altitudine, pietatis fastigio. Percussus est etiam scriba Aristeus claræ & ipse originis: & cum ipsis alij de plebe quindecim præeminentes cæteris, licèt iniustam necem, non nobilitas faciat, sed innocẽtia. Præoccupantur

Ananias Sacerdos occiditur.

tur etiam viri vndecim, qui pariter cõspirauerant, commoti scelerum eius atrocitate, & sibi quisq; meruentes, quę in alios exerceri videbant, quòd infidelis etiam amicis foret, & spes ademptæ, populante vniuersos fame, Romanis iamiamque irrupturis: turbato Simone ad opem defensionis, bacchante ad officinam crudelitatis, faciliq; illecebra proditionis, quòd Iudas vnus ex ipsis turrim tuendam susceperat. Is igitur cùm Romanos vocaret, traditurũ sepollicens turrim, fastidientibus alijs quòd tam serò proditio procederet, alijs dubitantibus, quia frequenter promissa deditione dolum parauerãt, pręuenit Simon, & de vniuersis conspirationis socijs pœnam exegit: corpora quoque eorum de muro præcipitata.

CAPVT XXIII.

CLausus tenebatur Iosephi pater, nec † vllus ad cũ accessus patebat. Eò studiosiùs Iosephus ad deditionem inuitabat Iudæos, & inconsultiùs murũ successerat, vt liberaret patriã cũ patre.

†vlli

Iosephus ad deditionē hortās Iudæos, graue vulnus accepit, & cū mater eius resciuisset miserrimè exclamauit. iactis

Quo loci saxo caput percussus cōcidit: ac penè iactatis desuper telis oppressus fuerat, ni præcepto Cæsaris missi forēt, qui eum protectum clypeis eriperent neci. Comperto mater filij sui vulnere, & insultātium latronum cōsternata vocibus, mortis eius formidinem simul & fidē induit: miserabiliter quoque deplorare occœpit: ad hos fructus fœcunditatis se reseruatam, vt nec officio viuentis filij potiretur, nec sepeliret defunctum. Voti quidem sui fuisse, vt ipse potiùs matri sepulturam daret: inter eius manus supremum exhalaret spiritum. Ille frigidos artus deficiētis foueret, ille vltimos ore anhelitus legeret, ille oculos morientis claudere, ille spirantia adhuc ora componeret. Sed quia voto exciderat, solatium fuisse, si vel ipsa interesse potuisset filij moriētis supremis. Miserabili quidem sorte, sed tolerabili tamen, vt quē superstitem optauerat, eius vel funus teneret. Veruntamē vel de muro, inquit, spectare mihi mea funera liceat: & si contingere nō licet, vtinā quidē nemo arceret. Sed quem metuā tanto destituta fi-

ta filio? Quid pertimescam, cui beneficium est mori? Vtinam in me tela sua omnes cōtorqueant, omnes gladio me transfigant, quod viuens non potui, mortua saltē filij mei corpus veste mea protegam. Abundat vnius vestimentum ad sepulturam duorum: & fortasse quisquā hostium miserebitur, vt amictu filij matris oculos tegat, & oculos oculis, manus manibus, ori ora cōnectat. Proripiēs itaq; se ad muros, cœlum ipsum miserabili questu replebat. Insultabant sui, flebant Romani: apud socios crudelitas, apud hostes misericordia. Figite (inquit) me, si qua est pietas, ego genui quem persequēdum putatis. Ego infœlicia hubera dedi, me extinguite, si de illo vindictam quæritis.

CAPVT XXIIII.

DVm illa deplorat, ecce ad vocem matris processit Iosephus, & deflere cœpit quòd euaserit, cui dulce fuerat ante patriā mori, & pro patria dum salutaria suadet, procumbere. Sed iam non pro parentum contendere salute, qui depositi æuo cùm in carcere

vitæ finem ſupremum exigant: Liberantur, ſi moriantur: ſed pro ara, pro tẽplo, pro ſemirutis adhuc vrbis mœnibus trepidare. Obtuliſſe ſe vulneri, ne patriam euerti videret. Qua excitati querela, pleriquead Romanos tranſeundum rati, qua potuerunt via, ſubtraxerunt ſeſe inſidijs latrocinãtium, & cuſtodijs † prorendentium. Quibus quidem Titus miſericordiam promiſ. ſam ſeruauit, ſed alia grauior ærumna accidit. Nanque vbi data alimenti copia, cœpit oneri eſſe cibus, qui priùs v. ſui erat, deſuetisq; edendi officijs, miniſterium feriabatur. Nulla vis dentiũ, vt cibum mãderent, nulla arteriarum ſubſiſtentia, panem arrodere nullo poterant modo. Si quid ſanè ſorbuiſſent molliorisalimoniæ, intercluſis iã faucium meatibus, ſtrangulabãtur. Obriguerãt interiora viſcerũ, obſtructi erãt ductus ciborum. Aruerant iecoris venæ, quæ cibos attrahunt. Perierat vſus, auiditas cumulabatur, virtus defecerat, appetentia manebat. Ruebant ſupra cibos miſeri, & inualidos morſus, more infantium meditabãtur. Pleriq; viſis

† prorendentium.

viſis alimentis, ipſo gaudio deficiebãt, atq; inter exoptatos ſibi cibos moriebantur: ſolati miſeriam, quòd votum impleuerant. Sed erat pompa lachrymabilis, cùm plures à cibo ad periculũ ſurgerent, quàm ad ſalutem, vt & victus noceret. Inflabantur enim inſolito cibo corpora potiùs. quàm reficiebãtur, & quaſi quodam † hydropiſis morbo, diſtẽta cute pœnas dabant. Et ſi quibus vlla adhuc virtus edendi, auiditas modum neſcia, quod ferre non poterant, ſupra mẽſuram ingerebat, repentino cibo farti dirumpebantur. Quid enim graue non erat, quibus erat grauis & ſolus affectus, vt obeſſet vidiſſe, quod deſideraverant? Incapaces enim affectuum per longam famem, opreſſit etiam ſenſus naturæ: & ipſe gaudij motus grauauit. Nihil igitur mirum, ſi exhauſtis periculo cibus eſt. Denique poſt biduanum ieiunium, ſi quid auidius ſumpſeris, ſtatim crudeſcit. Vnde pleriſque moris eſt, vt ſuccum lactis infirmis viſceribus infundant, eoque cum melle permixto, tẽperẽt humorum exaſperatam ieiunijs intemperantiam, &

Multi inanitorũ viſa cibo deficiebant.

† hydropis

defectionem corporis, velut infantiã quandam, molliore cibo nutriant. Sic ergo nonnulli Iudæorum, qui ad Romanos confugerant, poterãt euadere, quadam arte pensantes moderamina cibi, donec desueta edendi caro, in suos rediret vsus. Nec hoc tamẽ profuit miseris, sed causa maioris exitij fuit. Nam cùm ex his pleriq; accepto cibo aluum purgarent, egesserant aliqui bimones aureos, quos absorbuerant, cùm adornarent fugam: ne deprehensi, quia insidiatores omnia perscrutabantur, non solùm dispẽdio, sed etiam periculo forent: Scelus enim ducebatur, aurum quenquam prẽter latrones habere. Hoc itaq; posteà Iudæi, specie miserabili inter inquinamenta alui aurum legebãt. Cõperit id quidã * Assyrius, & ab vno in omnes opinio manauit. Quod genus hominum præceps ad auaritiã, & paratum ad versutiã: nihil tam atrox sit, quod refugiat, nihil tã turpe, quod erubescat studio pecuniæ. A Syris in Arabas diffusa fama est, quibus & nõ minor auaritia, & feritas barbaricæ propior immanitati, eò quòd farti auro

Iudæi aurũ absumptum in famis angustia, in excrementis recolligũt.

**è Syris Vide Ioseph. de bel. Iud li. 6. ca. 15.*

Iudæi

Iudæi forent: diripiunt quoscunq; offenderant aduenientes, contra fas, contra leges deditionis, cõtra promissum Cæsaris, quòd occîdi non licebat: incîdunt adhuc viuentes, cruentisq; manibus euiscerant ventris secreta. Aluum scrutantur, & inter eius manantia putamenta aurum requirunt, non minùs turpiter quàm illi, quos adigebat fames: insuper etiam sæua crudelitate. Multa acerba eo cõmissa prælio, nihil hoc vno acerbius. Denique vna nocte duo millia ferè virorum discissa sunt tali flagitio, diuisisq; visceribus, quæstus suos Syria numerabat: Arabia negotiationis recensebat emolumenta, quæ sine transfretati maris periculis nouo crudelitatis cõmento in vsum lucri verterant, & mercem putabant: Quod etiãnunc in huiusmodi hominum genere reperias, & nõnullis sæpè Aegyptiorũ, vt curãdis funeribus negotientur, & officia humanitatis vendãt mercaturæ cõpendijs. Misera fames auri, nihil sequendum putat, nisi quod ad presens lucrosum: nihil honestum, quod pecuniæ vacuũ. Grauis iãdudum,

Arabes incidũt viuẽtiũ viscera vt ex ijs corradant aurum.

grauis

grauis inoleuit humanis affectibus quęrendi cupido,& mercatura facta est vita hominum: veno & empto viuitur. Serpsit itaque vitium in †innumeros, vt iam tolerabilior commutatio merciũ sit, quàm morũ animorumq;. Infecit Syrorũ auaritia etiam Romanum exercitum. Nihil enim faciliùs in alterum transit, quàm amor pecuniæ,& desiderium habendi: præsertim finitimas opes, quibus vicinus abũdauerat. Nec est vlla passio, quę magis virtutem animi effœminet, quàm cupiditas diuitiarum. Deniq; versutia laudi datur, paupertas probro habetur. Impediuit hoc vindictę sæueritatem, quia innumeri reperti tanto †furore obnoxij: ideoq; Titus, qui vallare circumfuso exercitu Syros & Arabes proposuerat, contemplatione multitudinis reuocauit sententiã: vt superioris delicti gratiam faceret, & ne posteà committeretur, pœnam denuntiaret, verborumq; austeritate †grauiori suos argueret, quòd auro succincti & argẽto, pretiosisque telis nitentes, nec arma suae rubescerẽt, vt tanto se dedecore dehonesta-

†*vniuersos*

†*furori*

†*grauius*

nestarent. At verò Syros & Arabes increpare, q̃ immemores Romani nominis, dictu quoque †horrida excogitassent: venisse eos ad belli societatem, non ad exercitium flagitiorum. In exercitu Romano non solùm virtutem corporis, sed etiam mentis requiri: nec tantummodò fortitudinem in hostem, sed etiam disciplinæ normã spectari: ne credulis, ne impius, ne insolẽs miles sit: †sed ne prædæ potiùs quàm victoriæ intentus. Ea grauia videri militiæ flagitia, & vindicari atrociter. Inter arma quoq; leges valere, fide meliùs bella geri, quæ seruetur etiam hostibus. Si ergo & armatis debetur, quantò magis precantibus? Proinde cauerent ab huiusmodi flagitijs, ne & victoriæ exortes,& salutis fierent: Neque se diutiùs passurum, vt eorum scelesta flagitia Romanis asscriberentur, qui plùs oneri, quàm vsui forent. Itaque repressit aliquantum, non execuit auaritiam Syrorum, vt arbitrum fugerent, non vt præceptum fouerent. Denique explorato priùs, si fortè Romani militis deesset præsentia, de miserorum visce-

ribus

†*horrenda*

†*sed nõ est in manu script.*

Inter arma leges valere plurimùm debent, vt etiam hostibus seruanda fides sit.

ribus execrabile lucrum proferabatur, nec tamen in omnibus sequebatur etiã prædæ euentus, sed in paucis, quò crudelior feritas: quia non solùm propter opes, sed etiam propter spem lucri plurimi extinguebantur: cùm latrones ipsi, & sęuiores piratę latronibus, à latrocinio temperent, vbi prædam non senserint. Solius enim barbaricę immanitatis est gratis nocere. Nam & ipsæ ferę, vt interficiant, prædam sequuntur. Foris itaque pœnæ acerbæ, intùs immanior Iohannes.

CAPVT XXV.

DEniq; cùm talia gererentur à Syris, etiamsi aliqui reuocarentur, indicio cõperto, transfugere tamẽ alij non desinebant. Inter quos Manneus Lazari, qui asserebat per vnam portam sibi creditam cẽtum quindecim millia mortuorum elata, additis adhuc octingentis octoginta funeribus, ex quo ipse tuẽdi vicẽ huiusmodi recepisset muneris: idq; solo corũ numero collectũ, qui mercede publica sepulti forent, præter

præter eos, quos sepelierant sui. Quæ autem sepultura, nisi vt de muro cadauera deijcerentur? Post ipsum plerique non ignobiles viri, confugiẽtes ad Titum, sexcẽta millia defunctorum fuisse, quæ per portas elata numerata sint, commemorabant. Eorum verò cadauerum, quæ propter infinitam pauperum multitudinẽ efferri nequiuerint, atq; in maximis domibus, diuersorũq; operum spatijs constipata sint, numerum fuisse inæstimabilem. Et adhuc erat processus malorum, quæ iam superiorum omnium finem vicerant. Adhuc sæua obsidio, bellum graue: maioribus iam tamen Iudæorum animis, q̃ viribus. Super omnia verò fames tetrior, quæ insidiaretur iumẽtis aluum purgantibus, & vetusta rimaretur boũ stercora: vt quod visu erat horribile, hoc fieret esca esuriẽtibus. Miserabilis cõgeries insepultorũ corporũ, & circuitu longo terra ipsa tecta cadaueribus, repleta ante muros omnia, terribilis species, horror grauis, odor pestilẽs: q̃ nec victores, nec victos discerneret. Vtrisq; simul noxi⁹, & maiore Roman. impe-

Quidã viri nobiles detulerũt ad Titũ, sexcẽta millia mortuorũ per vnam portã elata

impedimento, quibus necesse erat iacentes reliquias cruentato proterere vestigio: terra ipsius inculta, succisis omnibus, quæ ad vsum militis & machinarum necessariò conueherentur. Per tredecim fermè in circuitu vrbis miliaria longè lateq; vastata humus, & nudum gignentium solum. Omne illud pomerium, in quo antè nemora viridantia, horti inhalantes floribus, diuersa pomaria, suburbana prædia gratam sui speciem dabant, si quis postea vidit hospes, ingemuit: incola non recognouit, & ad genitalem regressus locum, cùm præsens adesset, patriam quærebat.

CAPVT XXVI.

REparatis itaq; aggeribus & vineis, cæterisq; machinis obsidionis, renouatus est belli furor, & quasi ad extremam operis manum vtrinq; studijs conspiratũ: Totius enim periculo certaminis decernebatur: qa & Romanis soluẽda obsidio foret, si aggeres & arietes incenderẽtur, quibus per inopiam syluarũ reparationis subsidia non suppetebãt: & Iudæis excidium patriæ incumberet, si manu cederent, cùm quassata murorum repetitis arietum ictibus resolucrentur. Processere itaq; Iudæi cum facibus adeò feroces, vt tanquàm cessuro sibi Romano exercitu, incendia in machinas spargerent, obsidionem soluerent. Sed exhaustæ iam vires fame, & res fractæ, priores successus negarũt, substantia defecerat, audacia manebat. Contrà Romanis maior pudor, si ab his, qui extremũ fame spiritum traherent, victoria de manibus diriperetur. Conserto itaq; prælio, repulsi Principes seditionis, ad murorũ subsidia bello impares recurrerũt. Sed vbi dubia murorum *cæsura repetitis ictibus, Iohannes haud incuriosus extremi subsidij circũspexit, interiorem murum, quasi in. C. literam duxit. Postero itaq; die conuulsa parte murali, fragor labẽtis beneficij, & clamor Romani exercitus simul increpuit, quasi patrato excidio muri prolapsione. Sed vbi cõclamatę vrbis *insultauit sonus, versa vice rerũ, noui muri species, improuisa Romanorũ gaudia *restrinxit,

*cessura

*resultauit

*restinxit

Iudæorum audacia succeſſit, quia periculum differebatur. Tunc Cęſar exercitum adhortari cœpit, vt nouum illum murum ſine vlla cūctatione adoriendum putarent, quem conſtructio recēs infirmum, & facilè ſolubilem prodere-ret: auderent modò animis procedere, fragmenta muralia aſcendendi facilitatem datura, vt præliantes Romani, Iudæis de ſuperiori loco decernentibus, adæquarentur. Et quia cunctantes videbat rei difficultate, validiſſimos quoſq; iuxta ſe congregans, in bellum accendebat tali oratione.

CAPVT XXVII.

Oratio Cæſaris, qua nititur animare ſuos ad muros aggrediendos.

OMnium rerum exitus plus negotij, quàm principia habere, nulli incognitum eſt fortiſſimi commilitones, quia cōſummatio ſuſcepti muneris maiorem quærit laborē: ſiquidem toto libera mari currit nauis, etſi non ſemper à puppe ventorum aſpirent flamina, gubernator tamen obliquat velorum ſinus, & ſine refragio ſcinditur fretum. Sed vbi ad portum venitur, opportuna aurarū tēperies neceſſaria eſt, & angu-

& anguſto ingreſſus nauiū coërcetur limite. Maior itaq; periculi cura, vbi ſpes ppinqua: ædificātibus quoq; plana exordia fundamentorū, ſed ardua celſorum opera faſtigiorū. Et plerūq; in ipſo operis claudēdi fine, mercedis ſuę munere defraudatur miſerādus faber, aut culminis lapſu obrutus, aut inſtabili deceptus veſtigio, vt ad inferiora decidat. De agricola quid dicā, cui procinctus laboriosior meſſisq̄ ſegetis, vindemiæ quàm putationis: & adultis fructibus grauiora ſemper metuēda pericula? Nihil ergo nouum, ſi adhuc nos in ipſo portu conſummandi curſus periculum manet: quia per anguſtiora viarum ſcandendū eſt ad Antoniā: quò deiectis indeaduerſarijs, ſuperiorē occupantes locum, ac ſupra verticē locati hoſtium, ipſos quodāmodò anhelitus eorū intercludamus. Sed difficile hoc *nobis videtur cōmilitones, quaſi ve- *vobis
rò ad ludum, non ad bellū cōuenimus: in quo aut vincendū, aut moriendum ſit vîris. Tūc ergo debueratis excuſare, quando ad prælium veniebatis, vt vindicaretis cladem Romani exercitus,

& maculatæ militiæ probrum diluere-
tis. Si Neronis tempore vlciscendam
iniuriam Romani nominis æstimabā-
tis, quid vos decet velle Vespasiano Im
peratore? Lauemus superioris imperij
notam, ne nostro adhæreat, quam Ne-
ro quidem remoturus per Vespasianū
æstimabatur. Vespasianus per Titum in
se transfuderit, nisi vicerimus: Exequē-
da nobis tantūmodò supplementa vi-
ctoriæ pater reliquit, quò fusis in cas-
sum tantis laboribus, dedecores inul-
referimꝰ tique referemus gradum, victoriam
derelinquentes: quasi non leuius cri-
men sit de militia decedere, quàm vi-
ctoriam deserere: illud enim formidi-
nis, hoc proditionis est. Sed periculo-
sum putatis in hostem descendere, &
murum armis circumsonare: quasi ve-
rò muliebria de nobis, & non virilia
opera ipsa natura expetat, quæ nobis i-
deò vitalem infudit spiritū, vt eum pro
gloria libēter refundamus. Ad quę igi-
tur, nisi ad maxima quæque à Duce suo
bellator adhortandus est? Nam vsitati
operis adhortatio, non solùm conuē-
tis, sed etiam conuenientibus affert
pudo-

pudorem, vt exigas, quod spontè debe-
tur: id enim de se militem præstare o-
portet. Et tamen quid immoderatum
à vobis exigo? Nónne præstat mori per
virtutem, quàm viuere ad ignominiā?
In medias Romanorum acies frequen-
ter Iudæus excurrit, ac sese hostilibus
cuneis impauidus infundit, non ad
spem victoriæ, sed ad indicium forti-
tudinis, & ostentationem gloriæ: Vos,
quibus terra & mari nemo impunè ad-
huc restitit, quibus non est nouū vin-
cere, & crimen non vicisse, cùm tanta
habeatis vincendi suffragia, nec semel
quidem proripuisse in hostem gra-
dum non pudet? sed armatos otium te-
nere, & in procinctu positos, feriarīs a-
nimis expectare, vt fames pro nobis di-
micet, atque inedia potiùs sua, quàm
nostris fusi gladijs, in opprobrium no-
bis erubescendos vertant triumphos?
Non pudet (inquam) strenui commili-
tones, vniuersarum victores gentium,
nihil de armis sperare, nihil de viri-
bus, sed de sola obsidione, & operiri,
quando hostis morbo consenescat, at-
que in suo moriatur lectulo! Et quæ

potest esse sine bello victoria? omnia
Per asynthéton hæc dicta videntur. sunt repleta cadaueribus, deformes exuuiæ iacent, exangues reliquiæ defunctorum, nisi quos ipsi inter se suis manibus trucidauerunt. Quid timemus eos, quos iam fames, ignis, latrocinium, seditio extinxit? Quid destituimus diuina beneficia? Cuius enim nisi Dei nutu in sua collisi arma sunt? Destituti quoque subsidijs alimentorum, nec vllus domestici finis furoris. Vereor, ne iam & religionum videamur rebelles, qui & nostris, & suis religionibus infidos tam diu reseruamus. Verùm esto, sit atrox bellum & formidolosum. Quid enim vos belli demulceo facilitate? Sit victoria incerta, certum periculum. Nónne apud eos mihi sermo est, qui humana prudentia nouerint, in periculis promptiorem esse omnium animantium fortitudinem, quàm in remissioribus contentionibus? Feræ ipsæ cùm se circumuallatas †armis viderint, maiore in eos impetu ruunt, vt vi sibi aperiant iter. Et atrocior a serpens latibulis excussus, infundit venena. Sunt etiam, quæ natura

A feris cõparatio sumpta. *†armatis*

tura innoxia, in periculis tamen suis
ad nocendum † fortiora sunt. Habent *†fortia sint*
cerui sua arma, si quis se obuium ferat,
& mortem cornibus repellunt. Habẽt
& læsæ apiculæ suos morsus. Quid autem de viris bellatoribus apud Romanos loquar? cùm Leonides ille Lacedæmone genitus, pręliaturus aduersus innumerabilem Persarum exercitum, dixerit: prandeamus in terris, apud inferos cœnaturi. Tantùm valuit apud Græcos hic sermo, vt non solùm de trecentis illis Lacedæmonijs viris, quibus ipse præerat, se nemo † subtraxit, *†subtraxerit*
præter vnum tantùm, quem superstitem postea nullus recepit: sed etiam de cæteris, qui simul ad bellandum processerant, nisi quos Leonides tanto degeneres bello repudiauit. Quid de Romanorum integris legionibus loquar? quos Cato Romanæ assertor facundiæ, & veritatis syncerus interpres, asseruit cum exultatione ad bellum processisse: de quo se redituros non arbitrarentur, vniuersosque libenter procubuisse, ne mutarent sententiam.

Beati, quorũ nemo ſuis hoſtiũ victoriam fuga annuntiauit. De trecẽtis tamen Lacedæmonijs vir vnus ſubterfugit, & illi in anguſtijs præliabantur, ne circunuenirentur. De Romanis legionibus nullus * vitæ elegit, ſed omnes mortis hæreditatem, quorum vos poſteri eſtis: ſi contemptu periculorum, quaſi glorioſa indoles, virtutis proſapiam nõ abnuatis. Quis enim fortium virorum eſſe ſe mortalem non nouerit, omnibuſq; poſitum finem viuendi? Quantò igitur melius patriæ impendere, quod naturæ debeas, & neceſſitatem commutare gloria? Necanhelæ ſenectutis ſuſpirijs obnoxiam vitam *deijcere, nec feruentis ægritudinis caſus reformidare, cùm depoſitis æuo quotidiana faſtidia ſint. Illorum autem, qui languore marceſcunt, deficientibus viribꝰ pariter ac ſenſibus, vt multorum opinio habet, animę ſimulcum corpore ſepulchro adiudicentur. At verò bellatorum, & ſtrenuiſſimorum virorum, qui ſe pro patria, pro liberis, pro religione morti deuouerint, animas de vinculis corporis huius ferro abſo-

*vitam

*degere,

abſolutas: nulli dubium, quin purum illud æthereum elementum ſtellarum lumine refulgens, in cœleſtibus ſuſcipiat habitaculis, hoſpitio quodam ſupernæ quietis: in terris quoq; remanere, inſigne aliquod † eſt gratiæ vel iniuriæ, vt & languore cõmaceratos obliuio abſcondat: & aduerſum pectus in hoſtem ferẽtes, ſi mors conuenerit, ſequatur gloria. Ad hæc vos inuito præmia cõmilitones, vt in hoſtem pergamus, quem clauſum tenemus: & aſcẽdamus in murum per ruinã muri validioris, quæ nobis velut quendam aggerem præſtat, & æquatur muro inferiori. Quiſquis virtutis vexillum præferens, primus in murum aſcenderit, vel ſecundus, vel tertius, vel pluribus comes, haud quaquàm mihi non donatus opimo abibit munere, etſi nulla maior remuneratio, quàm fortitudinis gloria, quæ plerũq; eſt tutior. Nam vbi primùm animis, & viribus confidentiſſimus quis † aſcendit, fugient, qui reſiſtebant: aut ad inferiora ſe conferent, aut latibulis abſcõdent: ita quòd maximo nũc periculo ſit, ſi in inferioribus quæ-

† vel

† aſcẽderit

rimus, sine labore magno sequetur, vt deiectis hostibus bellum conficiatur.

CAPVT XXVIII.

Sabinus primùm offert se Cæsari monitioni, vir exiguo admodùm corpore, at animo magno.

VIX sermonem Titus clauserat, & Sabinus se obtulit ex Syriæ viris, egregius bellator, & ante Cæsarē consistens, ait: obedire se imperijs, ascēsioni paratum, si euētus sibi adesset, vt Cæsari placeret: si † destrueretur secundis, nihil præter spem sibi accidere, qui iudicio proprio delegisset pro Cæsare mori. His dictis læuam extendens, clypeum suprà caput extulit, & dextera vibrans gladium, immane, quantum in arma insurrexerit: vt quiuis eum non recognosceret, quem paulò antè exilis corporis specie despicabilem putauerat, subitò cùm videret pergere in aduersum, & hostibus pariter, & muris minantem sese extendere, quasi iam celsior in subiectos præliaretur, & murum quateret manu. Sequebātur eum vndecim viri studiosi ad imitandum, sed impares ad consequendum. Repugnabant de muro Iudæi spiculis, saxis, sagittis: & quod cuiusque manus inue-

† destitueretur

nerat

nerat telum, in Sabinum deijciebatur. At ille interritus, cursu concito insilijt fragmētorum aggerem, & in summo locatus, hostem auertit, dum proximus quisque formidat periculū. Sed dum se librat in murum attollens, & securus victoriæ in hostem intēdit, lapsus in faciē, cum maximo sonitu ruit. Quo reuocati Iudæi, cœperunt iacentem missilibus vrgere. Ille genu nixus, & se protegens scuto, quàm diupotuit, à vulnere defendit, nec immunem reliquit, quem proximum reperit. Ad postremum tamen * cōfertus vulneribus, spiritum priùs quàm bellum deposuit, nec deiectus gradu, nec muro excussus est, nisi mortuus: tribus quoq; alijs necatis, octo semineces, licèt à cæteris tamen exitio subtracti.

Sabinus telorum ictu obrutus, cadit, quem volētes cæteri vindicare, fortiter pugnā aggrediūtur.

* confectus vulneribus.

CAPVT XXIX.

NEc † tantùm non terrori reliquis mors Sabini, sed incentiuo fuit. Nam Romani viri, qui prætenderant vigiliarū munia, cōpensare cupientes operis effectu, q̄ Sabini studio præuēti

† tamen

† munere

forent,

forent, viginti numero ineunt consilium magnum & memorabile: vt aduocato quinti ordinis signifero, & duobus equestris militiæ viris, quos prõptiores arbitrabantur, atq; vno tubicine, quinta hora noctis silentio per aggeres sese fragmẽtorum muralium in superiora attollerent, cæsisq; custodibus, Antoniæ murum occuparẽt. Quo peracto, terribilior solito sonitus increpuit tubæ, vt fessi labore Iudæi, & somno soluti, de improuiso perturbarentur, quia omnia repleta hostibus crederent. Antè itaq; fugere cœperunt, quàm veri fides pateret. Neq; enim periculi sors, tenebrosæque noctis caligo patiebatur, vt quanti essent, cognosceretur. Et Cæsar audito fragore tubæ, armari exercitum iubet: ipse cum electis primus in murum ascẽdit, suis auxilio, hostibus impedimento. Illuxit dies, & iam Cæsar conspicuus è muro suos adhortabatur: alij manibus suorũ in murum eleuabantur, alij per cuniculum, quem Iohãnes ad subuertẽdos Romanorum aggeres defoderat, in vrbem se

inferebãt *deferebant. Versa in pernicie perfidis subsi-

subsidia sua, excluſi vndiq; in tẽplum se conferunt. Eò quoque volentes Romani irruere, cohibentur angustijs, armisq; repelluntur. Fit in vestibulo graue prælium, nec iam spiculis aut sagittis, sed gladijs cominùs geritur, manus ad vulnera, gladius super gladiũ, ictus super ictum, percussor cæsorum sanguine perfundebatur, vt ipse potiùs percussus æstimaretur. In ipso templo furor bellicus dominabatur. Natabãt pauimenta sanguine, morientium gemitus, vincentium clamores sine ordine & modo personabant: Romanos perficiendi certaminis spes accenderat, Iudæis suprema patriæ excidia ademerant mortis formidinem. His sumptu gloriæ virtutem alebãt, illi desperatione salutis omne effundebant virtutis viaticum, nec reseruabant.

Romã. volẽtes irruere in templũ, prohibentur à Iudæis a troci commisso prælio.

†conficiẽdi

CAPVT XXX.

PVlcherrimum quoq; facinus adorsus est Iulianus Centurio, vir armis maximus, ex Bithynia profectus Prouincia, sed Romanis assuefactus disci-pli-

Iuliani cẽturionis fortitudo.

sciplinis bellisq; exercitus, & honoratæ militiæ clarus stipendijs. Qui cùm †auersos Cæsarem propter astaret, vbi aduersos vidit Romanos, quia Iudæi numero præstabant, & adhuc Romani pauciores aderãr, subitò de Antonia se proripuit, & insequentes auertit: nec sunt ausi resistere, ipsa specie præcellentissimi viri, & superba quadam vltra humanam formam virtutis autoritate, ita vt ipse Cæsar miraretur. O varia atque incerta, velut quædam bellorum alea, quæ sicut iactu quodam, ita casu quodam potiùs quàm virtute, plerunque inopinatis ludit euentibus, sufficiens nouos exitus. Nanq; & hîc iactus sunt, non tesserarum quidem, sed sagittarum, telorumq; plurium, lapidũ quoq;, quibus sæpè victor sternitur alieno vulnere. Et dũ aliena spolia rapit, ipse dispoliatur: velut hic Iulianus, qui tergo immĩnebat hostiũ, dum alios premit, & claustro coërcet, ipsa alacritate incautior, confixũ clauis calceamentũ gerẽs, vsu militariũ virorũ: non cõsiderauit polito lapide solum stratũ, quod cauendũ foret, sed quasi in campo præ-

lia-

liaretur securus, labitur, & ingentem strage sua sonitum dedit. Nec potuit assurgere lubrico soli fusus, genu tamen se sustinens, regressum hostem repellebat, vt appropinquantes cæderet, iaculantes quãtum posset, caueret. Sed ipsa fatigatus atque oppressus multitudine, solus licèt, quia nullus tanto se insere periculo auderet, non despicabilis tamen, neq; inultus, impigrè occubuit. Haud equidem, vt arbitror, tali dignus exitu fuit, vt tanta virtus viri sic deciperetur. Sed plurimùm in bello prudentia valet, quæ cauta semper & perspicax incertorum prouidet casus. Solus se de Antonia ripuit, solus †agmina in hostilia †arma ruit, solus se †armis †armatis miscuit, solus in tẽplum Iudæos redire compulit. Vereor ne istud obfuerit magis, quia de templo fuerunt exterminandi Deo infideles, ideo lapsus non inuenit remedium. Spectabat Titus vincentem cum gaudio, periclitãtem cum ingenti dolore, volebat subuenire, sed longè aberat. Reuocabatur à suis, quia in milite vnius sors est, in Imperatore vniuersorum periculum:

Mors Iuliani.

do-

docebat exemplum, quid cauendum potiùs, quàm sequendum Cæsari foret. Deniq; sic consternati fuerunt socij, sic elati aduersarij, vt & corpus Iuliani in potestatem veniret hostium, quasi adhuc & defunctum timerent, si Romanis restitueretur. Cæteri Iuliano cæso, facili negotio cessere. Nondum enim ascenderant numerosi, & Iudæis occasio necis eius virtutem auxerat: promptissimis eo prælio ad repellendos Romanos Alexa, & † Gitteo Iohannis coniuratis, qui factionis eius ptopugnatores forent: ex Simonis quoq; parte † Malchio, & Iacobo Idumæorum Duce, egregijs bellatoribus: Arsimone quoq; & Iuda tertiæ factionis viris pariter adnitentibus, qui cõiuncta manu pulsos Romanos intra Antoniam clausere.

† Ioseph. Gyptheo.

† Ioseph. Malachia.

CAPVT XXXI.

COntrà Titus nõ munimento sibi, sed impedimento angustias Antoniæ ratus, iubet dirui munitionẽ eius funditùs, vt congressuris iter in hostem aperiretur. Compertoque quòd solennitas

nitas Iudæis festorum dierum appropinquasset, præcepit interpretari Iosephum Hebræo sermone, quæ ipse alloqueretur. Quæ, malum, ratio Iohanni suaderet, vt Romanos lacesseret. Si virtutis fiduciam gereret, eligeret aliũ pugnæ locum, eò progrederetur, dũmodò vrbi parceret, templum non contaminaret, sacrificia festorum dierũ non impediret. Relinqueret quos idoneos sacrificiorum ministerijs æstimauisset, fortitudinis suæ documẽtum vbi vellet, præter vrbem & templum, ederet, congressioni milites Cæsaris non defuturos: inuitum se cogi ad totius vrbis euersionem: cuius reliquias seruare vellet, si pateretur Iohannes: imminere templo faces, non quò templũ Romani festinarent exuere, sed è templo educere belli † incitatores. Si victos se crederent, manus darent: at si victores futuros sperarent, non intra claustra se reciperent, sed in campis defenderent, quò templum labentibus iam incẽdijs eriperetur, vacaret purificationibus. Ea interpretante Iudæis Iosepho, cum silentio audita, tacitum vulgus proba-

† excitores

bat, sed metuebat sententiã suam pandere: quibus respondet Iohannes, nullum præstabilius Deo esse sacrificium, quàm pro aris, pro focis, pro tẽplo ponere animam, viros Deo sacratos: & ideò si necesse sit, libenter procumbere pro libertate, tamẽ sperare se, quòd excidium perpeti non possit ciuitas Dei. Titus ad hæc: Merito igitur putã Deo seruatis vrbem, & sanctum immaculatum, necando ciues, interficiendo innoxios, perimendo Sacerdotes? Talibus flagitijs non placantur diuina, sed offenduntur. Abdicastis Deum vestrũ sacrificiorum *suorum cultribus. Si tibi aliquis negaret cibum Iohãnes, quæreres eum: Deo vestro suæ hostiæ non immolantur, non redduntur sua munera, iugulantur homines, & adhuc putas Deum auxiliari? Reuerà sic gesta edocent, sic *testificantur cæsorum congeries, & cumuli vestrarũ calamitatum. Quis hæc videns, non ingemiscat? Nec reprehenderem, quòd pugnares pro patria, si nollem parcere, si nollem patriam vestram aut templum reseruare. Neque enim digna Carthago, aut

Suorum abũdare vtdetur.

testificatur

aut metuendus Hebræus Annibali; qui partem mediam orbis Romani *subegerant, & tamen ipsa quoque reparata Carthago, quæ vsque ad excidium sui, rebelles ciuiũ animos tulit. Fide mea, salua hæc omnia tibi futura spondeo, veniam tibi salutis polliceor, non pro mercede sceleris, sed pro redemptione vrbis, vt à te redimam perituroru culminum statum. Desinas monco latrocinijs tuis conturbare propositum pietatis Romanæ. Non *formidabitur Hierosolyma, vt diruatur: quando potior viribus reseruata est Antiochia. Certè Iechonias vester & Persis credidit, & vrbem egressus, cõmisit se cum suis proximis barbarico furori, ne propter se ciuitas euerteretur. Celebratur à vobis eius memoria, sicut vestri asserũt: adest Iosephꝰ assertor eius, celebritatisq; testis, qua honoratis virũ, q pro patria se captiuitati obtulit. Seruauit eũ & barbarus Persa, & ego tibi spõdeo impunitatẽ. Certè & Iosephꝰ arma Romanis aduersa intulit, crede promisso, cuius & exemplũ præmisimus. Vadem tibi sponsionis nostræ Iosephũ damus:

*subegerat

*formidabit

imò

imò iam dedimus, quem reſeruauimus. Loquatur vobis ſermone patrio, obliget ſe ritu quo ſoletis: non pudet nec vadem quærere, nec fideiuſſorem dare, ne †euerſionem exhibeã, qui volo parcere. Flere ad hæc Ioſephus, rogare Iohannem, deplorare patriæ ſtatum, †obſeruare ſermone flebili, appellare vt ciuem, ſed cęteris pertinaciorem: teſtare Dei omnipotentis gratiã, ſaluum fore cum ſuis, tantummodò deſiſteret excitare militem Romanum ad vrbis euerſionem. Quem vbi flectere nequiuit, non mirum, inquit, Iohannes, ſi perſeueras vſque ad excidium patriæ, cùm iam reliquerint eam præſidia diuina. Sed mirùm quòd perituram non credis, cùm legeris propheticos libros, quibus excidia patriæ nobis annuntiata ſunt, & reparata culmina, rurſus à Romano diruẽda exercitu. Quid enim aliud clamat Daniel? Non enim quod iam factum erat, ſed quod pòſt futurũ, prophetabat: quæ eſt abominatio deſolationis, quam vociferatus eſt veniẽtibus Romanis fore, niſi iſta quæ nunc imminet? quod eſt illud oraculum, quod

†euerſorẽ

†obſecrare

quod à noſtris ſæpè cõmemoratum eſt, à ſummo denũtiatum Deo? Tunc ſcilicet perituram vrbem funditùs, cùm ciuium manibus contribulis ſuus fuerit extinctus, niſi quòd nunc impleri videmus? & fortaſſe, quia iam defendi templum non placet, interdicto †maculato ſanguine, purgari incendio placet.

†maculatũ

CAPVT XXXII.

COmpleuit ſermonem Ioſephus, ſed nullis Iohannes mouetur fletibus, nec promiſſis flectitur. Vrgebat Deus iamdudum perfidas mentes, ex quo impio ſe parricidio commacularunt, Chriſtum Ieſum †crucifigentes: Hic eſt ille, cuius mors Iudæorum excidium eſt: Natus ex Maria, qui ad ſuos venit, & ſui eum non receperũt. Quando enim ſuos non occiderunt Iudæi? Nónne filiũ Saul ſui occiderunt? Naboth Propheta à ſuis vtique lapidatus eſt. Iudæa fuit Iezabel, quę iuſſit Iudæis, ſenioresque præceptum executi ſunt. Iudæus Achab, qui cauſa mortis eius factus eſt. Quanti alij à ciuibus ciues perempti, & tamen diu integra ciuitas

†cruci ſuſfigentes

Naboth Prophęta à ſuis lapidatur.

manſit, etſi diruta à Babylonijs poſt annos innumerabiles, ſed reparata poſteà. Hoc eſt ſupremum excidium, poſt quod irreparabile templũ, quia auerterunt ſceleribus ſuis præſulem templi, reparationis arbitrum.

CAPVT XXXIII.

TAli affatu Cæſaris, & repetita oratione inflexa eſt aliquorum ſententia, qui ſe ſubtrahere potuerunt, vt ad Romanos conuenirent. Cæteros reuocauit periculi metus, qui à latronibus intendebatur (Et fortè quædam inclinatio mentium erat, ne plures eriperentur futuræ euerſioni) quos Cęſar confugientes ad ſe, quia erant inter eos & viri ſacerdotales cum filijs, & † talijs ſplendidioris familiæ † viris, ſuſcepit bona gratia, pollicens ſecuritatem ſalutis, ius poſſeſſionum ſuarum, atq; ad vrbem, cui nomen Goſna, direxit: ne quid offenſionis oriretur ritu diſpari & cultus diuerſitate. Quod ab his, qui in vrbe poſiti repugnabant (ſeu quia huiuſmodi ſuſpicio inceſſerat, ſiue vllus compoſuerat dolo, ne plures

plures dilaberentur) in argumentum eſt deriuatum necis, vt extincti obijcerentur. Eo comperto, reuocatos Titus iuſſit cum Ioſepho propiùs muros obire, vt à ſuis agnoſcerentur. Illi cum lachrymis gemituq; magno, non ſua deflere, ſed patriæ templiq; excidia: togareciues, vt ſequerentur Cæſaris fidem, eriperent templum parato incendio, nihil ſibi aduerſus legem præceptum, nihil de libertate imminutum. Acquieſcerent & ipſi, experirentur Rom. clementiam, quorum inſuperabilem virtutem experti ſunt.

CAPVT XXXIIII.

CVm talia miſerabiliter deplorarent, proturbãtur à ſuis, bellumq; accenditur, inſiliunt Iudæi, atq; in ipſa irrũpunt † temeritate penetralia. Omnes receſſus, omnia ſecreta occupant, quæ inacceſſa viris erãt ſacrorũ exortibus. Romani quoq; ſe prælio parãt: temerãtur interdicta Patrũ belli neceſſitate, maiore tamen Romanorũ, quàm ſuorum reuerẽtia. Gentiles enim cum formidine templum ſpectabant, Iudæi

† temerè

cum furore ac temeritate adibant, & madidas manus humano gerẽtes sanguine, ipsa *tractabant altaria. Titus tamen adhuc in proposito manens, alloquebatur Iohannem, & inuitum seducì ad excidium vrbis, & templi contestabatur, dicẽs ad eum: Quid sibi volunt Iohannes, impressi illi ante fores templi apices elementorum? Nónne significant neminem, nisi sacratũ debere templo appropinquare? Quid illa sepța pro templo? Nónne vt cõspectus arceant vniuersorum liberos, solisque mysticis pateat secretorum cognitio: atq; his sit liberaspectus, quibus est legitimus ingressus? Prospectus excluditis peregrinorum, & accessus cogitis. Scribitis, vt nullus ingrediatur aduena, nullus peregrinus introeat, & peregrinum sanguinem intra tẽplum funditis, aduenarumq; simul & ciuiũ cruore vestra altaria *cumulatis. Testificor ego non impressionis nostræ esse, sed vestræ præuaricationis, quòd violatisque vestra sunt. Ego alienus nõ exigo, imò obtestor, si velitis discedere, incolume templum futurũ: neminem Romanorum

*adtrectabant

*commaculatis

rum hostiles irrogaturũ manus, nihil de vestris temerandum esse sacrificijs. Seruabo templum vobis & proselytis: cultus enim sacrorum diuersus, sed operis communis vsus: Quod cultus fuit, à vobis recessit: quod operis est, victoribus remansit.

etsi nolitis

CAPVT XXXV.

Vbi ne Iosephus quidem notarat suos mouere ad deditionẽ. Cæsar cum electa manu intrauit vrbem.

VBi ne his quidem per Iosephum insinuatis reuocari Cæsar *aduertit (factionis enim principes putabant diffidentiæ potiùs, quàm pietatis esse tam frequentem desistendi conuẽtionem) ad prælium necessitate, inuitus reuertit, iubet adesse Romanos. Sed qa tantæ multitudini angustia impedimento erat, XXX. electis viris, singula deputat bellatorum millia. Non enim totum exercitum reciperent tam densa ædificiorum obstacula. Ipse quoq; simul descendere volens, reuocabatur à suis, ne in angusto nocturnis etiam plerunque temporibus, quibus necesse erat insidiantium fraudi occurrere, periculi aliquid in se excitaret: cùm ampliùs proficeret, si spectator belli adesset, quo vnusquisque promptiùs sibi decer-

Aduertit factionis principes (putabant enim difficultatẽ &c.) in prælij necessitatẽ inuitus. Et hæc marginalis lectio potiorvidetur

decernendum arbitraretur, ſub oculis Cæſaris præliaturo. Omnia enim, quæ circa templum gererentur, velut in theatro quodam, ex loco Antoniæ deſuper viſebantur. Inflexus ad eam ſententiam Cæſar, Cerealí mandat negotium, vt prætendentibus circa templū Iudæis, hora noctis nona ſuperueniret, cæterosque hortatur ſtudioſè ingruere certamini, ſe quoq; dimicantium meritis non defuturum, cùm deſuper aut ignauiæ cuiuſq; teſtis, aut virtutis arbiter pugnam examinaret. Cerealis præſcripto tempore impigrè adeſt, ſed cuſtodes vigilantes reperit, prælium cõſeritur. Siquidem & intra templum ſiti non dormiebant, & congredientibus qui excubias obibant, facilè ſe cæteri ad bellum †parārant. Confertoagmine, inſtabat †Romanis: Iudæi, dum clauſtris atq; anguſtijs nituntur, nec circumuenirentur, percurſabant diuerſa: vt frequentiùs ſibi à ſuis eſſet periculū, dum in tenebris non cognoſcerentur, & plerunq; transfigentur à ſocijs, dum hoſtes putantur. Quis enim nocte diſcerneret, ſocio an hoſti occurreret? cùm

Cerealis præfitur exercitui.

†parārunt
†Romanus

cùm interrogare ſerum eſſet, cauere vtile, conſultum præuenire: & tolerabilior culpæ exitus, errare in alieno vulnere, quàm proprium eligere periculū, vbi hoſtis timetur. Ancipiti itaq; per noctem periculo laborabant Iudęi, vel quod inferret hoſtis, vel in quo ſocius erraret. Nec minore per diem pernicie afflictabantur, nocte plus erat periculi à ſuis: per diem Romanus vehemẽtior aderat, quem totius ſpectator certaminis Titus vel tacitus vrgebat. In horam quintam pugnatum eſt acriter: Iudęis quoque ſtrenuè rebellantibus, vt neutra pars loco cederet.

CAPVT XXXVI.

DVm hæc inter ſe prælia gerunt, ſeptem dierum ſpatio depoſitis omnibus, vſque ad fundamenta terræ, quæ caſtro, cui Antoniæ nomen, Herodes immuniuerat, latior facta eſt via, quæ ad templum ducebat: vt non ſolùm percurſandi militibus eſſet facultas, ſed etiam in †munimentis conſtituendis, & coaceruandis aggeribus, quan-

†in, nõ eſt in manuſcrip.

quantum esset necessariũ locorum, pateret, quò pulsarentur etiam templi fastigiorum summa: per quæ Romanis intentiùs immorantibus, cùm †intolerabiliùs fame vrgerentur Iudæi, cœperunt insidiari Romanorum iumentis: si quis bellatorum equum pabulo laxauerat, aut mulum leuando oneri necessarium, rapto auertebãt, nec solùm cibus eis, dispendio Romanorum, sed etiam militiæ flagitio, *petiebatur. Cuius †incutiæ probrũ in exordio statim, præscripto necis supplicio, Cæsar remouit, fraudem tamen peruicacium non compescuit. Excluſi enim ab huiusmodi rapinæ necessario esurientibus alimento, herbarum subsidia captantes, destruendum murũ, quem circa pomerium Titus duxerat, excogitauerũt, vt vagandi & †quærendi radices arborum, pabulorumq; liberior fieret excursus, quos ad cuiusdã carceris vicem circuitus muri clauserat, nec erat iam, quo famem leuarent. Obrepunt itaq;, & excursu repentino ad montem Olineti ingruunt prętendentibus, nec illi commisso defuêre muneri, & tubæ clasi-

†intolerabils

*parichatur.

†iniuria

†exqrendi

clasico de cæteris castrorum aut turrium munimẽtis alios accersêrunt ad prælij †societatem. Conseritur pugna acrior in principio: dum pudor hos, illos fames vrget sæuo imperio ac necessario: sed confluentibus Romanis repelluntur Iudæi, atq; ad vrbis suæ muros reflectuntur. Tunc vnus è turma equitum, Pedanius nomine, concito equo dextram extendit, & se paululùm inclinans, vnum de Iudæis fugientem suspendit, captiuum Cęsari ferens, glorioſæque victor rapinæ: velut lepusculum aquila, aut accipiter fulicam ante pedes Cæsaris viuentem deiecit. Quo delectatus admodùm Titus, laudatum eum & honoratum dimisit.

†necessitatem

*Pedanij fortitudo & audacia.

CAPVT XXXVII.

IAm circumfusæ †tẽpli ardebãt porticus, vbiq; luctus, vbique mors: foris bellum, intùs suprà bellum & incẽdium. Nec frangebãtur animis Iudæi, putabant vindictæ perire, quicquid sine fraude gererẽt, vel insolẽtia. Quãdo aliter iam nequibãt, †prouocabãt Romanos ad excidij celeritatem. Ionathes qui-

†templum

†lacessebãt

quidam exiguus corpore, despectu dignior, iuxta Iohannis sepulchrum lacessebat Romanos, vt secũ, qui vellet, manu decerneret. Alijs despicientibus pusillitatem hominis, alijs fastidientibus cum eo decertare, quem cõtinuò captiuum talij habituri forent, alijs cõsiderãtibus periculoso certamine rem geri cum viris, qui in extremis salutis non aliqua fortitudine, sed sola temeritate vindictam quærerent: nihilque laudis futurum, si vincerẽtur, excidio finitimus: & plurimũ dedecoris, si quis lapsu aliquo communem victoriã turparet. Iactabat se insolẽtissimus, & metum obijciebat victoribus: cõuitia ferens, quòd non suis viribus, sed alienis auxilijs Romani inniterentur: nec Iudæos bello hostium, sed domesticis afflictos seditionibus. Erat in numero militum Romanorũ Pudens nomine, qui præstrictus inanibus contumelijs, dum inconsultè pudori consulit, salutem neglexit, atque ipsa indignatione incautior, vulneri patuit, fususque in terram, incussit socijs verecundiã: insultationis quoque causam Ionathæ simul

Ionathes prouocat & Romanũ sibi in monomachiam.

Talij, nõ est in manus.

Pudẽs incautior in certamine succubuit.

mul & mortis reliquit. Nanq; is successu lætus certaminis, & pompam attollens triumphi, dum tripudiat, atq; exultat, concussoq; clypeo simul & gladio proludit, excitauit in sua vulnera Centurionem Priscum, qui superba & tumida iactantem non tulit, atque incautum victoria penetrauit ictu sagittæ. Quo stratus Ionathes, docuit in prælio neminem irrationabiliter insultare oportere: vbi victoris & victi conditio incerta, donec bellum claudatur.

Priscus Ionathen interimit.

CAPVT XXXVII.

AT in vrbe interiore, cùm hostem intra muros cernerent altissimis eminentem aggeribus, vniuersisq; imminentem mœnibus, & tanquàm vulnus in corpore, ita periculum introrsum pergere reformidarent, intercidũt poticum septentrionalem ex ea parte, qua adhærebat Antoniæ, ne per ipsam hostis in templi superiora ascenderet, vel in inferioribus sitos superior vrgeret: & proxima quæque demetunt, ne populantibus incendijs templo finitima etiam templum ipsum ignis depasceretur, atque intercisa igni exurunt:

ita

ita quòd ab hoste metuebant, priores cœperūt. Solomonis quoq; porticum ad fraudem pararūt, vt culminum interiora replerent pice ac bitumine, quę †intra infra fornicem summi laterent fastigii, simulatoque quòd eam vellent, defendere, & frequentes hostes inceſſerēt, ſolicitant Romanos, atque in ſeſe excitant. Illi admotis ſcalis, ſummam porticus petunt, Iudæi loco paulatim cedere, quò plures Romani aſcenderent. Hi certatim irrepere, tamen prudentiores ſuſpecti dolum cauêre: ſed vulgus intentum victoriæ, præfeſtinare, vbi res fraude carere viſa, plurimis quaſi inter retia locatis, admouetur ignis fornicibus interioribus, atq; *additis pice & bitumine, atque cæteris incendij nutrimentis, in totam diffunditur porticum. Circumuallabant flammæ victores Romanos, vt nec reſiſtendi facultas ſuppeteret, nec fugiendi copia: quid facerent, non reperiebant. Spectabat Titus ſuos periclitantes, indignans quidem, quòd iniuſsi aſcenderant, ſed miſerans, quòd victores perirent. Plerique ſe præcipitio dabant,

*adultis

ſed vbi incendiū euaſerant, fractis cruribus, colliſi corpore moriebātur: miſerius erat, ſi debiles ſuperuiuerēt. Volebat ſubuenire Cæſar, nec poterat, hortabatur tamen proximos, clamabat, vt auxilio ſuis eſſent. Has voces, hunc dolorem Cæſaris, pro ſupremo illi habebant ſolatio. Hoc erat morituris viaticum, hoc ſe velut ſublimi ſolantes ſepulchro, ad mortem feſtinabant, quòd in viſceribus Cæſaris reconderentur: nec vita eorum periret, quorum viueret gloria, qui morerentur pro Cæſare, relinquentes ſui hæreditatem triumphum. Itaque alij circumueniebantur ignibus, alij præueniebantur: nec longè hoſtis, qui flāmas fugientem feriret.

CAPVT XXXIX.

LOnginus tamen egregiæ virtutis vir, cùm prouocaretur à Iudæis, vt ſeſe his cōmitteret, p̄miſſa ſalutis ſecuritate, maluit ſe ſolū trāsfigere gladio, quàm maculare p̄bro Romanæ indolis fortitudinē. Artorius autem ſatis aſtutè voce magna clamauit Luciū, dicens:

Lōginus aliàs Lōgus, maluit p̄prio perire gladio, q̄ cōtamina-re fortitudinē Rom. indolis.

cens: Hæres mihi eris, si me decidētem exceperis. At ille miserandus occurrit ruenti, atq; in se morituri necem trās-fudit. Verè bellicum testamentum, non atramento scriptum, sed sangui-ne: nec in charta, sed in mucrone. Quòd hæredem promisit, magnū pla-nè ingenium, vt inueniret voluntariū mortis vicarium. Incensa est itaq; por-ticus vsque ad turrim, quam Iohannes cùm bellum aduersus Simonem gere-ret, * ædificauerat super portas Regiæ domus, quam Ezechias sibi Rex ad ha-bitandum condidit, reliquam eius par-tem ipsi diruerant Iudæi. Sequēti quo-que die à Romanis exusta est omnis porticus septēntrionalis, vsq; ad porticū orientalem. Nam cùm suis ipsi manus inijcerent ædificijs, docuerunt Roma-nos † illis non parcere. Nuda erat iam templi facies, & æqua hominum fames: insidiabantur sibi inuicem, quis cui ra-peret cibum. Vbi alimenti suspicio, ibi bellum inter domesticos. Pugnabatur pro cibo, necabantur charissimi, discu-tiebantur defuncti, ne quis intra ami-ctus eorum cibus lateret. Simulare ali-qui

Artorius q & Argorij decidens, excipitur, seruaturq; à Lucio q oppressus põdere cõtinuò mo-ritur.

**exædifi-cauerat.*

†alienis

qui mortuos æstimabantur, ne viuen-tes aliquid habere alimenti suspectarē-tur. Sed ne viuentes quidem, aut vitæ fungi munere, aut mortem simulare poterant. Verùm aperto ore, sicut ra-bidi canes, aurarum captātes spirami-na, huc atq; illuc circumferebantur in-opia duce. Sæpè etiam quasi ebrij in ea-dem domicilia regrediebantur, vt ite-rum quæ vacua reliquerant, perscruta-rentur. Et cùm alia famis solatia non reperirent, detrahebant coria scutis, vt cibo essent sibi, quæ præsidio nō essent. Mandebant calceamentū: nec pudor erat solutum pedibus suscipere ore, & lingua lambere. Vetustæ quoq; paleæ, quæ olim proiectæ fuerant, non medi-ocri studio requirebantur: & si quis re-pererat, grandi pretio mutuabat.

Coria scū-torū atq; ipsa calcea-mentā lu-dæis loco cibi erant.

CAPVT XL.

QVid adoriar dicere factum Marię, quod cuiusuis barbari atq; impij mens perhorrescat? Ea erat de locuple-tibus fœminis regionis Pereæ, quę trās Iordanem iacet, belli * horrore obor-to, cum cæteris se in Hierosolymi-

**terrore*

tanam vrbem contulerat, quòd esset tutior: eò quoque suas deuexerat opes, quas principes factionum certatim inuasere. Alimentorũ etiam si quid pretio quæsiuerat, de manibus eruebatur. Exagitabatur à perfidis, dira imprecabatur, volebat mori, sed percussorem non inueniebat. Malebant insultare diutiùs, affligere grauiùs, quàm citò perdere. Putabãt quamdiù viueret, prædam fore. Defecerant iam omnia, & delicijs assueta, asperiora palearum, vel coriorum dura non emolliebat. Sæua fames intimis se infudit medullis, exasperauit humores, mentẽ exagitauit. Habebat mulier infantulum quem genuerat. Vagitu eius excita, cùm se & paruulum cõmacerari videret, tantis victa immanitatibus, atq; impar tam atroci calamitati affectũ amisit: & pietatis genitalis vsu obliterato, dolorem absorbuit, furorem assumpsit. Cõuersa itaq; ad paruulũ iam matrem oblita, & furẽs animi, sic ait: Quid tibi faciam paruule, quid faciam tibi? Sæua te circunstãt omnia, bellũ, fames, incendia, latrones, ruinæ, cui te moritura credã, aut

Oratio, imò lamentatio Mariæ ad puerulum.

aut cui te tãtillum relinquam? Speraueram, quòd si adoleuisses, me pasceres matrem, aut sepelires defunctam: Certè si præuenires obitu, quòd ego te pretioso tumulo meis manibus includerem. Quid agam misera? viuendi tibi ac mihi nullum subsidiũ video. Omnia erepta nobis, cui te reseruabo? aut certè quo condam sepulchro, ne canibus alitibúsue, vel feris præda sis? Omnia, inquam, erepta nobis. Potes tamen dulcis meus, & sic matrem pascere, idoneæ ad cibum manus tuæ. O mihi suauia viscera tua, artus iucundi, priusquàm vos penitùs cõsumat fames, reddite matri, quod accepistis: redi fili in illud naturale secretum, in quo domicilio sumpsisti spiritum, in eo tibi tumulus defuncto paratur. Ipsa complectar, quem genui, ipsa exosculabor: & quod impatiẽtia amoris habet, habeat vis necessitatis, vt ipsa deuorem meos artus, nõ simulatis, sed impressis morsibus. Ergo esto cibus mihi, furor latronibus, & vitę fabula, quę sola deest calamitab⁹ nostris: Quid faceres fili, si & tu filiũ haberes? fecimus, quod pietatis

fuit, faciamus quod fames suadet. Tua tamen causa melior, & quædã pietatis

Maria q̃dã matrona locupletissima propriũ filium coxit, et sibi vnã, alterã seditiosis seruauit partem.

ſpecies, quia tolerabilius eſt, quòd matri dederis cibũ viſceribꝰ tuis, q̃ quòd te mater, aut occidere poteſt aut deuorare. Hæc dicens, auerſo vultu gladiũ demerſit, & in fruſta filiũ ſecans igni impoſuit, partẽ comedit, partẽ operuit, ne quis ſuperueniret: ſed nidor incẽſi peruenit ad principes ſeditionis: cõtinuoque odorẽ ſequuti, introierũt mulieris hoſpitiũ, minantes necẽ, quòd auſa eſſet ieiunãtibus ipſis edere, atq; exortes eos facere cibi, quẽ reperiſſet. At illa, partem, inquit, veſtrã vobis ſeruaui, nõ fui auara nec inhumana: nolite indignari, habetis quod & vos edatis, de meis vobis viſceribus cibũ paraui. Cõſedite ocyùs, mẽſam apponã, mirari habetis, & miniſteriũ meum * indicare, quòd talẽ nullius inueneritis mulieris affectum, quæ vos nec dulcis filij fraudaret gratia. Hæc dicens, ſimul redoperuit ambuſta membra, & epulãda obtulit cũ adhortatione huiuſmodi ſermonis: Hoc eſt prandiũ meũ, hęc veſtra portio, videte diligẽtius, ne vos fraudauerim.

**indicare*

uerim. Ecce pueri manus vna, ecce pes eius vnus, ecce dimidium reliqui corporis: & ne alienũ putetis, filius eſt meus, ne alterius opus arbitremini, ego feci, ego diligẽter diuiſi mihi quod mãducarem, vobis quod reſeruarẽ. Nunquàm mihi fuiſti dulcior fili, tibi debeo, q̃adhuc viuo. Tua ſuauitas animã tenuit meã, & produxit matri miſeræ diem mortis. Subueniſti in fame, tu munus ſupremũ ſenectæ, percuſſorum repreſſor. Venerũt necaturi, cõuiuæ facti ſũt: habebũt ipſi quod tibi debeãt, cũ epulas meas ſumpſerint. Sed q̃d refertis gradũ, quid horreſcitis animo, cur non epulamini quod mater feci? Poſſunt & vos delectare, quæ matrẽ exaturarũt. Nõ eſurio iam, poſtquàm me filius meus pauit, abũdè exatiata ſum, famem neſcio: Guſtate & videte, quia ſuauis filius meus. Nolite fieri molliores matre, infirmiores muliere. Aut ſi vos in meo vulnere miſericordes eſtis, & non ſuſcipitis hoſtiã meã, atq; auerſamini holocauſtũ meũ, ego cõſummabo ſacrificiũ meũ, mãducabo quod reliquũ eſt. Videte ne vobis opprobrio ſit

†mihi

quòd fortior vobis mulier reperta sit, quæ absumeret epulas virorum. Ego quidem tales paraui epulas, sed vos sic epulari matrem fecistis: me tenebat passio, sed vicit necessitas.

CAPVT XLI.

REpleuit continuò totam vrbem tanti sceleris nefas, & vnusquisq; tanquàm ante oculos positum, parricidalis conuiuij ministerium perhorrescebat. Cœperunt & ipsi incentores seditionis examinare post hęc, quos raperent cibos, ne similes escas inuenirent, & velut imprudentes sumerent. Cœperunt vniuersi timere, ne diu viuerent, & mori vellẽt. Peruenit etiam ad Romanos huius facti immanitas. Nam pleriq; hoc horrore pterriti, *ad hostem fugerunt. Quo cõperto Cæsar, execratus infœlicis terræ contagium, manus ad cœlũ eleuans, talia protestabatur: Ad bellum quidem venimus, sed non cum hominibus dimicamus, aduersus omnem rabiem beluarum ac feràrum, quid *sensibiliũ loquor? aduersus omnem rupiũ immanitatẽ decerni-

*ad hos Cæsar audiẽs immanitatẽ Mariæ in filiũ in verba hæc prupit execranda *sensibilia loquar.

cernimus. Diligũt ferę fœtus suos, quos etiam in fame nutriunt, & quę alienis corporibus pascuntur, à consimilium ferarum abstinent cadauer:bus. Hoc vltra omnem acerbitatẽ est, vt membra, quæ genuit, mater voraret. Mundus ego ab hoc contagio, tibi me absoluo, quæcunq; in cœlo potestas es: Scis, scis profectò, quia intimo affectu pacẽ frequenter obtuli, & quod non pudet dicere, victor rogaui: quia parcere etiã ipsis tantorum flagitiorum prodigiorumque autoribus volui, parcere populo, vrbem seruare: sed quid facerem repugnãtibus, †sed quid facerẽ aduersus suos furentibus? positis plerunque armis, quia illi à suorum cædibus nõ desinebant, in bellum reuerti, vt liberarem obsessos, non perderem: ipsi nos de muris hortati sæpè sunt dimicare, ne grauiùs à suis perirent. Quales sunt ciues, quibus hostis remedio est? Audieram equidem intolerabilem huius esse populi ferocitatem, qui incredibilibus se opinionibus in omnem excitat insolentiam. De cælo se genus ducere, ibi primùm induisse corporis formam

†*sed, hoc non est in manuscrt.*

mam, cœli se fuisse incolas, descendisse ad cultus terrarum, de terris ad cœlum redire, transisse per maria sicco pede, fugisse ante se fluctus maris, conuersa Iordanis fluenta, in suũ fontẽ recucurrisse, stetisse solẽ, vt hi hostes suos vincerent, ne nox impediret: raptos in cœlum igneis curribus suos, præliatas pro se cœli potestates, & absentibus his vniuersas hostiũ fusas copias, dormientibus partam victoriam. Hæc compereram, sed putabam quòd diuina circa se iactarent beneficia, non vsquequaq; audaciam extenderent, vt se nec à Romanis vinci posse arbitrarẽtur. Agnosco itaq; cum his nobis esse prælium, qui se insuperabiles credant, cùm se iactitent diluuij superstites, hæredes fluminum, terrarum hospites, viatores æquoreos, ascensores æthereos, quibus vnda murus est, aër via, cœlum habitatio, cedunt flammæ, nec vincula tenẽt. Sitientibus petra soluitur, ac sese fundit in potus. Esurientibus cœlum aperitur, cibus mittitur, carne volatilium castra implẽtur, & panem angelorum manducat homo. Sringuntur liquentia, amara dulcescunt, sol †statuit, te-

†statuitur

nebræ illuminant. Postremò quid amplius potest esse, quãdo his audacia desse potest? Qui, vt aiunt, mortui viuũt, & sepulti resuscitantur. Aduersus diuina quoq; cõspirasse hos homines opinio frequẽs, & pœna indicio est. Ardẽt hodiè quoq; terræ propter incolarum impietatem: plerosq; etiam ex istis hiatus soli absorbuit. Quamdiu igitur in his locis *morabimur? vbi & terrarum ruina est, vidimus & mare mortuũ, vidimus etiã mortua terrarum nascẽtia, humum aridã, virentiũ fructuum vmbras inanes, foris gratiã, intùs fauillã. Quis dubitare potest, quin apud inferos versemur, apud quos etiã elemẽta moriũtur? Ipsa quinetiã, quæ post mortem viuere solet, apud †quos naturę pietas mortua & supstes defunctis religio? Quis enim parẽtes nõ etiã mortuos diligat? Quis †enim amissos filios non amet, & loco pignorum teneat? Manet affectus, etsi pignus obierit, perseuerat nomen naturę, gratia non intercidit. Apud hos verò nec viuentem mater recognoscit filium, nec appellantem audit, nec vagientis miseretur:

†illuminãtur

†moramur

†hos

†etiam

&

& propter vnius horæ execrabilem cibum parricidales †iniecit pignori manus. Sed quid quasi nouum arguo, cùm à parricidio fraterno generis sui numerent exordia? cùm ipsius Abrahæ, quem appellant patrem, & disciplinæ autorem, ac sui principē cultus, in eo maximè fidem prædicent, quòd nec filio parcendum putauerit, eumq; sicut hostiam aris admouerit, atq; holocaustum offerre non dubitauerit. Non cō. demno deuotionem, sed quæro pietatem: Alium quoq; è suis vouisse, aiunt, victorem, vt quicquid sibi primùm occurrisset domum reuertenti, immolaret Deo suo: & cùm rediret, occurrisse filiam, atq; illum iniecisse filiæ manus, multaq; alia huiusmodi exēpla. Qualis ista gens, quæ religioni tribuat hominis necē, & sacrificiū putet esse parricidium? Quis Deus possit hoc exigere, aut qualis Sacerdos, qui hoc possit deferre? Deniq; veterē illum quasi prudentiorem non fecisse aiūt, sed voluisse, istum quasi †consultiorem perseuerasse. Habeāt suos ritus †duriatum homines, apud quos disciplina est filios occide-

†iniecit

†inconsultiorem

†duri tamen hoiēs

occidere. Infœlix ciuitas, in qua talis officina, tale †mysterium est. Operiant eam ruinæ suæ, atq; abscondant †inuidi ipsi contagionem, ne sol videat, ne stellarum globus spectet, ne maculen. rur aurarum spiramina, purgatorius quoq; ille exuret ignis. Thyesteas dapes fabulam putamus, flagitium videmus, veritatem cernimus atrociorem tragœdijs. Ibi enim firmior sexus & partus alienus, hîc mulier, cui partus proprius fuerit cibus. Ibi aliena fraus, hîc propria voluntas. Ille doluit, hæc insultauit: digna talibus viris esca, q pertinaciter bellando mulieres suas ad tale perduxerunt conuiuium. Equidem eos tantis malorum afflictos acerbitatibus iam furere arbitror, amentesque factos, qui hæc non sentiāt. Quare maturiùs bellum conficiamus, quia emēdari non queunt: ingruamus instātiùs, vt fugiamus regionum istarum morientes aquas, terras ruentes.

†ministeriū

†mundi ipsius

Purgatorius ignis.

CAPVT XLII.

His dictis admoueri templo arietes iubet, sed nihil validi ictus proficie-

ciebant. Plerique tamen territi de ipsis seditionum Principibus, confugere ad Cęsarem, quos Titus tanquàm necessitate compulsos, non quasi promissum secutos dubitauit suscipere, sed fides temperauit iracundiã. Non eò loci tamen habuit, quò perfugas superiores, intentiusq; suos vrgere cœpit, vt vniuersi hostium discederẽt perculsi metu: Sed vbi parietes inoffensos abictu arietum mole sua viderunt permanere, aluerunt audaciam: ingenio tamen Cæsar præueniens, ianuas argento operta succendi iussit, quibus igne admoto argentum defluere cœpit: deinde paulatim etiam lignum ardere: Sic in porticũ interiorem aditus patescere. Sed miseratus Cæsar, ne finitimis interioris vestibuli porticibus comprehẽsis, templum exureretur, ad consilium vocauit Duces exercitus, dicens: non cum insensibilibus sibi certamen esse, nec bellum cum ædificijs, quæ victoribus proficerent, si inexusta reseruarentur: Duces tamen asserebant *valitudinem parietum & munitionem templi, Iudæis in reliquum quoque incentiuo futu-

Ianuas tẽpli argẽto incrustatas incẽdi iubet Cæsar.

**validitatem*

futuram, quibus esset grata insolentia, radices rebellionis eruendas funditùs, ne iterum temeritas recrudesceret. Distulit tamen Cæsar consilij tractatum in posterum diem, verùm Iudæi se infundendos putarunt: sed Romani cõsertis clypeis, quamuis pauciores, primum impetum sustinuêre. Nutabat tamen acies concursu innumerabilis multitudinis. Vnde Cæsar cum equitibus properè affuit, proterẽs facilè, quos reperisset, atq; hostile agmen reflexit, eo fretus, quia iam pateret vestibulorũ portio. Maiore suorum manu sequente die disposuit in hostẽ irrumpere, tẽplum succẽdere. Quod factum eripuisset vrbem incendio, nisi lęua mens populi flãmas in se hostium prouocasset. Iubet enim Cæsar restingui igniũ globos, ne irrupturis impedimento forent. Quod videntes Iudæi, dum infidiantur volẽtibus incendia templi restinguere, cæsis aliquibus, hostẽ accenderunt: vnus de Rõ. semiustã nactꝰ materiem, q̃ de fastigio deciderat, adulto igne portæ admouit, quæ aurea nũcupatur, quòd auro vestitas habebat fores.

Lique-

Liquefactus ilicò flammis auri rigor lignum nudauit, quod velut intecto latere patuit incendio. Exustis itaque valuis, in interiora se tẽpli penetralia inseruit ignis. Iamque portæ eius vesti-
Decimo die mensis Augusti, quẽ erat Iudæis fatalis, tẽplũ succẽsum est.
bula lucebant. Turbati omnes, qui se templi munimine defensabant, trepidare ilicò, & quædam iam inclinatio mẽtium erat, illum diem esse templo excidialem, quia in ipso die quondã Babylonijs ingruẽtibus fuerat incensum, quia erat decimus dies *Ioma mensis, quem iamdudũ inter funestos annumerabant. In superiora quoq; se auram spiramine ignis attollens, victoribus lętitiam, victis tanta labe dolorem dignum infudit. Clamor quoque ve-
**Loma*
niuersorum exortus, nec multò pòst nuntius hostilis excidium Cæsari manifestum reddidit: qui se propripiẽs quãta poterat voce, restingui ignes iubebat. Sed neq; per tumultum audiendi facultas erat, neque parcendi voluntas, cùm Romani milites vindictæ studio feruerent, notaque pietas Cæsaris, inobedientiæ metum suis demeret, nulli fraudi suis futurũ, cùm etiam hostibus ignoscere-

tur. Nutu tamẽ & mãnu Titus reuocabat, quos poterat, mandabat aliquibus vt inhiberent impetus militum. Sed ira duce *adolebat incendiũ; hostem vrgebant desperatione salutis, iam sui prodigum, & totum se expendentem periculis. Vulgus maximè ignobile feriebatur, vbicunque occurrerat, quia nullis munitum armis, nec repellendo vulneri, nec retorquendo idoneum erat.
** adolebãt*

CAPVT XLIII.

FAtigatus itaq; clamoribus Cæsar, gradum retulit, cùm flamma adhuc conclauia templi depascebatur. Quibus deustis, in ipsam ædem se furẽs intulit. Quã specie pleriq; exanimati: alij se in ipsos *misẽre ignes, quorum oculi ferre non poterant, vt superstites templo reseruarentur. Rursus cucurrit Titus, cupiens cuiusmodi ædes esset, circũspectare. Cuius gratia motus, præcellentiorem omnium templorũ fuisse operibus fatebatur. Mirabatur saxorum magnitudinem, metalli nitorem, venustatem operis, gratiã pulchritudinis. Nec immeritò tãtam fuis-
** mersere*
Cæsar omnibus locis templi circumspectatis, laudauit mirũ in modum.

se loci celebritatem pronuntiabat, vt eò ex locis omnibus cõueniretur, quia tantum non nisi summi Dei crederetur esse domicilium. Adiũgebat honos fidem *religionis, quo etiam barbarorum gentes templum illud venerabãtur: & inferebant munera prędones religionis, quæ tamen tunc diripiebant sui, & disperdebant latrones, irruentes in omnia quæ deposita viduarum fuerant. vel pupillorum, tanquam de victoribus vindicarentur, si quid ex præda Romanis minueretur. Templum quoq; ardere conspicientes, ipsi incendebant cætera, ne quod excidio templi superstes esset ædificium: religioni deputantes, si omnia cum templo perirent. Nec adhuc tamẽ Iudæi perfidiam deponebant, quę causa maioris excidij fuit. Nam cùm animi multorum inflecterentur, vt se, fracto agmine, Romanis traderent, Pseudopropheta quidam iactare cœpit in excessu mentis suæ, templo diuina præsidia non defutura, vocare populum ad se velut quodam oraculo, adhuc se in templo suo manere: ilicq repulsurum hostium cuneos,

*regionis

texitij

fracto agmine

neos, flammarum incendia. Sic miseri dum infœliciter falsis circũuentionibus credunt, dedecores atq; inulti sicut pecora trucidabantur. Qui si voluissent credere, euidentia imminentis signa excidij habebant: quibus veluti claris vocibus admonebantur, finem sibi afforé.

CAPVT XLIII.

NAm per annum fermè supra templum ipsum Cometes, passim ignis & gladij quandam præferens similitudinem, *denuntiabat quoq; ferro & ignigentis & regni vrbisq; ipsius vastitatem futuram. Quid enim similitudo gladij, nisi bellum? Quid ignis, nisi incendium denũtiaret? Visus est autem, priusquàm populus à Romanis sese dissociaret: ipsis autem Paschę diebus Xantici mensis octauo die, & per singulas noctes hora circiter nona, tẽplum & ara eius ita lumine refulgebat, quasi dies esset, per dimidium fermè horæ quotidiè manens: quod * vulgò interpretabatur, cumulandæ gentis indicium videri, eoque impulsi sunt, tãquàm tempus afforet libertatis

Cometes ante euersionẽ vrbis ferè per annum visus fuit.

*denuntians

*vulgus

recipiendæ. Prudentiores contrà opinabantur, quòd id genus ſtellæ bellum ſoleat denuntiare. Nec quiſquam arbitretur aliena nos à cultu noſtro, & diſciplina locutos. Primùm, quia non quid nobis videatur, aſtruimus, ſed qd acciderit, quæue opiniones tunc tẽporis fuerint, quid prudentes ſenſerint, quid imprudẽtes. Neq; cùm de ſecta Iudæorum aliquid dictum eſt, ita ſcriptũ videatur à nobis, quaſi in veritate cultus eorum, non quaſi in vmbra & figura præmiſſos contexeremus, vt ſequerentur perfectiora. Nam de ſignis ſtellarum etiam in Euangelio docemur, quia erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis. Vitulæ quoque partu aſſeruerunt, cùm immolanda aſtaret altaribus, in medio templi agnum editum, in ipſis ſacrorum (quæ ſuprà memorauimus) celebritatibus. Orientalem quoq; portam interiorem ſolido ære grauẽ, quæ ſoleret ad veſperam viginti virorum multo claudi labore, obſeratam vectibus ferreis, per aliquot noctes ſpõtè reſeratã, & vix poſteà à cuſtodibus clauſam. Id quoque arbitrabantur pleriq; futu-

Vitula immolanda ante aras edidit agnum.

Porta ænea vrbis per aliquot noctes ſpõte propria reſerata.

futurorum † ſigna bonorum, quibus ingreſſuris porta aperiretur. Conſultiores autem aiebant, cuſtodiam templi reſolutam videri, vt quæcunque intùs forent, ab hoſtibus diriperentur: exiret cultus, introiret vaſtitas, euacuaretur celebritas, ſacrificiũ deſtrueretur. Quod etiam antequàm † crucifixiſſent Chriſtum Ieſum liquidò ſignificatum lectio docet. Poſt multos quoq; dies, figura quædam apparuit inæſtimabilis magnitudinis, quam plurimi circumſpexêre, ſicut libri Iudæorum manifeſtarunt: & ante Solis occaſum ſubitò viſi in nubibus currus, & acies armatæ, quibus totius Iudææ regionisq; eius vrbes incurſarentur. In ipſa autem Pentecoſtes ſolennitate, † qui ingredientes Sacerdotes in templi interiora noctur-no tempore, vt ſacrificia aſſueta celebrarent, primò motum quendam ſenſiſſe ſe prodiderunt, & ſonum editum, poſteà etiam audiſſe repẽtina voce clamatum: Tranſeamus hinc. Ieſus quoq; Ananiæ filius ruricula vir, ante annos quatuor quàm bellum Iudæorum populus adoriretur, in ſumma pace vrbis

† *ſignum*

† *crucifigerent*

Currꝰ et acies armate in nubibus viſæ

† *qui, nõ eſt in manuſ.*

Voces auditæ à Sacerdotibus in templo: Tranſeamus hinc.

& abundantia, cùm scenopegia sacrificijs solennibus celebrarentur, templũ ascendens, cœpit clamare: Vox ab Oriente, vox ab Occidẽte, vox à quatuor ventis, vox super Hierosolymam & super templum, vox super sponsos & sponsas, vox super omnem populum: hoc noctibus & diebus vociferabatur. Quo moti primores loci, corripuerunt eum, terribile vociseius indicium perhorrescentes, & plurimis eum supplicijs affecêre, quo saltem afflictus dolore, desineret terribilia & plena prodigijs denuntiare. At ille nec metu vllo, nec verberibus aut grauioribus interminationibus terrritus, vsum aut vocem mutauit, eadem denuntiationis perseuerantia & contextione sermonum, nulla obsecrationis interpolatione in iisdem manebat, iniuriæ negligens, affectu immobilis. Quod nequaquàm perfunctorium rati, sed in excessu mentis, vt erat, exprimi, detulerunt ad loci iudicem, qui tunc tẽporis à Romanis per id locorum, publica agitabat negotia. Is rimandæ veritatis gratia, sæuissimis eum pœnis exulcera-

Cuiusdam agricolæ continuus clamor.

uit:

uit: quò magis perseueraret, eò vehementiùs corripi flagellis hominem iubens, vt si qua secretiora futuri tumultus comperissent indicia, manifestaret. At ille neque fleuit, neque rogauit, sed ad singula verbera non suũ, sed patriæ excidium flebiliter * plorabat, dicens: Væ Hierosolymis. Neq; interrogatus, quis esset, vel vnde, vel cur eadem diceret, responsum reddidit: sed tantũmodò lamentationem illam patriæ, questu miserabili prosequebatur. Defessus itaq; Albinus, hoc enim nomen viro, dimisit eum, tanquàm demẽti furore, quid diceret, non sentientem. At ille neq; sermonem vllum cum quoquam habebat, nec aliud loqui per reliquum tempus auditus est, sed hoc tãquàm lugubre atq; funereũ canticum canẽs, diebus ac noctibus iugiter resultabat: Væ Hierosolymis. Neq; verberanti conuiciabatur, neq; cibum impartienti gratias agebat. Vna erat ad omnes, eademque plena funebris vlulatus responsio, & maximè sacrificiorum celebritatibus. Per septem itaque annos & quinque menses eadem verborum series,

* deplorabat

idem vocis sonus mansit. Itaque indefessus tãto tempore, vbi obsidio cœpit, eadem illa vociferari destitit, quasi cessare oporteret denũtiari, cùm adessent, quæ fuerant denuntiata. Sed vbi flamma cœpit pariter vrbem & templũ involuere, circumiens murum, clamare iterum cœpit: Væ ciuitati, populo & templo. Et ad postremum addidit: Væ etiam mihi: & †fundibulo ictus, in eadem voce amisit spiritũ. Vrbem quoq; ipsam cum tẽplo, vetustis literis scriptum erat, tunc perituram, cùm tetragonum templum factum fuisset. Itaq; siue obliti, siue obstupefacti ingruentium malorum necessitate, vbi occupata est Antonia, tetragonum circuitũ templi fecerunt. Inter quæ illud præcellentissimum, quod in literis æquè vetustis, quas sacras vocabant, manebat impressum, quòd secundum illud tempus, futurus esset vir, qui de regione eorum imperium assumeret in orbem terrarum. Quæ res eos in tanto furore posuit, vt sibi non solùm libertatem, sed etiam regnum pollicerentur. Id alij ad Vespasianum referẽdum puta-

†fundibulo

Iudæi occæcati præsagia deletionis non intellexerunt.

putarunt, prudentiores ad Dominum Iesum, qui † eorum in terris secundum carnem genitus ex Maria regnũ suum per vniuersa terrarum spatia diffudit. Tantis itaque rebus † aduenientibus, non potuerunt † capere, quod diuinitùs decernebatur.

† qui de regione eorum

† monentibus

† cauere

CAPVT XLV.

FVgientibus itaq; autoribus seditionum, cùm templum exureretur, Romani posuerunt signa intra circuitum templi ipsius, & contra portam Orientalem sacrificauerunt, Imperatorem Titum summis prædicantes vocibus. Interea puer quidam eò loci, vbi etiam Sacerdotes erant, quos & inopia aquæ, & æstus finitimi incendij commacerabat siti, rogauit vnum de custodibus Romanis dexteram sibi dare, potum offerre. Porrexit ilicò, ætatem pariter miseratus ac necessitatem, bibit puerulus: & quia sedulò innoxiæ credi-tum fuerat ætati, rapuit aquæ vas, & cursu sese proripuit, vt etiam Sacerdotibus bibendi copiam ministraret. Voluit sequi miles, sed non potuit com-

Rom. incẽdio templo fugatis q; seditiosis.

Imperatorẽ Titum summis vocibus declarant.

Puer quidam Sacerdotes, quos Cæsar occidi iussit.

prehendere. Ille periculo suo Sacerdotum sitim leuauit. Bona fraus, quæ neminem læderet, subueniret necessitati. Denique miles ipse miratus est magis affectum pueri, quàm dolum detestatus, quòd in illa ætate atq; excidio totius vrbis, & communi periculo, quid †quo potuit ministerio deberetur reuerētiæ sacerdotib⁹, †quod potuit ministerium, non inexpressum reliquit. Nec multò pòst Sacerdotes cōfecti fame & siti, vitam rogarūt. Quos Titus iussit occidi, degenerisanimi esse respondens, † vt templo & muneri cuperent superuenire.

CAPVT XLVI.

Sermo Titi ad seditiosos, quo multis modis totū penè orbem subiectum Roma imperio ostēdit.

IOhanni autem & Simoni, & cæteris Principibus seditionum rogātibus, vt paulisper cessare iacula telorum & strepitum iuberet, dicendiq; sibi potestatem daret, ab indulgentia non abhorreret: facto silentio ita respondit: Serum, nequissimi, tempus ad misericordiam, cùm iam, quid reseruetur, nihil relictum sit. Offerebā vobis, & despexistis, & diffidentiam putastis, non indul-

indulgentiam. At ego innoxia ædificia vestro scelere perire ingemiscebā, vulgus ignobile cogi ad mortem dolebā: parcere volebā, vos non sinebatis: suspendebam prælia, vos irruebatis: pacē offerebam, vos nō recepistis. Alloquebar frequenter, crebrò conueniebam. Non pudet dicere, insolētiores vos feci rogando. Quid putabatis, quòd Romanæ acies vobis cederent, & multitudine circumueniretis victorem omniū terrarum exercitum? Quota portio orbis pugnauit, quia vniuersum nec regio vestra sustinere poterat, nec sinebat necessitas. Maior enim cura nobis tuendi orbis, quàm propagandi. Quocunque eamus nihil est nouum, nihil est alienum, quibus omnis terra possessio est. Latrocinium hoc, quasi nęuum in corpore diu dissimulandum putauimus, aliquando commotiauferendum credidimus, ne fulgorem imperij Romani vestra inobedientia & quædā interpolaret caligo: Sēsistis Romanā virtutem non bellādo, sed moriendo. Neq; enim in campo vestra vidimus agmina, sed in muro, cùm vobis nec claustra pro-

prodessent ad tutamentũ salutis. Quis enim murus resisteret, quibus Oceanus non restitit? Aut quę ciuitas nostrę obsidioni inexpugnabilis foret septa præsidio murorum, cùm Britannias quoq; Romana arma penetrauerint, muro frementis circũuallatas elementi: Substratus est nobis ille præruptus aquæ mons. Patres vestros, vt Iudaicæ fabulæ ferunt, rubri maris vnda, muri specie transeuntes, circumuallauerit: Romana fortitudo murum Oceani perfregit. Non inuideo vobis aliena beneficia. Vidit vos mare & fugerit, vt clausi ab hoste fugeritis, quia perrumpere hostem non poteratis, nec sustinere. Nobis fuga Oceani damno fuisset, si fugisset. Gessimus antè bellum cum fluctibus, insanum mare antè superauimus, quàm ad hostẽ peruenitemus. Excepit nos Britannia, iam victores elementorum. Quibus illi fidebant, nos subegimus, vt ad triumphi cumulum ipse Oceanus accederet. Sed fortè de virtute corporis præsumebatis. Nunquid vos Germanis fortiores, quos septos Alpium muro, fortitudo Romana

Aliàs, viderit.

Aliàs, fugeretis

Germanorũ fortitudo prædicatur à Tito.

in

in seruitutem deduxit? Nec illa similia Tauri montis acceliuis collibus, aut Canopeis agminibus Aegyptiorum, cum quibus vobis bellandi vsus est. Supra nubes ascendimus, & de nube descendentes populos vicimus, aërium cunctis aperuimus iter: Iter æquoreũ vobis non videmus, dũmodo illud triumphantium fuerit, hoc fugientium. Romanæ itaq; virtuti †concesserunt fontes, amnes exaruerunt, amisso cursu, quem natura direxerat, & inflexo quò victores iubebant. Conuersus sit Iordanis vester, vt dicitis, atq; in fontem reuerterit, vt vobis iter panderet, non eo Cloelia Romana virgo eguit, quę rupto vinculis hostem euasit, & fluuio decurrens, Romanis se intulit castris. Nec incendia vestra miramur, de quibus Hebræos pueros euasisse, maximos edere cãtus soletis. Mucius noster nullo cogente, manum admouit ignibus, nec remouit, donec victor incendij, miraculum hostibus suæ infunderet fortitudinis, quæ flammas non sensit. Deniq; pacem rogarunt, qui triumphum sperabant. An verò cœlestia illa vos

†*consederunt montes*

Cloelia Romana virgo.

Mucij Romani animus.

la vos extulêre pabula, & esca pluuiarum aduersus virtutem Romanã? Sed considerare decuit altricem ipsam orbis terrarum Africam esse subiectam Romanæ fortitudini. Nobis seruit, quæ omnes alit: in nostra potestate est fames omnium, & victus vniuersorũ. Quod natura omnibus dedit, virtus Romana ius suum fecit. Ipsum Annibalem perculit, in exiliumque coëgit, quem non capiebat orbis terrarũ. Angustior ciuibus Africa fuit. Nõ idoneæ ad demorandum visæ Hispaniæ, arcta vianti Gallia, indigna Italia amicitiæ fœdere, & societatis consortio. Iactetis liceat, quòd †flumina militauerint vobis, & cœlestes potestates pugnauerint: Nos Annibalem inequitãtem †fluminibus vicimus, atq; intonantem vndis. Ipsius tempestatibus quatiebatur mũdus. Et ille muros nostros armis pulsabat. Neq; verò necessarium fuit, vt hostes nostri, sicut Assyrij vestri, dormiẽtes extinguerentur, sed præliantes. Nõ enim in somnis victoria quæritur, sed in prælio: non virtutis adorea est, vbi fortuita gratia. Hostes nostri non aquæ

†fulmina

†fulminibus

aquarum rutilo decepti renitentiũ ad solis exortum in manus nostras incõsultiùs inciderunt, dum fusi sanguinis specie, nos extinctos putauerunt: sed scientes & ad bellũ parati, campos terrarum corporibus suis texêre, ac proprio sanguine repleuerunt. Quæ vos fortitudo in tanta posuit insolentia? Non videbatis eos seruire nobis, qui vobis imperitarunt? Aegyptus, quæ vos affligere solebat, nobis annuum pẽdit tributum, & viam præbet vsque ad Indicos tractus, extra orbem terrarum egredi, atque alterum orbem quærere: maris secreta, Solis Oceaniq́ue vltima, & alterius orbis incolas nostro imperio adiungere. Quid Antiochi regnum, qui vos grauibus supplicijs affecit? Ius quoq; ipsum †ereptũ religionis, nos ipsi vobis refudimus, gloriosius arbitrantes imperare Regibus, quàm regnum tollere. Ipsa auferre Antiochia sedes Dominorum vestrorum, non studiosè suos repudiauit, & nos Dominos elegit? Vos ipsi nónne ad nos confugistis, vt illos Dominos fugeretis? Non ipsi vos susceptmus, & ad-

†eripuit

† Seruauimus

& aduersum illos defendimus? † Seruiuimus vobis, vt vestris legibus viueretis: dedimus potestatem vestris inseruire cultibus. Sacra vestra scire noluimus, sed honorauimus. Postea rebellādum putastis. Pōpeius templum cepit, sed non diruit: vrbē occupauit, sed integra omnia reseruauit donaria. Pro quibus ô grati socij, hanc vicem nobis rependistis, vt tertiò rebellaretis. Fuerit Nero despiciendus, sed non in vno Romana virtus expendebatur: sed habebat militem Vespasianum, qui iam ad pacē reuocauerat Gallias: tam fortis in prælio, vt per illum & Nero vinceret, per illū Nero esset hostibus formidabilis: tam fidelis domino principi, vt solus imperium non quereret, quod solus merebatur. Sed Cestius læserat: querelam deferri decuit, non arma irrogari. Missus pater Vespasianus, q improuisus potuit in imparatos se effundere: Galilæā circumibat, lōginqua exurebat, vt vos deponeretis insolentiā, veniam postularetis. Ostēdit virtutem, & cum vniuersos clausos teneret, Aegyptum petijt, vt inducias resipiscendi daret.

Pōpeius tēplū cepit.

Ingrati quidam.

di daret. Insolentiores vos nostra absentia fecit, quia nos occupatos putastis. Sed nunquàm ita occupati sumus, vt absentes simus orbi terrarum. Nam & absentes assumus, & longè positis propiùs assistimus. Nanq; vt anima in corpore omnia membra viuificat sua, sic Romana prouidētia omnibus imperij sui partibus adest, & totū orbem Romanum, tanquàm præsens gubernat. Nam si singulis animis illa vis diuina regendi corporis virtutem dedit, quantò magis Romano vigore, quo quasi vnum totius imperij nostri corpus animatur, tuendi eius vitalē quandam substantiam subministrauit? Suspensum itaq; bellū vos reparastis. Profecturus itaq; pater ad vrbem Romam; à tyrannis recipiendam, me à sua diuisit societate, ne vobis suæ pietatis executor deesset. Veni ad bellū specie terrentis, affectu rogantis. Quoties à mœnibus vestris vocaui exercitū? Quoties posteà à penetralib⁹ tēpli retraxi? Quoties restrinxi incēdia? Quoties monui? Sed nunquàm audistis. Nunc me demum rogatis, quasi iam quicquam su-

perſit, quale iam conſumptum eſt, & tamen à cæde, incendio, direptione exemi militem? Quid deſideratis? quid adhuc ſtatis armati? quaſi daturi leges, non accepturi? Si deditionem petitis, deponite arma, iam non metuenda victoribus, ſed ſuperba victis, & plena inſolentiæ: vt armati rogetis, quaſi de fide noſtra dubitandum vobis ſit, aut adhuc virtutem laceſſitis, bellum minantes? Populus extinctus eſt, tēplum ardet, vrbē tenemus. Quid reliqui ſperatis, niſi vt vita vobis donetur? Proinde ponite arma quaſi victi, viuere vobis donabo, etſi nō meremini, quia noluiſtis quæ veſtra ſunt * vobis conſeruare. Tunc illi petere cœperunt, vt ſibi obſtrictis ſacramento, ne vnquàm ſe Romanis traderent, egrediendi per murum poteſtatem daret, quò cum ſuis familijs in deſertum pergerēt, vrbem Romanis cedentes. Eo commotior Titus, etiámne, inquit, conditiones nobis imperatis? Quin potiùs defenſate patriam, adeſtote templo, omni virtute inſurgite, ſeruate ſacramentum mortis, quando vitæ repudiaſtis. Et ſi-

**vobiſcum ſeruare Peruicax ſeditioſorum reſpōſio, qua Titus commotior redditus. ſeuerè obiurgat.*

Et ſimul iubet inſurgere Romanos in necem hoſtium. Plurimi cœpêre grauiore victorum indignatione labefactari: tradiderunt ſe tamen Zaræ Regis filij, & fratres eius, & plurimi cum ipſis de plebe. Nec Titus, quamuis excitatus ad iracundiam, propoſitum ſuum ſoluit contuitu regalis faſtigij, ſed recepit confugientes: ſolius tantum pietatis (quod maximū eſt) lucrum fecit. Nam prædam omnem domus regiæ, ſeditionis autores diripuêre, vt nihil ex ea ad Romanos peueniret.

CAPVT XLVII.

SImul autem vt facto impetu, in aulam irruêre, duos de Romanis militibus inuadentes, vnum pedeſtri militiæ virum trucidauerunt: eques verò popoſcit ſe ad Simonem duci, allegās ſe habere, quæ memorato inſinuaret principi ſeditionum. Sed perductus ad eum, cùm vana quædam attexeret, perimi iuſſus: dum percuſſor moratur, clauſis iā faſciola oculis, ſeſe proripuit ad Romanos. Qui cominùs prælia̅tes,

suscepêre fugientem, perductumq; ad
†viri sese Titus quasi indignũ †videri morte,
qui ab hoste viuus potuerit capi, exutũ
armis iussit dimitti: reseruans ei quod
per hostis ignauiã non amiserat, & au-
ferens militiæ sacramentum, quod ca-
ptus prodidit, fugitiuus dehonestauit:
Id illi maiori supplicio fuit: apud vi-
ros enim grauiora militiæ ꝓbra, quàm
mortis vulnera sunt. Repulsi tamẽ ili-
cò Iudæi, ad superiora vrbis se contu-
lêre, relicta templi, & vrbis defensione.

Omnes viæ plenæ cadaueribus. Strages magna in eos qui resederũt ex-
ercebatur, seminecibus aut cadaueri-
bus repletę viæ. Iussit Cæsar etiã ad su-
periora admoueri machinas: quod vi-
dentes Idumæi, elegerũt viros, quos ad
Titum mitterent, qui deditionẽ roga-
*electos rẽt. Eo cognito, Simõ prẽuenit, & *ele-
ctis quidẽ petendæ deditionis viros in-
tercepit. Sed Idumæi non multò pòst,
quãuis destituti adiumẽto principum,
cùm sustinere diutiùs vim nequirent,
tradiderunt se exercitui Romano. Ita
primùm fames, & ad postremũ despe-
ratio resistendi, deditionem patrauit.
Nec Romani multa cæde iam fessi ab-
nue-

nuebant vitæ indulgentiam, & studio
captiua mãcipia vendendi promptio-
res erant ad reseruãdam salutem. Plu
rimi venales, sed pauci emptores: quia
Romani habere in seruitutem Iudæos
dedignabantur: nec Iudæi supererant,
qui redimerent suos, cùm se euasisse v-
nusquisque vel inopem gratularetur.
Passim itaq; se tradebant remoto me-
tu, quoniam latrones aberant, Roma-
ni ignoscebant.

Plurimi Iudæorũ venales, pauci emptores.

CAPVT XLVIII.

Iesus offert Tito vasa ministeriorum.

DEnique & Iesus vnus ex sacerdo-
tibus, Thebuti filius se dedidit, &
vasa sacerdotaliũ ministeriorum, lu-
cernas duas, mensas, crateras, phialas, &
omnia vasa aurea: sed & peripetasma-
ta, & indumenta principum sacerdo-
tij, cum lapidibus, accepta fide salutis,
volens tradidit. Comprehensus etiam
Phinees custos gazophylacij demon-
strauit sacerdotum purpurã multam,
& coccum, & alia complura, quæ ad v-
sum reseruabantur. Cum quibus cin-
namomum, & casiam, & aromata plu-
rima, & thymiamata, vasa quoque sa-
cramentorum multa: etiam ipse tradi-

Phinees custos gazophylacij cõprehẽditur

dit & veſtem ſacratam, ſed coactus metu, vnde & veniabile apud ſuos flagitium fuit: tamen, etſi voluntas defuit, deeſſe virtus non debuit: Licèt plerunque ſeueriùs iudicemus, quàm præcauere poſſimus, ſi ipſi in tali verſemur neceſſitate: refugere tamen debemus furti miniſterium, & iudicium proditionis.

† facti
† indiçium

CAPVT XLIX.

IAmque inſurrexerant aggeres, ſed & ferire cœperant arietes murum ſuperiorem ſeptima die menſis, quem Gorpienſem nuncupant: ventum ad ſupremum. Conturbati & perterriti ipſi quoque factionum principes, qui in extremis inſultabant periculis, genibus ſingulorum aduoluebantur, opem orantes. Cernere erat, quàm miſerabilis illa mutatio foret ex illo terribili ac ſuperbo faſtigio, in hanc humilem & plebeiam deiectionem, in lachrymas, fletus, pauorem. Necdum ceſſerat murus vrbis ſuperioris, iam illi percurſabant ſingulos, nihil ſupereſſe præſidij ingemiſcentes, hoſtem ingreſſum arbitrabantur: Plerique tanquàm iam de ſuperioribus pugnantes, Romanos videre ſibi videbantur: quod metuebant animo, oculis præfigurabant, & mentis pauor fiebat imago viſus. Denique pro certo iam hoſtem ceruicibus ſuis incumbere credentes, quibus adhuc tres turres Mariamne, & Phaſelus, & Equeſtris ſupererant, cæteris validiores: deſeruerunt ſuperiora confugientes ad hypogea, vel retruſos ſpecus. Iohannes tamen non multò pòſt fame tabidus, & confectus ieiunio, tradidit ſe Cæſari, qui reſeruatus ad triumphum, ſed perpetuis vinculis innodatus, vſq; ad mortem, magis trahēs ſpiritum vitæ, quàm vllam voluptatem viuendi expertus, ſecurim euaſit. Simon autem latuit etiam intra exuſtæ vrbis ruinas, in hypogeis ſecum paucis recondens fideliorib⁹. Iam Cæſar diſceſſerat cremata vrbe, æſtimans etiam Simonem aut igni exuſtum, aut ruina oppreſſum, aut à quocunq; *homine interemptum. Verùm ille quandiu cibus ſuppeditauit,

Gorpienſem

Tres turres vrbis Hieroſol.

* milite

in defossis specubus defodiebat introrsum. Sed vbi & cibus defecit, & nullus euadendi exitus patuit, subitò ad superiora erepsit, indutus veste candida, & purpureo desuper vestimento, vt terrorem quendam incuteret aspicientibus. Qui primò stupentibus militibus, Romanis mandat, vt ad ducem suum deducerent. Erat in eo loco Rufus Terentius, quē Titus loco præfectū militiæ dereliquerat. Quo aduenientē interrogatus, quis esset: primò alia, post Simonem confessus est. Inde transmissus ad Cæsarem, & ipse ad triumphum reseruatus. Sed quia crudelia exercuerat in ciues, nec se Cæsari tradiderat, post triumphi pompam neci adiudicatus. Octaua die Gorpiei mensis concremata est ciuitas. Cęsa per omne tēpus obsidionis innumera millia, decies centena millia (CX. myriades, vt plerique asserunt) Iudæorum tamen omnium, sed non omniū eiusdem regionis & loci, quia eò vndiquè conuenerunt tempore Paschalis festiuitatis. Captiui abducti ad nonaginta septem millia, latrones propè omnes perempti statim: qui

Decies cētena millia Iudæorū (vt plerique, cētum & decem myriades) cęcisa.

qui validiores erant, per triumphum ducti, postea bestijs obiecti, cæterisque supplicijs dati, per singulas fermè vrbes, quà iter agebat Titus, vt per vniuersos rebellionum supplicio metum spargeret:

CAPVT L.

PEr idem tempus Alani gens fera & diu ignota nostris, quòd interiorū locorum difficultate & clausto portæ ferreæ, quam Magnus Alexander prærupto Tauri montis imposuit iugo, cum cæteris feris, & indomitis introrsum gentibus, cohibebantur: Incolebant Scythicum Tanaim, finitimaque eius, & Mæotidis plaudes, velut quodā clausi carcere memorati ingenio Regis, vt suas terras exercerēt, alienas non incursarent. Sed siue ob sterilitatē locorum, quòd auari votis agricolæ, sperata culturæ non responderet fœcunditas, siue prędandi *cupiditati Regem Hyrcanorum, qui locis præerat, solicitarunt, pretióne an defensione incertum, vt reserata porta, eruptionis sibi copiam daret: quo impetrato, infudēre

Alanorum gens fera Scythiæ.

cupidine.

sę genti Medorum,& impetratis breui velocibus equis,& alijs pariter ad dexteram nexis, in quos per vices,cùm foret libitum,desilirent, totam propè regionem percursauêre: vt primò perturbarent omnia, maiorisque multitudinis speciem darēt, aduersus quam nullus fugæ locus vacaret. Deinde circumuentis omnibus, quantam vellent, strage edita, prædam abducerent. Erat enim regio populo frequēs,& pecoris abundans, quæ nullo resistente, facilè patuit direptioni. Siquidem ipse Pacorus Medorum rex, in abstrusa loca se contulit, saluti potiùs quàm regno cōsulens, ita vt vxor eius, ac liberi, ac concubinæ captæ ab Alanis, centum talentis postea redimerentur. Nec Tyridates Armeniæ rex immunis fuit periculi, sed alieno malo cautior, pestem præuidit: & viriliter quidem voluit occurrere, vt à finibus suis hostem auerteret. Dum pręliatur tamen laqueo insertus, in potestatem hostium viuus concesserat, ni præacuto gladio nodū informem * velociter intercidisset. Nam insolentia quadam propriæ fortitudi-

Pacorus Medorū Rex.

**fortiter*

titudinis,& in cæteros despectu superbo, simul vt familiarem sibi eminus decernendi consuetudinem, refugiendique† facultatem fraude tali prætexerent, laqueos iacere, atque hostem innectere, ars Alanis, bellandiq; mos est.

†*facilitatē*

CAPVT LI.

FVgit itaq; Tyridates, cui euasisse satis fuit. Regnum autem suum depopulandum reliquit. Nam quasi accepta iniuria, quòd congredi ausus foret, vehemētius Armeniam, quàm Mediæ regnum deuastauerunt. Opimi itaque vtriusque regni spolijs, ad propria recursum fecêre. Quorum comperta incursione, Titus Antiochiam contendit: sensim tamen, vt triumphatorem decebat, causamque dissimulans, per singulas vrbes pompam † celebrat victoriæ. Perimebantur in arena Iudæi, quacunque† pergebant, ac dilacerati à bestijs, pendebant merita rebellionis. Antiochiæ quoque eos vetustis odijs gentilis populus insectabatur: eò quòd Reges Persarum, quæ

Titus ad Antiochiā contendit, triumphās singulis in ciuitatibus

†*celebrabat*

†*pergebat*

quæ de Hierosolymitana vrbe donaria iure victoriæ vindicauerant, synagogis contulerant. Antiochenis de suo quoq; alia largiti. Itaq; cõgestæ opes inuidiam facilè mouêre. Nam vt illa nũc omittamus, quę aduersum Machabęos gesserint Sacerdotij competitores, & quantæ cladi ciuium fuerit ambitio, sicut suprà memorauimus. Antiochus posteà non ignobili genere ortus, sed moribus pditus affícto crimine, quòd Iudæi vrbem Antiochiã incendio exurere cõspirauissent, patrem proprium, qui esset de Iudæorum Primoribus, & plerosq; alios insimulatos gentilis impetu multitudinis, ad mortem coëgit. Nec eo parricidio multorum mque cæde exaturatus quieuit: sed posteà quoque nactus facultatem, quod fortuito incẽdio acciderat eiusdem vrbis porticus, & tetragonam plateam, maximamque partem ædificiorum cremari, fraude prędictę coniurationis, iterum Iudęos vrgere cœpit, atque incessere, ac propè vniuersorum stragem fecisset, nisi aduenienti Tito reseruata cognitio foret metu, ne Cæsar vsurpato plurimorum supplicio commoueretur. Ea res Iudæis saluti fuit.

CAPVT LII.

Massadę in quod multi Iudæorũ propter corporis salutem cõfugerãt. Sylle Titus expugnandã commisit.

MAssadæ quoq; plurimi se Iudęorum freti loci munimine congregauêre, cuius expugnãdi negotium Titus indignum arbitratus, quòd Imperatorem teneret, Syllæ mandauit, cui summam in ijsdem locis militiæ Romanæ, cauendique, ne quid iterum rebellionis oriretur, commiserat. Ipse Alexandriam contendit, & inde nauigio Romam trãsmisit. Sylla gnauiter insistens iniuncto sibi muneri, Massadæ murũ ariete dissoluit. Illi interiorẽ ligno cõposuêre, eò quòd ad huiusmodi ictus machinamentorum muralis materies facilè nõ cederet. Sed Romani mutato bellandi genere, ignem iecêre, qui & facilè ligno inhæsit, & sine vlla adoleuit mora. Magnus itaq; adultus incendio flammæ ferebatur fragor, qui primùm Boreæ spiramine à munitionis partibus repellebatur, & Romanorũ magis vineas exurebat. Deinde exorto Noti spiramine, in castellum

lum sese retorsit, ita vt conflagrâret omnis ille ligneus muralis obiectus materiæ consumptæ. Romani, quoniã nox interuenerat, securi victoriæ in castra sese receperant, vt sequenti die nudatos iam, atque omni exutos præsidio debellarent. Sed ne quis elaberetur, intextis castellum custodijs circumuallauerunt.

CAPVT LIII.

Sermo principis Sicariorũ Eleazari ad populum.

DEsperatis itaque rebus, Eleazarus autor turbarum, videns nil præsidij superesse, hunc exorsus est sermonem, quem nos quasi epilogum quendam claudendo operi deplorabilem, more rethorico non prætermisimus. Quid agimus Abrahamitæ viri, genus Regale, sacerdotalis gratiæ, virtute insuperabiles? Non enim ex euentu victoriæ, quæ frequenter incerta est, sed ex propositi constantia virtus spectatur. Vnde conijcere liquet, quia hostem subijcere sortis est, non mutare mentem, virtutis esse. Iure igitur insuperabiles vos dixerim, si nullus adhuc vos mortis vicerit metus. Sed non ita vos pater instituit Abraham: qui in filio

lio vnico docuit, non mortem eius, sed immortalitatem futuram, si pro religione immolaretur. Quid Iosiam prædicem, quo nemo fuit melior interpres religionis, cõtemptor mortis, assertor libertatis? Nanq; is in illo suggestu Regali locatus, cui liceret differre mortem, tamen quia videbat propter peccata grauia captiuitatem plebis Israël futurã, bello se alieno miscuit, vitam refugit. Clamabat Nechao: Non aduersus te missus sum, sed aduersus Regem Israël: Ille tamen non priùs recessit, quàm lethalem sagittæ ictum subiret. Quo fusus vulnere, indicio nobis est, vtrùm in bello meritum, an casus præponderet. Victus est Iosias *priorum instaurator sacrorum, vicit *piorum Nechao omnium sceleratissimus: sed ille victus, nunc cum Angelis est, hic victor in supplicijs. Quis enim nescit, non in hac vita repositam esse mercedem hominibus, sed post huius absolutionem certaminis? Hîc enim currimus, vt illic ad palmam perueniamus; hîc certamen, ibi præmium est. Nõ ergo vlla hîc longæuæ ætatis gratia est.

Deniq;

*occidit Deniq; Abel citò *occiditur, Cain ſuperuixit: ita mors innocentiæ fuit, & vitæ ærumna. Ex illo in eãdem ſortem ſucceſſimus, vt viuere miſerrimũ fieret, mori beatum. Quid eſt enim vita, niſi carcer animæ, quod intra hocergaſtulum clauditur, & carnali adhæret conſortio? Cuius infirmitatibus quatitur, labore affligitur, ira conteritur, accenditur cupiditatibus, vexatur furore, nec ſe facilè attollere poteſt humi nexa, concreta puluere, ſtricta vinculo, neruis irretita. Non mediocris tamẽ poteſtas, vt corpus viuificet, atque infundat inſenſibili materiæ ſenſus vigorem, & hoc inuiſibiliter ſingulis anima ſua conferat, totumque hominem regat, atque vltra mortalem prouehat fragilitatem, vt cognitionẽ capiat cœleſtium ſecretorum, vt mẽtem intendat futuris. Itaque ad imaginem ſimilitudinemque ſui Principis non videtur, cùm ſit in corpore ſita, ſed nec corporalibus oculis cernitur: nec ingreſſus eius, aut exitus *eius vllo aſpectu deprehenditur: inſtar quoddam diuini muneris repræſentans: Cùm ingredi-

Vita præsẽs animæ carcer eſt.

*eius non eſt in vet. cod.

greditur, vitam infundit: cùm excedit corpore, mortẽ operatur. Vbi anima, ibi vita: vbi ea defuerit, ibi mors eſt. Quicquid inuiſerit, exuſcitat: quicquid reliquerit, ſtatim ſoluitur, & continuò marceſcit: infuſione animæ, mortuus reſurgit: diſceſſione, viuus exanimatur. Quis ergo dubitet, quòd ei ineſſe videatur immortalitatis operatio, cui *virtus ſit mortem auertere? Ea tamen ſibi oneri eſt, quanuis alijs ad vſum redundet. Et quod corpori donat, ſibi detrahit. Grauatur enim & quaſi in terrã inclinatur cum iſto mortali corpore. Itaq; vita corporis, mors eſt animæ: & rurſus corporis mors, animæ libertas videtur: dũ enim ſumus in iſto corpore, ſeruit anima noſtra. †Ah miſerã quidem ſeruitutẽ, †quę de paradiſo exulat, & à ſuo principe peregrinatur. Vbi autem fuerit iſtius carnis abſoluta vinculis, in illum purum, & ſplendidum ſuperioremq; †reuolat locum, atq; adeſt Domino Deo ſuo, ſanctorumq; habitaculis fruitur, & beatorum gaudet cõſortijs: quòd nullam iam habeat cum mortuo ſocietatem, & contubernium

*vſus

†Ac †quã

†reuocatur

*cadaueris

* cadaueribus dereliquerit, aſpiret ei cœleſtis gratia, nec vlla eam curarum humanarum ſolicitet exagitatio. Indicio nobis eſt quies, quantam anima † poſt per obitū corporis reſumat gratiā: ſopito enim corpore, & quaſi mortuis eius cupiditatibus, atque vniuerſis motibus, cum ſanctis ſępiùs conuerſamur: recipimus, quos amiſimus: vt nobis & abſentes adſint, & mortui viuāt, & omnis quieſcat dolor. Appropinquemus & confabulemur Deo, cognoſcamus futura. Affectis requies, ſeruis libertas ſit. Quod igitur dormiētes ſōniamus, hoc defuncti adipiſcimur. Et quod in ſomno imago, hoc in morte veritatis paſſio eſt, & libertatis gratia. Vnde nōnullis gentibus mos eſt, vt ortus hominum fletibus, occaſus gaudijs proſequantur: quòd illos ad ærumnam generatos doleant, hos ad beatitudinem redijſſe gratulentur: illorum animas ad ſeruitutē veniſſe ingemiſcant, iſtorum ad libertatem remiſſas gaudeant. Indorum quoque ſapientes feruntur, cùm moriendi affectum induerint, proteſtari quòd diſcedere velint, neq; vllum

Mos quorundā hominū eſt, vt hominē natū fletibus, mortuū gaudijs, proſequantur.

Indi quid in agone.

vllum obſtrepere. Deinde vbi apparatus mortis proceſſit, inſilire lætos ardētem pyrā & aſtātibus valedicere: dolere mulieres, quaſi ſubſidio deſtitutas, vel liberos paruulos q̄ derelinquantur, benedicere alios, nec inuidere, q̄ ad meliores habitatores, ad ſplendidiora loca, purioraq; feſtinent cōſortia. Quid igitur de vobis aliud opinari poſſum, cū etiam barbaris gētibus libertatē ſequēdi mos ſit? Iamdudū itaq; vos optimè mihi cognitos, & inſtitutis † patris reſpōdere paratos, q̄ neq; Romanis, neq; cuiquā gēti, niſi ſoli Deo ſeruiendū putetis, qui ſolus iuſtus, & verus omniū Dominus ſit. Dies aduenit, qui probare operibus voluntatem exigat, nec dehoneſtare veteris indolis claritudinē, vt in libertate geniti, dominationi vos hominū ſubijciatis: prę ſertim cū licuerit vobis antè ſeruire vel ſine periculo, nūc aūt neceſſe ſit dura ſupplicia ſuſcipere cum ſeruitute: ſi Romanorū imperio ſeruituros nos offeramus, quos primi omniū bello laceſſiuimus, & vltimi adhuc armis tenemus, Imperatori non dedimus manus pacem offerēti,

† patrijs

*Silæa *Syllæ dabimus acerbitatem minanti? O miseri, ad quam spem istius vitę nos reseruauimus? Esto, hostis ignoscat, qd proderit, cùm offensa Dei clara sit? ignes ab hoste in nos versi, mutata ven-
*flamina torum *flamma, flāmæ retortæ, vt nostra subsidia deurerentur. Quis poterit aduersante Deo viuere? nullus veniæ locus, sed manifestum imperiū mortis voluntariæ. Quid enim nox interue-
*nec nit, nisi vt nos hostis non præueniret, *aut deusto murali subsidio, continuò irrumperet: sed vt nobis exercēdæ mutuæ necis tempus reseruaretur, liceret-
que cum liberis nostris, & necessitudinibus mori: ne videremus anhelos ferones, anusq; à Romanis pertrahi, charissimas coniuges ad victoris libidinē rapi? Cōmoriamur patriæ, ne simus superstites tanti dedecoris opprobrio. Quò igitur fugiemus à facie Dei, aut quò ibimus infenso nobis cœli Domino? Si cadāt super nos mōtes, & cōcauis specubus abscōdant, quomodo tamen poterimus declinare indignationē tātæ potestatis? Quò enim pgrediemur, vbi nō sit Deus, cùm vbiq; ipse sit? An medio-

mediocria exēpla sunt, quibus doceamur, quòd iamdudum gēti nostrę pro peccatis nostris infestus sit, qui antè præsidebat? Quis hoc dubitet, cùm videat, quòd in nos conuersæ manus nostræ sint: pluresque seditio domestica, quàm bellum extinxerit? Non donabo Romanis quòd vicerint, nec ipsi sibi hoc vendicant, qui sciunt quòd omnes ferè nostris potiùs armis, quàm alienis pericrimus. Quæ enim Romana arma viderunt Cæsaream inhabitātes Iudæi? quorum feriato die sabbati, inter solennes nostrorum sacrorum cultus, multitudo gentilium Cæsariensiū repentino quodam impetu, & misso desuper furore succensa, viginti millia deleuit, omnes fugauit, vt totam vrbem exinaniret. Nónne Syriā totam
*quidem impleuit dementia, vt Iudæi *quædam
atq; gentiles in ijsdem vrbibus siti, & incolatus gratia sibi priùs nexi, posteà inter se armis colliderentur, quò Romanis vadū futuræ victoriæ constitueretur? Nā quid de Scythopoli loquar, quò Iudæi primò contenderant, vt gētilem populum præuenirent, ne quid

aduersus nostros, exemplo cæterarum vrbium, machinarentur? Itaque quos par fuit, coniūctis aduersum alienigenas viribus, bello decernere, † hæc è cōtrario aduersum se Iudæi * decreuerūt, vt pars eorū aduersus cognatos, & proximos suos pręliaretur. Deinde ipsi pro pretio laboris, & impensi sanguinis, à gentilibus perimerentur, quod prohibuerunt ipsi fieri gentilibus. Damasceni nulla existēte causa, octo millia Iudæorum strauerunt. Ascalonitæ duo millia quingētos. In vrbe quoque, cui Ptolemais nomen, cæsa duo millia. Alexandriæ verò vetus erat odium inter Iudæos, & gentiū populos, ex quo Magnus Alexander vsus est studio Iudæorum ad Aegyptios subijciendos: vnde cōdita vrbe ex æquo Iudæis, & Aegyptijs attributa priuilegia, & habitationes diuersæ, ne corū cultus permiscerētur: q purificationes suas sine vlla volebant cōtagione seruare. Hinc frequētes inter eos cōflictus fuēre, exorta iurgia, iudiciū petitū. Nihil tamē ex tanti Regis temeratū liquet fuisse beneficijs, sed posteà à gētilibus exorto tumultu, cùm

† hæc. nō est in manusc.

* decertauerunt,

Damasceni octo millia Iudæorum strauerunt, Ascalonitæ duo millia quingētos.

cùm Iudæorū necati aliqui, alij ad pœnam detinerētur, iniuria motū Iudæorum populum, aduersum autores iniuriæ insurrexisse, & cùm pertinaciùs se de ciuibus vltum iri vellēt, inductum exercitum Romanū, qui sexaginta Iudæorum millia intra vrbē fuderit. Verùm quid in leuioribus moror, cùm excidium totius † vrbis, in vnius ciuitatis ruina deplorandum nobis sit? Vbi est † maxima ciuitas Hierusalem, vbi † magna decora Sion, vbi templū mirabile, vbi secundum illud tabernaculū, sanctitatis sacrarium: quo semel in anno solus Princeps sacerdotum solebat intrare, non sine sanguine, quem pro se offerret, & pro populi delicto? Profanatum est à gētibus, habitāt in reliquijs vrbis, qui eam destruxerunt. Vbi (inquam) es ciuitas referta populis, venerabilis Regibus, acceptabilis Deo, gratiæ sedes? Pauimenta tua de marmore parietes tui fulgentes marmore, culmina tua pretioso splendebant marmore, portæ tuæ micantes auro, aliæ argento renitentes. Omnes interfecti, & qui te iugiter inhabitabant,

† vrbis

† magna

& qui ad te ex totius orbis terrarū partibus conueniebant: vt non dubium sit, totum in te mundum perijsse. Nudata omnia, à culminibus cremata, à fundamentis diruta, facta est habitatio tua deserta, nec est qui in tabernaculis tuis inhabitet, & adhuc quēquam viuere libet, & nō vixisse pœnitet? Duri oculi qui hæc videre possunt, immites animi qui velle possunt, vt quid tātis superſit doloribus: non quòd defecerint clades, sed quòd iam nulla requies. Quò enim circūferamus oculos, *cernere aut quid decernere delectet? Vrbs tota sepulchrū mortuorū est, solæ spectantibus occurrunt fauillæ, viæ vacuæ viuentium, repletæ cadaueribus. Miseri seniores cinerulēta canicie, & scisso amictu supra reliquias mortuorū sedēt nuda tegētes ossa, quo defendant à volatilibus ac bestijs. Mulieres paucæ incolumes, quas miles impius ad turpitudinem, non ad vitam seruauerit. Quis hæc videns, & de cōperendinatione viuendi cogitans, audeat ad cœlum leuare oculos? Quis sic immemor patriæ, hostis suorum, pietatis alienus, expers

expers dulcedinis, cuius tam semiuiri sit mollis spiritus? quis ita meticulosus, quem non pudeat his reseruatum? Vtinam quidem olim defuncti essemus, aut si vita supereſſet, oculorū lumē perijsset, priusquàm sanctam vrbē dirutam hostiū manibus intueremur, templumq; hoc à maioribus nostris sacratum Deo, tam impiè flammis cremari, aut sacerdotes in templo conspiceremus iacere interfectos. Emendemus ergo, quòd his superuiximus malis, vt videamur non vitæ studio distuliſſe mortem, sed virtutis intentione. Circumuallauit hostis omne munimentum, nil supereſt nisi aut nos, aut coniuges nostræ. Iam sibi filios nostros in auctione constituunt, certantq; inter se, quis cuius abducat vxorem: vtrū pro dignitatū meritis personarumúe ordinibus distribuendæ sint, an † sorti- †sortitus
bus subire cogendæ miserabiles. Nobis quoque parantur prodigia pœnarum, tormenta exquisitissima, non solùm ardentes flammæ aut diuersæ neces victricis ictu securis: duro quidem post vincula, post carcerem, post iugum

ſupplicio, ſed tolerabiliore viris, ſi ludibrio vacet, ſed etiam auulſi artus viuentibus, & pręcipuæ truncatę manus. Nec immeritò, quia defuerũt ſuo muneri, cùm poſſent ſibi ſubuenire. Subeundi quoque morſus ferarum ad victorum ſpectaculũ, quod diuerſis iam celebratur arenis vrbium: vel exemplo nobis debet eſſe pudendum, vel viſu miſerabile, vt reſeruemur aut beſtijs, aut fratribus præliaturi. Quid ergo moramur? iam non eſt liberum nobis, quod metuimus, euadere. Si liberos interficere nolumus per miſericordiam, aut noſmetipſos per virtutẽ, neceſſe erit, vt per germanos, aut propinquos noſtros interficiamur per flagitium: hoc ſuadet affectus, illud victores exigunt. Si nolumus exequi miniſteriũ pietatis, cogemur ſubire pompæ parricidalis ludibrium. Adoriamur ergo, quod profit liberis coniugibuſq; noſtris: †Si infirmiores ſumus, auferamus eos cruciatibus futuris: ſi fortiores ſumus, vincamus compaſſiones parentum, affectus neceſſitudinum: & in hoc vincamus hoſtem, cùm prædam tolli-

Vide in hũc locũ annotationis.

tollimus: Hoc virtus exigit, hoc ſuadet pudor. Non timere mortem virtus eſt. Etenim ad mortẽ omnes naſcimur, & ad mortem generamus liberos, quorũ mors naturę aſſignatur, captiuitas probro datur. Ergo quos nõ potuimus periculo eripere, eripiamus ludibrio. Miſeremini igitur patres liberorum, mariti coniugum, omnes paruulorũ miſereamur, quod eſt præcipuum noſtri, dum eſt miſerãdi poteſtas: vt de noſtro miſereamur, ne addedecus videamur & nati, & reſeruati. Quis enim poſſit perpeti patres ante ora filiorum, filios in conſpectu parentum interfici? Trahi canitie feſſos ſenes, vel ad necẽ, vel quod peius eſt, ad ſeruitutem, mulieres ſparſis crinibus duci ſub cõſpectu coniugum, & violẽter ad opprobriũ trahi? Audire vocẽ paruuli vagiẽtis vocantis patrẽ, vt auxilio ſit petẽti, cũ iã fruſtrà audias *reuinctas manus, & captiuę cer uicis iugo *ſubditos? Ergo dum adhuc liberæ manus ſunt, dum ferrũ ſtringimus, aggrediamur opus, quod victo hoſtis miretur. Mulieres noſtræ ſupremum coniugalis munus dilectionis, quaſi

**reuinctus*

**ſubditus*

quasi dotale recipiant patrimonium.
†illis Has †illi claues refundimus † noui san-
†nouo guinis testimonio, vt sint nostræ hęre-
†testamẽto des libertatis. Hoc ipsæ hortantur, certè merentur, quæ volunt: cogendæ, quę refugiunt: nec paruuli ferrũ pauebunt, quod per ætatem nesciunt, quod suscipere à parentibus pijs debent, vt verè fiant liberi. Nobis quoq; quid erit præstantiùs? Si exuramus priùs castellum, frumenta tamen reseruemus, ne putẽt nos fame potiùs coactos, quàm studio virtutis inuitatos, mutuæ necis arri-
†illis puisse ministerium. Donemus †illas escas refertas sanguine, & si eas flammæ exusserint, nidor ipse frugum incensarum indicio erit perijsse obsidentibus, quod obsessis abundauerit. Post hæc vnusquisque offerat se vulneri, & moriturus patriam tegat, supremoq; amplexu obeat. Fiat nobis patria libertatis sepulchrum, quæ fuit dignitatis domicilium: hic tumulus funera nostra decet, vt septo virtutis tegamur. Tali accensi oratione, cæteri gladios strictos tenebãt, oscula dabant cõiugibus, amplexu suscipiebãt liberos, illachrymãtes

tes & simul festinantes, vt hostis præueniretur. Hæc vobis (inquiũt) amoris pignora damus supremæ præmia necessitatis, & cõpresso viriliter affectu, passionem excluserunt, cædem implebãt: impauidæ mulieres se offerebant vulneri pro conseruatione pudicitiæ, mẽtemq; suorum ipsæ induerant virorũ. Cæsis itaq; necessitudinibus, pignoribus quoque, delegêre strenuos, qui supplementa cædis exequerentur. Ita fusi omnes, nongenti sexaginta cum parnulis ac mulieribus: vna mulier sola superfuit, quæ filios quinq; in aquæ dulcu abscondit, dum cęteri supremis intendunt necessitatibus: ea Romanis diluculo aduenientibus, ad vocem excita, index negotij fuit. Opes autem eorum, appositus ab ipsis priùs ignis consumpsit.

Iudæi prouriæ occidũt vxores sed liberos mandant per alios.

FINIS.

EGESIPPI DE EXCIDIO VRBIS HIEROSOLYMItanæ Anacephaleosis, id est, omnium penè, quæ in superioribus dicta sunt libris, repetitio.

ANno XLII. post passionem Domini, imperij verò Vespasiani primo, bellis aspertis Iudæa, & seditionibus domesticis lacerabatur. Ipsa quoque eorum ciuitas Hierusalem intestino prælio laborabat. Nulla intermissio, nulla requies, nullæ inducię, momentis omnibus dimicabatur. Multi ruebāt, innumeri iugulabātur. Sanguis fœdabat vniuersa, ipsaque replebāt templi limina, passim ruebant cadauera: sagittis alij, alij missilibus feriebātur. Nullus locus periculo vacabat, nullū tempus cōsilij reperiebatur. Nulla spes conuersionis, nulla fugiendi copia erat. mœsta omnia & plena horroris, & plena immānitatis, vbiq; luctus, pauor vbique, clāmor mulierum, eiulatus senum, morientium gemitus, viuentium desperatio: vt miserabiles

rabiles eos diceres, q remāserant, beatos qui obibant. Quomodo decepta es populis tuis, quibus quondā videbaris beata? Quomodo expugnata es tuis armis, atq; in te cōuersę sunt manus tuæ, quæ solebas sine armis vincere, & sine vllo prælio hostem ferire, cùm pro te Angeli dimicarent, & militarent tibi fluctus maris, terræ hiatus, cœli fragores? Exurge nunc Moses, & vide gētem tuam, & hæreditatē populi tibi crediti, perire manibus suis. Aspice populū illum Dei, cui gradiēti peruiū mare patebat, cui esurienti escas cœlum subministrabat, sine mari clausum, sine Pharaone obsessum, sine terrarū sterilitate ieiunum. Exurge Aaron, qui aliquādo propter offensam Dei, cùm mors plurimos depasceretur populi, stetisti inter viuentes ac mortuos, & mors stetit, atq; obiectu corporis tui hæsit lues, nec transire potuit ad contagionem viuētium. Suscitare & tu Iesu Naue, qui muros inexpugnabiles Hiericho, tubis canētibus cōplanasti, & vide populum, cui exteros subiecisti, nūc eūdem subiectum opprimi. Suscitare Dauid,

exaspe-

exasperantē spiritum citharæ suauitate solitus excludere, & vide quēadmodum dominabatur furor, atq; omnem suauitatem Psalmorū tuorum ex perditorum sensibus † abluerit, & vnusquisq; de principibus populū vniuersum ad mortē afferat, vt libertatem extorqueat, pro quo teipsum morti offerebas. Suscitare Elisee, qui hostem introduxisti in Samariam, & amicū fecisti. Per te in castris Syriç quadrigarū increpuit fragor, & vox equitū & virtutis. Fugit hostis, euasit obsidionem Iudæus. Vbi nunc ista merita, & nunc vbi istæ operationes Sanctorū? Nec mirū, si amiserunt Prophetarū opera, qui negauerunt Prophetarum arbitrum. Ideò in te Iudæa † arma conuertuntur, orationes tuæ nihil tibi ꝓsunt, quia fides tua nihil operatur. Ideò aduersum te factus est populus tuus, quia in te conuersa est perfidia tua. Quod remedium quæritur, vbi autor remedij non cōciliatur? Quid putabas futurū, cùm tuis manibus vitā tuam extingueres, cùm tuis vocibus aduocatum tuum exterminares, nisi vt in te quoque inijceres

† abluerit

† arma tua

res manus? Habes, quod petisti. Eripuisti tibi Prçsulem pacis, petisti necari vitæ tuæ arbitrum, concedi tibi Barrabā: qui propter seditionem factam in ciuitate, & homicidium missus fuerat in carcerem. Ideò salus abs te recessit, pax abijt, quies destitit: data est tibi seditio, datum excidium: agnosce tibi hodie Barrabam viuere, & Iesum mortuum. Ideò in te regnat seditio, pax sepulta est, vt crudelius à tuis pereas, & priùs, quàm ab alienis perires. Quid tantum miserabilis ciuitas, Romanus suis armis, quātum populus tuus malorū inuexit? Vt Romani pugnarent tui fecerunt: pacem volebant Romani, tu bellum indixisti. Quid causæ erat, vt fortiores lacesseres? Durum sanè, quòd cōtra legem sacram templum gētilis intrauit: sed iam non erat Dei templum. Non eras Dei ciuitas, nec esse poteras, quæ eras mortuorū sepulchrum: prçsertim tuorū, quos ipsa occideras, non quos ab hoste amiseras: quomodo enim poteras vitæ esse domicilium, quæ eras mortis habitaculū, diuersorium scelerum, latronū spelæum? Iacuerunt

in te Ananus & Iohannes insepulti Sacerdotum principes, & illi dudum sacerdotalibus induti stolis, qui venerationi etiam exteris fuerant, deformes iacuerũt. Cadauera eorum esca volatilium, & deuoratio canum facta sunt, membris lacerati, & tota dispersi vrbe, vt deplorare veteris sanctitatis species videretur tantã sacri nominis cõtumeliam, & speciosi quondam muneris deformitatẽ. Sed ipsa tibi huius indignitatis exordium fecisti, quæ in medio sinu tuo occidebas Prophetas, quæ lapidabas sanctos Domini: Ante templum Zacharias iacuit exanimis, iacuit inhumatus. Ergo sanguis tuus illum lauat. Quæ causa autem mortis fuit Anano, nisi quòd increpuit populum tuum, quia nõ * resurgeret pro tẽpli defensione, quia expostulabat libertatem perditam, virtutem desertam, calcatas veterum sacrorũ reliquias, cõmaculata altaria? Relinquẽdum asserebat populum vsu simulachrorũ insensibilium, & statuarũ more nihil iam sentientem cõmaculatũ. Muta enim animalia referre solent, vel vicissitudinẽ vindictę, sen-

* Insurgeret

sentire iniuriã, incitari aculeo, declinare verbera. Qui ergo nec excitatur, nec declinare nouit quod noceat, similis est nõ sentiẽtibus. Et reuerà vbi illa libertas tua, cuius studio quondã non Aegyptijs, non Palestinis, nõ Assyrijs, postea nõ Medis cedendũ existimauisti? vbi est illa Machabæorũ fides, quæ quondam in paucis fudit Babylonios? Persas fugauit? Demetriũ pculit? Ad postremũ in paruulis ac mulieribus Antiochi arma, gladios, incẽdiaq́; superauit: & pobseruatione patriç mori maluit, q̃ regijs imperijs obtẽperare. Vbi est illa deuotio Patrum, pulcherrima passionũ omniũ, qua se nõ pro liberis, non pro cõiugibus magis, q̃ pro templo Dei morti offerebãt? Anteà & virga sacerdotalis floruit, reciſa de syluestri radice: nunc & fides aret, & sepulta est pietas, & abijt omnis virtutis æmulatio. Nec mirũ, si populus, q à Deo receſſit, & improbũ cõtradictionis spiritum sequitur, in seipsum diuisus est. Quomodo enim pacẽ suam tenere poterat, qui pacẽ Dei repudiauit? Pax Dei Christus est, qui fecit vtraque vnum.

Meritò ergo ex vno populo plures aduersum se facti sunt, quia noluerunt sequi diuisa sociantem Iesum, sed secuti sunt coniuncta diuidentem furoris spiritum. Soluebas igitur Hierusalem mercedem perfidiæ tuæ, cùm ipsa tuis manibus destrueres munimenta tua, cùm tuis mucronibus foderes viscera tua, ita vt hostis misereretur: vt ille parceret, & tu sæuires. Videbat enim, quòd Deus aduersum te pugnaret, & Romanorum fungeretur partibus, vt ipsa tibi inferres voluntariam proditionem: ideò spectatores malebant esse Romani, quàm percussores, ne furentibus tuis inter se visceribus, manū admouere contagionis magis, quàm fortitudinis estimarētur. Ad hęc nefandæ necis supplicia accedebat impia immanitas crudelitatis, vt sepulturam omnibus, qui vel in tēplo necati fuerāt, vel circa vrbis plateas, negarēt: nec humare cuiquā vacabat, dum bellis inter se occuparentur, feriendique magis quàm humandi cura vniuersos tenebat. Ita quodam furore occiderant pietatis officia, crudescebāt impietatis mini-

nisteria, nihilq; magis in tantis calamitatibus perierat, quàm misericordia, quæ sola solet alleuare miserias, solariærumnas. Nanq; & hi, qui amiserant suos, non audebāt humare propter formidinē, cùm grauis terror ingrueret à diuersę factionis principibus: & hi, qui necauerant, alienos cauebāt, ne quis illos prępiperet ad sepulturam. Itaque necesse erat omnes timere, ne quod alteri donare vellent, id sibi sumerent: vel quod peius est, quem parauerant vsum sepulchri, eum ipsi non impetrarent. In templo igitur ipsi pro vnguentis benè olētibus, pro thymiamaterijs benè spirantibus, pro diuersorum florum odoribus, grauiserat insepultorum cadauerum fœtor, quæ pluuia dissoluerat, quæ flamma ambusserat, quæ sol calefecerat. Omnes artus cęsorum ciuium diro odore fœtebant. Hinc resolutorum putredo viscerum, inde exustorum nidor sensus omnes, atque ora complebant viuentium, vt ipsi non multò pòst graniore morbo consumerentur, ac se superstites ingemiscerēt, quòd duriore pœna perirent,

eoque seruatos, vt viderent cum patria simul solui etiam leges naturæ, negari ius viuētibus, pacem ciuibus, sepultu-ram defunctis, humana pariter atq; di-uina maculari ac pollui, permixta om nia. Crimino sam esse misericordiā, te-ligionis loco haberi crudelitatem, ca-strum in tēplo, bellū in limine, funus in altaribus: ea spectare oculis, quę Pro-phetis denuntiantibus non credidis-sent futura. Nam de his dixerat Dauid: Polluerunt templū sanctum tuū, po-
¶ Mortici-na. suerunt* mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cœli: Effuderunt san-guinem eorum sicut aquam in circui-tu Hierusalē, & non erat, qui sepeliret. Simul enim tunc & gentes venerūt in hæreditatem Dei, quæ auferrent om-nia, & te plū pollutum est suorū fu-neribus, & insepulta iacuerunt cada-uera interfectorum ad escā auium, be-stiarumq; voracitatem effusus sanguis, vt signaret deesse, qui sepeliret: quia viuentium in mortuos, à mortuis in eos, qui adhuc viuerent, furor transfe-rebatur. Volebat aliquis defunctū hu-mare, ipse extinguebatur. Et qui defun-

ctum

ctum occiderat, in sepultorem transfe-rebat iracundiā, vt illi sepulturā nega-ret: hūc extinguebat rursus, qui sepul-torem occiderat, maiorem crudelita-tem circa defunctum exercebat, vt iam nihil debentem odio, non sentientem supplicia, spoliaret supremo naturæ debito. Quid illis accidere aliud pote-rat, qui diuina non recipiebant oracu-la? Irridebant prophetarum annuncia-tiones, fas omne calcabant, futuraque, vt fierent, ipsi accelerauerunt. Erat e-nim sermo vetus & frequens, tunc pe-rituram Hierusalem, & sancta eius ex-urenda, cùm seditio belli legem inces-seret, & domesticæ manus templum Dei contaminarent. Nec hoc quidem intellexerūt: Quoties enim excisa do-mus Dei? quoties seditio? quoties bel-lum? & nunquàm illa vrbs perijt, nisi cùm Dominū verè templum Dei do-mesticis manibus crucifixerunt. Prop-ter quod & illud audiant: Soluite tem-plum hoc, & in tribus diebus resuscita-bo illud. Quid enim aliud nisi sacrile-gium fuit? cùm impias manus extede-rent in autorē salutis, cùm lapidarēt eū,

cùm verberarēt, cùm corriperent, cùm occiderent? Tunc verè * sancta eorum absumpsit ignis diuinus. Nam exusta, à Babylonijs reparata est. Posteà destructa, à Pompeio reformata iterum. Sed penitùs exusta, vbi Iesus venit, & spiritus diuinus soluta euanuerunt. Oportuit huberiore quadam deploratione præire nos funus quoddam paternę solennitatis, & velut quasdam exequias prosequi, ac soluere iuxta Maiorū institutа. Sed veniamus ad summam euersionis Hierusalē, & ad deiectionem Iudæorum. Meritò siquidem deijciendi & viles habendi fuerāt, qui vniuersis pretijs chariorē Iesum, triginta denariorum pretio à discipulo comparauerant: non vt eum haberent tāquàm Dominum, sed vt de terra viuentium tollerent velut iniquum. Quare iure de hæreditate sua, viliores paleis, in omnem terram ventilati sunt à gentibus, quas formidauerāt, ne sibi locum & gentem tollerent. Et qui triginta denarijs Iesum comparauerant ad perdēdum, iustè posteà triginta capita suorū viderunt vendi vno denario ad illudēdum.

*Sancta sanctorum absumpsit.

Quia igitur penè omnes Iudæi in necem Domini nostri Iesu Christi vnanimiter consenserunt, imminente vindicta penè omnes à totis regionibus ad azymorum diem festum congregati, bello subitò circumfusi sunt: vt primò quidem illis pestifera lues ex loci angustia nasceretur, deindè citiùs fames. Quòd autem caperet multitudinem hominum tantam ciuitas, certum erat ex his, qui sub Cestio fuerant. Enumeratis enim tunc viris ciuitatis à Floro, Neroni significare cupiente cōtemnenti nationem, à Pontificibus petierat, vt si quo modo possent, multitudinem numerarent. Illi autem cùm dies festus adesset, qui Pascha vocatur, quandoà nona quidem hora vsque ad vndecimam hostias cædunt, per singula autem quasi contubernia, non pauciorum quàm decem hominum fiunt, solùm enim epulari nō licèt, multi enim vicini conueniunt: hostiarum quidem ducenta, & quinquaginta sex millia, & quingentas numerauerunt. Fiunt autem vt denos epulatores, per singulas imputemus vicies cētena, aut

septingẽta millia, sancti omnes & puri. Nec enim leprosis aut vitiliginosis, aut semine fluentibus, quos gynæcicos vocant: nec mulieribus mẽstruo cruore pollutis, neque alijs inquinatis participare sacrificia permittebantur. Sed nec alienigenis quidem, nisi qui religionis causa venissent. Magna verò hæc multitudo ab extraneis congregabatur. Tunc tamen veluti in carcerem tota gens fato conclusa est & farta hominibus ciuitas, bello obsidebatur. Itaque omnem superat humanã, & diuinitùs emissam pestẽ numerus peremptorum, quos partim palàm occiderũt, partim cœperunt Romani. Rimantes enim cloacas, & sepulchra eruentes, quos offendissent, occidebant. Inuenti sunt autem ibi plus quàm duo millia, quorũ alij manu sua, plures autem mutuis se vulneribus interfecerunt, cùm fames alios corripuisset. Lucbant enim scelerum suorum supplicia, qui postquàm Iesum crucifixerũt diuinorum arbitrum, posteà etiam discipulos eius persequebantur: pleriq; tamen Iudæorum, gentiliũ plurimi crediderunt in

in eum, cùm præceptis moralibus operibusq; vltra humanam possibilitatem profluentibus inuitarẽtur, quibus nec mors quidẽ eius vel fidei, vel gratiæ finem imposuit: imò etiam cumulauit deuotionem. Intulerunt quoq; parricidales manus, atq; autorẽ vitæ interficiendum ad Pilatum deduxêre: reluctantemq; cœperunt perurgere iudicẽ: in quo tamen non excusatur Pilatus, sed Iudæorum amentia * coacerbatur: Quia nec ille adiudicare debuit, quem reum minimè deprehenderat, nec isti sacrilegiũ parricidio geminare, vt ab his, qui ad redimẽdos & sanãdos eos sese obtulerant, damnaretur. Quanuis enim idem Pilatus manus lauerit, dicens: Mundus ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis: nequaquàm tamen minùs extitit reus, qui gloriã Dominicæ agnoscens resurrectionis, prædicare inuitus studuit, sed credere perfidus cõtempsit, sicut testatur eiusdẽ epistola, Cæsari in hunc modum directa: Põtius Pilatus Claudio salutem: Nuper accidit, & quod ipse probaui, Iudæos per inuidiam se suosq; posteros crudeli con-

*coacerbatur

Epistola Pilati ad Claudiũ Cæsarem.

cõdemnatione puniſſe. Denique cùm promiſſum haberent Patres eorũ, quòd illis Deus eorum mitteret de cœlo ſanctum ſuum, qui eorum Rex meritò diceretur, & hũc ſe promiſerit per virginem miſſurum ad terras: iſtum itaque me præſide in Iudæam Deus Hebræorũ cùm miſiſſet, & vidiſſent eum cæcos illuminaſſe, leproſos mũdaſſe, paralyticos curaſſe, dæmones ab hominibus fugaſſe, mortuos etiam ſuſcitaſſe, imperaſſe ventis, ambulaſſe ſiccis pedibus ſuper vndas maris, & multa alia feciſſe, cùm omnis populus Iudæorum eum filium Dei eſſe diceret, inuidiam contra eum paſſi ſunt Principes Iudæorum, & tenuerunt eum, mihiq́ue tradiderunt, & alia pro alijs mihi de eo mentientes dixerunt, aſſerentes iſtum magum eſſe, & contra legem eorum agere. Ego autem credidi ita eſſe, & flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerunt eum, & ſepulto cuſtodes adhibuerunt. Ille autem militibus meis cuſtodientibus, die tertio reſurrexit: in tantum autem exarſit nequitia Iudæorum, vt darent pecuniam cuſto-

cuſtodibus, & dicerent: Dicite, quia diſcipuli eius corpus ipſius rapuerũt. Sed cùm accepiſſent pecuniã, quod factum fuerat, tacere nõ potuerunt. Nam & illum ſurrexiſſe teſtati ſunt ſe vidiſſe, & ſe à Iudæis pecuniã accepiſſe. Hæc ideò ingeſſi, ne quis aliter mentiatur, & æſtimet credendum mendacijs Iudæorum. De quo ipſi perfidi teſtantur, dicẽte Ioſepho hiſtoriarũ ſcriptore, quòd fuerit illo tempore vir ſapiens (ſi tamen oportet, inquit, virum dici) mirabiliũ creatorem operum, qui apparuit diſcipulis ſuis, poſt * triduo mortis ſuæ viuens ſecundum Prophetarum ſcripta: qui & hæc, & alia innumerabilia de eo plena miraculis prophetauerunt. Ex quo cœpit cõgregatio Chriſtianorum, & in omne hominum penetrauit genus. Nec vlla natio Romani orbis remanſit, quæ cultus eius expers relinqueretur: ſi nobis non credunt Iudæi, vel ſuis credant: hoc dixit Ioſephus, quem ipſi & maximum putant. Et tamen in eo, quòd verum locutus eſt, propter hiſtoriæ fidem, quia fallere nefas putabat, & non credidit propter duritiam

* triduum

ritiam cordis, & perfidiæ intẽtionem: non tamen veritati præiudicat, quia non credidit, sed plus addidit testimonio, quia nec incredulus, & inuitus negauit: In quo Christi Iesu claruit ęterna potentia, ꝙ eum etiã principes Synagogæ, quem ad mortẽ cõprehenderãt, Deum fatebãtur. Et verè quasi Deus sine exceptione personarũ, aut vlla mortis formidine locutus, excidium quoq; tẽpli futurũ annunciauit, sed nõ eos tẽpli iniuria cõmouit. Sed quia ab eo in flagitijs, & sacrilegijs corripiebantur, hinc ira exarsit, vt interficerent eũ, quẽ nulla habuissent tẽpora. Nam cùm alij *pdicando meruerint facere, quæ fecerũt: hic in potestate habebat, vt omnia, quæ fieri vellet, *impetraret. Octauo igitur die Septẽbris mẽsis cõcremata est ciuitas, cæsa p omne tẽpus numero decies cẽtena millia. CX. myriades, vt plerq; asserũt: Iudæorũ tamen omnium, sed non omniũ eiusdem regionis aut loci, quia eò vndiq; conuenerant tempore Paschalis solennitatis: captiui abducti nonaginta septem millia. Denique tanta captiuorũ prę multitudine vilitas

*precãdo

*impetaret

vilitas fuit, vt triginta à Romanis vno numismate sub corona venderentur. Peracta igitur obsidione, iussit Cæsar Titus funditùs euertere ciuitatem, ac templum, vt adimpleretur verbũ Domini Iesu prædicentis: Amen dico vobis, non derelinquetur lapis super lapidem, quin destruatur: talis quidem finis Hierosolymorum obsidionis fuit. Eandem verò vrbem Hierosolymam Chananęorũ quidã potens cõdidit, qui patrio sermone vocaretur Rex Iustus, quã primò Solymã nuncupauit, posteà templũ addidit: vnde Hierosolyma dicta ciuitas est. A principio suos incolas habuit degente Chananęorum. Dauid primus vir Hebræus Chananæos expulit, constituit suos, qui in ea sibi domũ Regiam fecit. Voluit & templum Deo condere, sed prohibitus oraculo, Solomonem hęredem reliquit: qui templũ, quod ipse vouerat, ædificaret. Solomõ itaq; templum fundauit. Reliqui quoque Reges ad ornatum vrbis addidêre plurima: inuidia ex magnificentia orta est. Inter omnia tamen opera templum præcellebat ampliſſimo opere

&

& fulgenti marmore, perperatma pretiosum & maximum, cocco & hyacintho bissoque intextum, ex purpura nō otiosa materia tantæ diuersitatis, sed cuius species rerum latentium mysteria ignaret: eò quòd eius esset templū, qui cœli & aëri, terræ & mari, quasi creator elementorum dominaretur, atq; omnia solus regeret, & gubernaret. Cocco enim igneum cœlum figuratur, hyacintho aër, byssō terra, mare purpura, quæ conchylijs maritimis inficitur: vt duo ex colore, duo ex generatione colligas. Denique princeps sacerdotum hæc quatuor indumēto suo exprimere consueuerat, quando maxima celebritas erat festorum dierum, quasi totum mundum indueret, pro populo supplicaturus, in eius figura, qui venturus erat princeps Sacerdotum Iesus, vt tolleret peccatum mundi. Fœmora princeps Sacerdotum linteo interiùs operimento tegebat, eò quòd præcęteris in Sacerdote fides mētis q̄ritur & corporis castimonia, quæ succingere debeat carnis intemperantiam. Duo erant tabernacula sacra, vnū inte-

interius, aliud exterius: in hoc semper introibāt sacerdotes: in illud interius, quod sanctum appellabatur, semel introibat princeps sacerdotum, non sine sanguine, quem offerret pro se & pro populi ignorantia atq; delicto. Hoc significante Spiritu sancto venturū Iesum, qui verè solus intraret in interiora diuinorum penetralia sacramentorum, & arcana substantia cœlestis: qui nosset omnia solus, patrem quoq; sanguine suo toti mundo reconciliaret, vt & cœlestium & terrestriū misereretur. Deniq; posteaquàm venit, pacificauit omnia per sanguinem crucis suæ, quæ in cœlo vel in terra sunt. Intùs thymiamaterium, intus mensa, intus lucerna. Thymiamateriū, q̄ ita ad Deū Patrem, sicut incensum, dirigatur maximè sacerdotalis oratio. Mensa, quòd in eā passio Christi sit, & mysteria sacramētorum. Vnde Dauid dicit: Parasti in conspectu meo mensam, cuius veluti duodecim panes, duodecim Apostoli testes sunt passionis eius ac resurrectionis. Lucerna, quæ super candelabrum ponitur, antè sub modio erat, id est, le-

gis mensura: nunc est in gratiæ plenitudine, heptamycho frequens lumen effundens, cò q̃ spiritus sanctus septem maximarũ gratiarũ virtutibus Dei tẽplum illuminet. Trinitatis igitur cognitio in interioribus erat templi, q̃ dicebantur sancta sanctorũ, vbi reposita quondã virga Aarõ floruit: q̃ gratia sacerdotalis in Christo ampliùs esset operatura post mortẽ, qua mundũ redemit. Iudæi ergo si voluissent credere, euidentia imminẽtis excidij signa habebant, qbus velut claris vocibus admonebantur, finem sibi affore. Nã per annum fermè supra templũ ipsum cometes arsit gladij quadã pendentis similitudine, denũtians quoq; ferro & igni, gẽtis & regni vrbisq; ipsius vastitatem futuram. Quid enim similitudo gladij nisi bellũ, quid ignis nisi incendiũ denuntiaret? Visus aũt est priusquàm populus à Romanis sese dissociaret. Ipsis verò Paschæ diebus vndecimi mẽsis octauo die, p̃ singulas noctes hora circiter nona, templũ & ara eius ita lumine refulgebat, quasi dies esset, p̃ mediã ferè horam quotidie manens: quod vulgus interpretabatur cumulandę gentis iudiciũ videri: eoq; impulsi sunt tãquàm tempus afforet libertatis recipiẽdæ. Prudentiores cõtrà opinabãtur, quòd hoc genus stellæ bellũ soleat denũtiare. Ne quisquã arbitraretur nos aliena à cultu nostro & disciplina locutos, primũ nõ quid nobis videatur astruim⁹, sed quid acciderit, quæue opiniones tunc temporis fuerint, quid prudẽtes senserint, quid imprudentes: neque cùm de secta Iudæorum quid dictum est, ita scriptũ videatur à nobis, quasi in veritate cultus eorum, non quasi in vmbra, & figura præmissum contexuerimus, vt * sequeremur perfectiora. Nam de signis stellarũ etiam in Euangelio docemur, quia erunt signa in Sole & Luna & in stellis. Vitulæ quoq; asseruerunt partu, cùm immolanda astaret altaribus in medio tẽpli agnam editam in ipsis sacrorum, quæ suprà memorauimus, celebritatibus. Oriẽtalem quoq; portam interiorem solido ære grauem quę soleret ad vesperam viginti virorũ claudi labore, obseratis vectibus ferreis, per aliquot noctes sponte reseratam,

* sequerentur

& vix posteà à custodibus clausam. Id quoq; arbitrabātur pleriq; futurorum signū bonorū, quibus ingressuris porta aperiretur. Cōsultiores autē aiebant, custodiam tēpli resolutā videri, vt quęcunq; intùs forēt, ab hostibus diriperētur, exiret cultus interior, & vastitate euacuaretur, celebritas sacrificiorū destrueretur, quod etiā & antequàm crucifigerēt Christū Iesum liquidò significatum lectio docet. Post multos quoque dies figura quædā apparuit inæstimabilis magnitudinis, quā plurimi circumspexêre (sicut libri Iudęorū manifestarunt) & ante solis occasum subitò visū in nubibus currus, & acies armatæ: quibus totius Iudęę regionisque eius vrbes incursarentur: ipsa autē Pentecostes solennitate ingrediētes sacerdotes in templi interiora, nocturno tēpore vt sacrificia assueta celebrarent, & motū primò quendā sensisse se prodiderunt, & sonitū editū: posteà etiā audisse repentina voce clamatū: Transeamus hinc. Iesus quoque Ananiæ filius rusticula vir, ante quatuor annos, q̄ bellum Iudæo. um populus adoriretur, in

summa pace vrbis, & abundantia cùm scenopegia sacrificijs solennibus celebrarētur, templum ascendēs cœpit clamare: Vox ab oriēte, vox ab occidēte, vox à quatuor ventis, vox super Hierosolymā, super templū, vox super sponsos & sponsas, vox super omnē populū. Hoc noctibus atq; diebus vociferabatur. Cōmoti primores loci corripuerūt eum, terribile vocis eius indicium perhortentes, & plurimis eū supplicijs affecêre, quo saltē afflictus dolore, desineret terribilia & plena pdigijs denūtiare. At ille nec metu vllo, nec verberibus, aut grauioribꝰ interminationibus territus, vsum aut vocem mutauit, sed in eadē denūtiationis perseuerātia, in eodē cōtexru sermonū, sine vlla obsecrationis interpolatione manebat, iniuriæ negligens, affectu immobilis. Quod nequaquā perfunctoriū rati, sed in excessu mētis, vt erat, exprimi, detuleruntad loci iudicē, q̄ tūc tēporis à Romanis per id loci publica agitabat negotia. Is rimādæ veritatis gratia, sæuissimis eū pœnis exhulcerauit. Quò magis pseueraret, eò vehementius corripi

flagellis hqiẽm iubet, vt ſi qua ſecretiora futuri tumultus indicia cõperiſſet, manifeſtaret. At ille neq; fleuit, neque rogauit, ſed ad ſingula verbera, nõ ſuũ, ſed patriæ excidium flebiliter deplorabat, dicens: Væ Hieroſolymis. Neq; interrogatus quis eſſet, vel vnde, vel cur eadem diceret, reſpõſum reddidit: ſed tantũmodo lamentationem illam patriç quæſtu miſerabili proſequebatur. Defeſſus itaq; Albinꝰ, hoc enim nomẽ viro, dimiſit eũ tanquàm dementi furore, quid diceret non ſentientẽ. At ille neq; ſermonem vllũ cum quoquam habebat, neq; aliud loqui per reliquũ tempus auditus eſt, ſed hoc tanquã lugubre atq; funereũ canticũ canens, diebus ac noctibus iugiter reſultabat: neq; cibum impertienti gratias agebat: vna erat ad oẽs eademq; plena funebris vlulatus reſponſio, & maximè ſacrificiorũ celebritatibus. Per ſeptem itaq; annos, & quinq; menſes eadem verborum ſeries, idem vocis ſonus. Manſit itaq; indefeſſus tanto tẽpore: vbi obſidio cœpit, eadem ille vociferari deſtituit, quaſi ceſſari oporteret denuntiationem,

cùm

cùm adeſſent, quæ fuerant denuntiata. Sed vbi cœpit flamma vrbem pariter & templum inuoluere, circũiens murum clamare cœpit iterum: vẽ ciuitati & populo & templo. Et ad poſtremum addidit, væ etiam mihi, & fundibulari ictu in eadem voce emiſit ſpiritũ. Vrbem etiam cum templo, vetuſtis etiam literis ſcriptum erat, tunc perituram, cùm tetragonum templum factũ fuiſſet. Itaque ſiue obliti, ſiue obſtupefacti ingruentium malorum neceſſitate, vbi occupata eſt Antonia, tetragonum in circuitu templi defecerunt.* Interq; illud precellentiſſimum, quod in literis æquè vetuſtis (quas ſacras vocabant) manebat impreſſum, quòd ſecundum illud tempus futurus eſſet vir, qui de regione eorum imperium aſſumeret in orbem terrarum. Quæ res eos in tanto furore poſuit, vt ſibi non ſolùm libertatem, ſed etiam regnum pollicerentur. Id alij ad Veſpaſianum referendum putarunt, prudentiores ad Dominum Ieſum, qui ſecundum carnem genitus ex Maria, regnum ſuum per vniuerſum mundum diffudit.

*Inter quæ

tmonẽtibꝫ Tantis itaq; rebus manentibus, nõ potuerunt cauere, quod diuinitùs decernebatur. Manifestã enim Dei in se cognoscentes irã, ad cõsolationis alicuius remediũ ptingere renuerunt, tãta sceleris obnubilatio mentiũ oculos obduxerat. Desperatis siquidẽ & eorũ rebus autor turbatũ Eleazarus, inter cętera diffidentiæ verba, abiectionis suæ à Deo sic conquestus est: O miseri, ad quã spem istius vitæ nos reseruamus? Esto, hostis ignoscat, quid ꝓderit cũ Dei offensa clara sit? ignes ab hoste in nos versi, mutata ventorũ flãma, flãmæ retortæ, vt nostra subsidia demerentur? Quis poterit aduersante Deo viuere? Nullus veniæ locus, sed manifestũ voluntariæ mortis imperium. Quid enim nox interuenit, nisi vt nos hostis nõ præueniret? nec deusto murali præsidio cõtinuò irrumperet? Sed vt nobis exercendæ mutuæ necis tempus reseruaretur, liceretq; cum liberis nostris & necessitudinibus mori, ne videremus anhelos senes, anusq; à Romanis pertrahi, charissimas coniuges ad victoris libidinem rapi. Cõmoriamur patriæ, ne simus superstiti-

perstites tanti dedecoris opprobrio. Quò igitur fugiemus à facie Dei, aut quò ibimus infenso nobis cœli Domino? Si cadãt super nos mõtes, & cõcauis specubus abscõdant, quomodo tamen poterimus declinare indignationem tantæ potestatis? quò enim progrediemur, vbi nõ sit Deus, cùm ipse vbiq; sit? An mediocria exẽpla sunt, quibus doceamur, ꝙ iamdudũ genti nostrę ꝓpeccatis nostris infestus sit, q antè præsidebat? Quis hoc dubitet, cùm videat, ꝙ in nos manus nostræ cõuersæ sint, pluresque seditio domestica, q̃ bellũ extinxerit? Nõ donabo Rõ. ꝙ vicerint, nec ipsi sibi hoc vendicãt, qui sciũt, ꝙ omnes ferè nostris potiùs armis, q̃ alienis perierimus: quiq; Rõ. arma viderũt Cæsareã inhabitãtes Iudæi, quorum feriato die sabbati inter solẽnes nostrorũ sacrorũ cultus, multitudo gentiliũ Cęsariensium, repẽtino quodã impetu, & misso desuper furore succẽsa, viginti millia deleuit, oẽs fugauit, vt totã vrbẽ exinaniret. Nónne Syriã totã quidẽ impleuit demẽtia, vt Iudæi atq; gẽtiles in ijsdem vrbibus siti, & incolatus gratia si-

bi priùs nexi, posteà inter se armis colliderent, quò Romanis vadũ futurę victoriæ constitueretur? Nã quid de Scythopoli loquar? quò Iudæi primò cõtenderant, vt gentilẽ populũ præuenirẽt, ne quid aduersus nostros exemplo cæterarũ vrbium machinaretur? Itaq; quos par fuit cõiunctos aduersum alienigenas viribus bello decernere, hæc è contrario aduersum se Iudæi decertauerunt, vt pars eorũ aduersus cognatos & proximos suos præliaretur. Deinde ipsũ ꝓ pretio laboris, & impẽsi sanguinis à gentilibus perimerẽtur, quod ꝓhibuerũt ipsi fieri in gẽtibus. Damascẽni nulla existẽte causa, octo millia Iudæorũ strauerunt. Ascalonitæ duo millia quingentos. In vrbe quoq;, cui Ptolemais nomen, cæsi duo millia. Alexãdriæ verò vetus erat odiũ inter Iudæos & gẽtium populos, ex quo magnus Alexander vsus est studio Iudæorum ad Aegyptios subijciendos: vnde condita vrbe ex æquo Iudæis & Aegyptijs attributa priuilegia, & habitationes diuersæ, ne eorum cultus permisceretur, qui purificationes suas sine vlla volebant contagione seruare. Hinc frequẽtes in-

ter eos cõflictus fuêre, exorta iurgia, iudicium petitũ. Nihil tamẽ ex tanti Regis temeratũ liquet fuisse beneficijs, sed posteà à gẽtilibus exorto tumultu, cùm Iudæorum necati aliqui, alij ad pœnã detinẽtur: iniuria motũ Iudæorum populum aduersum autores iniuriæ insurrexisse: & cùm pertinaciùs se de ciuibus vltũ *iri vellent, inductũ exercitum Rom. q sexaginta Iudęorum millia intra vrbem fuderit. Verùm quid in leuioribus moror, cùm excidiũ totius *vrbis in vni⁹ ciuitatis ruina nobis deplorandum sit? Vbi est maxima ciuitas Hierusalẽ? vbi decora Sion? vbi templũ mirabile? vbi secundũ illud tabernaculum sanctitatis sacrariũ, quo semel in anno solus Princeps Sacerdotũ solebat intrare non sine sanguine, quẽ pro se offerret & populi delicto? Profanatũ gentibus, habitant in reliquijs vrbis, qui eam destruxerunt. Vbi, inquam, es ciuitas referta populis, venerabilis Regibus, acceptabilis Deo, gratiæ sedes? pauimẽta tua de marmore, parietes tui fulgẽtes marmore, culmina tua prẽtio so splendebãt marmore, portæ tuę micantes

*ire

*vrbis

cantes

cantes auro, aliæ argento renitētes. Oēs interfecti, & qui te iugiter inhabitabāt, & qui ad te ex totius orbis terrarū partibus cōueniebant, vt non dubiū sit totum in te mundū perijsse. Nudata omnia, à culminib⁹ cremata, à fundamētis diruta: facta est habitatio tua deserta, nec est qui in tabernaculis tuis inhabitet, & adhuc quenquam viuere libet, & non vixisse pœnitet? Duri oculi, q̄ hæc videre possunt: immites animi, q̄ velle possunt, vt tātis superstint doloribus, nō quod defecerit clades, sed q̄ iā nulla requies. Quò enim circūferamus oculos, aut quid decernere delectet? vrbs tota sepulchrum mortuorū est, *solé spectātibus occurrunt fauillæ, viæ vacuæ viuentium, repletæ cadaueribus. Miseri seniores cineruléta canitie, & scisso amictu supra reliquias mortuorum sedent, nuda tegētes ossa, quò defendāt à volatilibus ac bestijs. Mulieres paucæ incolumes, quas miles impius ad turpitudinem, nō ad vitā seruauerit. Quis hæc videns & de cōperendinatione viuendi cogitās, audeat ad cœlū leuare oculos? Quis sic immemor patriæ, hostis suo-

*sole

suorū, pietatis alienus, expers dulcedinis, cui⁹ tā semiuiri sit mollis spiritus? Quis ita meticulosus quē nō pudeat his reseruatū? Vtinā quidē olim defuncti essemus, aut si vita supereſſet, oculorū lumē perijsset, priusquā sanctā vrbē dirutā hostiū manibus intueremur, templumq; hoc à maioribus nostris sacratum Deo, tā impiè flāmis cremari aut sacerdotes in tēplo cōspiceremus iacere interfectos. Emendemus ergo, q̄ his superuiximus malis, vt videamur non vitæ studio distuliſſe mortem sed virtutis intentione. Circūuallauit hostis omne munimentum. Nil supereſt, nisi aut nos, aut cōiuges nostræ: iā sibi filios nostros in auctione cōstituunt, certātq; inter se, quis cuius abducat vxorē, vtrū p̄ dignitatū meritis p̄sonarum ne ordinibus distribuendę sint, ant sortib⁹ subire cogendi miserabiles, nobis quoque parātur p̄digia pœnarū, tormenta exq̄sitissima: non solū ardentes flāmæ, aut diuersæ neces victricis ictu securis: duro quidē post vincula, post carcerē, post iugum supplicio, sed tolerabiliore viris, si ludibrio vacet, sed etiam auulsi artus

attus viuentibus, & præcipuè truncatæ manus. Nec immeritò, quia defuerunt suo muneri, cùm possent sibi subuenire. Subeundi quoq; morsus ferarũ ad victorum spectaculũ, quod diuersis iam celebratur arenis vrbiũ: vel exẽplo nobis debet esse pudendũ, vel visu mirabile, vt reseruemur, aut bestijs, aut fratribus p̃liaturi. Et id genus plena diffidentiæ & desperationis. Alia multa, ex quibus omnibus cùm Iudæi sibi manifestè iratum ex rerũ euentibus Deũ cognouissent, non sicut Deũ glorificauerunt aut gratias egerũt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorum, & eum, qui ad oues tantùm domus Israël p̃ditas venerat, oderunt: odientes crucifixerunt, & gloriã resurrectionis euacuare moliti sunt. Nam si non cognouissent, rei adeò nequaquàm extitissent. Vnde ipse deeis Dominus: Si non veniſſem & locutus eis fuissem, peccatũ non haberẽt. Nunc autẽ & viderunt, & oderunt, & me & patrem meum. Cognouerunt siquidem *ex patre, quomodo & dæmones, dicẽtes: Scimus quòd sis filius Dei: viden-

*ex parte, forsan legendum.

videntes mirabilia, & audientes mirabiliora, sed non cognouerunt rei veritatem: quia duri cordes detrectauerũt credere. Si enim credẽtes verè cognouissent, nunq̃ Dominum gloriæ (vt ait Paulus) crucifixissent: Hinc Propheta: Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe Domini sui, Israël aũt me non cognouit. Quid per bouẽ, nisi p̃dicator sanctus quisq; intelligitur, in semine verbi Dei illaborans? Quid p̃asinũ, nisi brutus gentiũ popul⁹ designatur? q̃ audiens pastoris cuiuslibet prædicationẽ, mox ad p̃sepe Domini cucurrit, vt pabulo verbi Dei adhæreret. Benèautẽ post quadraginta & duos visitatiõis suę annos Israël à terra repromissionis exterminatur, q̃a post quadraginta egressionis ab Aegypto annos, in eã introductus perhibetur: in quibus duas decalogi lapideas secundò susceptit tabulas, per quas præfiguratur bienniũ, ad euersionis numerũ destinatum, in quibus etiã maximè notanda est æneiserpentis exaltatio, cuius respectu quisq; moribũdus vitæ restituebatur? Sicut enim illo temporis spatio & manna pasti sunt, & per mediatorem Mosen

legem tabulis descriptã lapideis acceperunt, & qui in articulo mortis serpẽtem nõ respexerunt exaltatũ, pierunt: sic intra hoc euersionis tẽpus, verũ mãna (vnde dictum fuerat: Ego sum panis viuus, qui de cœlo &c.) haurire salubriter renuẽtes, verũq; mediatorẽ Christum Iesum, de quo prœcinebatur: Prophetã vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus vestris, tãquàm me ipsum audietis: quẽ si quis nõ audierit, exterminabitur de populo suo: eiusq; legalia in seipso vera petra descripta se qui dissimulãtes, exaltatũ in cruce, & à mortuis surrexisse, sub articulo miserrimæ euersionis credere respuẽtes, à terra promissionis exterminati, perierũt: vt populus ille, qui sedebat in tenebris, & habitabat in regione vmbræ mortis, lucem æternã videns resurrectionis, in eã cum plenitudine sua introëat, & sic reliquiæ Israël saluæ fiãt, quatenus ex duobus parietib⁹, vna cõseratur in resurrectione Ecclesia super illũ lapidẽ angularẽ, qui faciet vtraq; vnũ, Dominũ nostrum Christum Iesum, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

FINIS.

IN PRAEFATIONEM AVTORIS CASTIGATIO & annotatio Corn. Gualt.

Deo per Principes ductum Hebræorum genus omne consideremus, &c. Pag. 2. vers. 17. Cùm hîc author moneat considerãdum genus Hebræorum per Principes ductum, vt liquidò clareat, vtrùm à Senioribus (vel potiùs semoribus) Iudæ nusquàm generationis eius successio claudicauerit, an verò offenderit in Principum serie, &c. non præter rem me facturum putaui, si hîc successionem generationis à fœmoribus Iudæ per Principes ductã post Regum Catalogum, qui in regnorum libris explicatur, studioso lectori ob oculos ponerem. Priùs tamen locus iste à mendo, quod quorundam imperitia irrepsit, & impressos codices passim occupauit, mihi vindicandus est. Nam vbi legitur, vtrùm à Senioribus Iudæ nusquam generationis eius successio claudicauerit, &c. Hîc vetus codex legit, vtrũ, à semoribus Iudæ, quæ lectio verior est, & necessariò reponenda: cùm autor hoc loco alludat ad insignem illam de Christo Prophetiam, quæ Geneseos cap. 49. habetur, vbi Iacob in benedictionibus Iudæ filio factis sic loquitur, vt habet vetus translatio, quam autor secutus videtur: Non auferetur Princeps de

Iuda, neque Dux de femore eius, &c. Nunc verò ad id, quod initiò polliciti sumus, accedamus.

Post mortem Ieconiæ Regis, qui in Babylone mortuus est, cœperunt illi, qui ex posteritate Dauidis populi imperium obtinebant, omisso Regis nomine, Principes ac duces se vocare. Quod ob reuerentiam Regum Persicorum, à quibus ingentia beneficia acceperant, quidam factum tradunt. Primus hic Dux Salathiel filius Neri, vt Lucas Euangelista testatur, quem Neri Ieconiam fuisse scribunt. Salathielem sequitur Zorobabel filius, Dux in reditu populi Hierosolymam primus, annis quinquaginta octo præfuit: Post quem Rosa Mesollam annis sexaginta sex. Iohanna ben Resa tertius à Zorobabel Dux annis quinquaginta tribus. Iudas Hyrcanus huius cognominis primus, Dux quartus temporibus Alexandri Magni 14. annis hoc munus administrauit. Post eum Iosephus eius nominis primus, & quintus in Ducum serie, septem annis præfuit à temporibus Alexandri Magni. Abner Semei Dux sextus, annis 11. Post Abner Semei, Dux 7. Eli Matathia, annis 12. Inde Asar Mahat Dux octauus, annis 9. Nagia Artazat nonus, annis decem præfuit. Videtur hũc Lucas Esli vocare. Maslor Naum vndecimus, septem annis. Post quem Dux duodecimus Amos Syrach, annis quatuordecim. Matathia Silioach tredecimus, annis decem. Hic à Iosepho

Iosepho Tobias vocari videtur. Post Tobiam Iosephus iunior, decimus quartus Dux, cognominatus Arses, annis sexaginta, qui filius Tobiæ ex filia Simonis summi Sacerdotis fuit. Hinc Ianna secundus, Hyrcanus cognominatus, quintus decimus Dux, cum præfuisset annis sedecim, in defensione arcis cuiusdam, quam oppugnauit Antiochus Epiphanes, interfectus narratur. Hunc Ianna nonnulli postremum Ducum ex posteritate Dauidis fuisse volunt. Cùm verò scelera Pontificum, qui maxima pollebant in populo autoritate, Antiochum Epiphanem in Iudæam adtraxissent, isque eam dura ac miserabili seruitute opprimeret, principatus quoque gentis minùs conspicuus esse cœpit: & verisimilè est, tum illos, qui erant ex posteritate Dauidis, veritos fuisse, se Duces populo præstare, aut nomine illo in publico vti. Itaque principatum gentis aliquandiu intermissum ac dissimulatum, aut saltem non ita palàm, & cum autoritate administratum, donec Machabæi Antiochi Regis crudelitati ac impietati fortiter se opponerent, Ducisque munus strenuè obirent, qui tunc ipsum quoque nomẽ aucta paulatim fœlici rerum successu potentia, in suam familiã adduxerunt. Summum præterea sacerdotium & tunc aliquandiu intermissum, posteaquã fauore populi ob egregia illius familiæ in eam Rempub. merita Ionathæ fratri Iudæ Machabæi delatum fuisset, in vsum reuocarunt. In qua familia

mansit principatus cum summo sacerdotio, dò nec Aristobulus filius Hyrcani illum in regni potentiam conuertit, & primus (vt hîc autor scribit) diadema imponere sibi vsurpauit. Quod regnum deinceps illa familia retinuit, donec illud Herodes Antipatri filius, qui Idumæus popularis & prorsus alienigena fuit, inuasit: ac occiso Antigono Aristobuli secundi filio prorsus obtinuit, vt in hoc Herode successio generationis à semoribus Iudæ, in serie Ducum, prorsus claudicasse ac offendisse cognoscatur. Quamuis & priùs defecisse in Ianna secundo Hyrcano alijs videatur, cùm iam aduentus Messiæ non ita longè abesset centum & septuaginta circiter annis. Machabæos nihilominùs adhuc in Ducum serie per successionem generationis à fœmoribus Iudæ censendos probabiliter quis dixerit, licèt de tribu Leui fuerint, quod eam Tribuni tribui Iudæ, imò posteris Dauidis coniunctam, & per matrimonia commixtam fuisse constet. Vt in Tobia aliàs Matathia de genere Dauidis videre est, qui Simonis summi Pontif. filiam Oniæ sororem in matrimonium accepit, ex quo Iosephus iunior, cuius filius Ianna secũdus, & alij ex posteritate Dauidis numerantur. Elisabeth quoque de filiabus Aaronis cognatam Mariæ ex familia Dauidis fuisse Lucas Euangelista testatur. Hæc tamen pio Lectori diligentius excutienda relinquimus, Ducum deinceps seriem ex familia Machabæorum primus liber huius

huius historiæ satis explicat, vt idem repetere superuacaneum fuerit.

IN CAPVT PRIMVM LIBRI primi Castigationes & Annotationes Corn. Gualt.

ANtiochus, cui nomen illustris, &c. Illustrem hîc vocat, quemadmodum & primus liber Machabæorum, qui Græcè ἐπιφανὴς dicitur, Græcam vocem Epiphanes Ruffinus in translatione Iosephi reliquit. Secundus verò Machabæorum illam aliter Latinè expressit, dũ nobilem cognominauit. Pag 3.

Antiochi Regis filius, &c. Hic Antiochus Magnus dictus est.

Atque Asidæis in societatem ascitis, &c. Vt viri fortes de synagoga Asidæorum, quæ erat Hierosolymis, se Machabæis coniunxerint, scribit primus liber Machabæorũ, ca. 2. nõ Iosephus. Pag. 4.

Sicut iam plerique eorum, &c. irruentibus in se hostibus, multi occubuêre. Codex manuscriptus hîc expressè pro, multi, legit inulti: sed facilè fuit mutare dictiones propter vicinitatem literarum. Scripti codicis lectionem veriorem esse Iosephus, & primus liber Machabęorum declarant, qui illos exustos fuisse referunt, cùm se vlcisci aut defendere nollent, ob religionem diei sabbati.

Exod. 15. *Ducemq́, his Iudam Machabæum, &c.* Machabæi cognomentum Iudam hoc pacto sibi inuenisse tradunt nonnulli, quòd cùm ille verbis illis Mosi, Quis sicut tu in Dijs Domine, pro symbolo vteretur ex initialibus Hebraicarũ dictionum literis in vnã dictionem coniunctis, factũ nomen Machabæi. Sententia sic hodie Hebraicè legitur: Mi camocha baelim Iehoua. Quod Hieronymus vertit: Quis similis tui in fortibus Domine? Veteres hîc aliter nonnihil puncta vocalia pronunciasse videntur.

Pag. 5. *Prætentata per dolum amicitiæ fide, &c.* Codex antiquus habet, prætenta, quæ lectio verior est: vult enim autor significare, Tryphonem Tyrannum prætexisse fidem amicitiæ per dolum: itaque prætendisse, non prætentasse fidem amicitiæ. Punctus incisionis vitiosè hîc dictioni amicitiæ suppositus est, cùm post dictionem fide poni debuerit, alioquin perturbat lectorem. Sed de hujusmodi vitijs, quæ subinde incuria typographi admissa videntur, suo loco dicetur.

Pag. 6. *Qui vincebat fortitudinis assumptionem, &c.* Codex vetus habet in ablatiuo, assumptione, quomodo legendum indicant, quæ præcedunt, vbi dicitur: Vincebatur iuuenis pietatis metu, qui vincebat fortitudinis assumptione.

Pag 7. *Nec Antiochus quieuit, &c.* Cùm Antiochum sine cognomento ponat, pluresq́, fuerint hoc nomine, & sub idem ferè tempus, dubiũ videri posset,

posset, de quo hîc intelligeretur. Sed ex Iosepho alijsque constat, hunc fuisse Antiochum Soterẽ dictum, cui frater erat Demetrius Nicanor, ipsi verò erant filij illius Demetrij, qui fratrem habuit Antiochum Epiphanem, quorũ pater Antiochus cognomento Magnus.

Repulit Hircanus auro, quem ferro nequibat, re- Pag. 8.
seratoq́, (vt Iosephus autor) Dauid sepulchro, tria millia auri talenta eruit, &c. Qui veterem monetam ad nostri temporis pecuniam æstimare sunt conati, hanc summam trium millium talentorum, decies octies centena coronatorum millia valere docuerunt, vel vt alij loquuntur, decem & octo tonnas auri.

Opem ab Antiocho, cui nomen Aspondius, &c. Hic Antiochus, aliâs Cyzicenus cognominatur, frater fuit Antiochi Griphi, quorum pater Demetrius Nicanor, de quo paulò antè.

Qui nihil vnquàm vel fortitudini sauiẽtibus de- Pag 9.
reliquerit, in quo actus eius obfuscaretur, &c. Codicis antiqui fuit hîc deprauata lectio, vt in impressis, nisi quod annotatum erat in margine, pro fortitudine sæuientibus, posse legi fortuitis euentibus, vt sensus aliquis appareret, ac intelligatur, Hyrcanum nihil vnquam dereliquisse fortuitis euẽtibus. id est, fortunæ permisisse, in quo actus eius obfuscaretur, qua ratione sensus vtcunque constat.

Siquidem Aristobulus, cui inter fratres ætas pro- Pag. 10.

uectior mens promptior, &c. Vetus codex habet mens præruptior, quæ lectio magis mihi probatur, & germana videtur, eò quòd hîc autor improbitatẽ Aristobuli hac dictione metaphoricos sumpta, voluerit notare, non promptitudinem mentis commendare. Vtitur eadem dictione autor infrà figurata quoque significatione. Conspirantibus (inquit) secum, quos feruor naturæ ad prærupta quæque audendum cupienti adiunxerat.

Pag. 12. *Eo die clarus militiæ gestis* Antigonus, *&c.* Iosephus lib. 1. cap 3. refert, quòd Antigonus reuertẽs, fratrem aduersa valetudine correptũ offenderit, ideò mendosus textus apparet.

Haud difficilè æger animus in valido fessus corpore impulsus est, &c. Manuscriptus hîc vna dictione inualido legit, vt significetur corpus non validum, sed infirmum. Nam idem autor suprà Aristobulum ægrotasse scribit, vtiturque eadem dictione in eodem significatu, infrà de Aristobulo loquens: Duræ solicitudines sauciabant inualidos artus.

Stipatores suos cum armis iubet in hypogeo locari obscuro, &c. Hypogeum, hoc est locum subterraneum, Ruffinus in bello Iudaico obscurum transitum vertit, sicut & in antiquitatibus legitur, vbi Sigismundus Gisienus hunc quoque locum cellam subterraneam turris, interpretatus est.

Qui aduenientem Antigonum *dolo necarent, nec expe-*

ctarent Regis imperium, sed ipsi extinguerent, &c. Locum hunc sciolus quispiam deprauauit. Nã cùm vetus codex rectè hîc legat, Antigonum diloricarent, ille vel verbi insolentia offensus, vel quòd literæ essent obsoletæ pro eo, dolo necarent, substituit. Cur autem vetusti codicis lectio mihi magis probetur, imò vt vera germanaque restituenda videatur, paucis declarabo. Cùm enim statim sequitur, vt ipsi ministri extinguerent Antigonum, illud dolo necarent, superfluum esse agnoscitur: Aristobulus enim tum demum Antigonum fratrem occidi iusserat, si ille armatus venisse ad se contra ipsius Regis imperium deprehensus fuisset: iubet iraq; ministros in itinere obseruare, num veniret armatus, & vbi hoc forent conspicati, tum statim eum aggrederentur, armatum diloricarent, siue armis ea discindendo, exuerẽt, ac sic demum extinguerent, nec vltra regis expectarent mandatum. Hunc autem morem armatos priusquàm interficerentur exarmandi, probat mors Simonis fratris Iudæ Machabæi superiùs descripta, vbi Simonem dolo Ptolomæi generi sui ad conuiuium rogatum inter mensas & pocula cum duobus filijs qui aderant circumuentum priùs armis exutum fuisse, quàm neci traderetur, scribitur: Ciceronem verò eadem dictione vsum legimus: Qui, inquit, in hac causa peroranda non dubitauit excitare reum consularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduer-

sas senis Imperatoris ostendere: quod exemplũ idem Cicero alibi commemorans, tunicam à pectore descidisse scribit, quo dictionem superiùs Metaphoricãs positam interpretatus videtur, simile exemplum legere est apud hunc auctorem, vbi de Antipatro causam suam coram Iul. Cæsare agente eadem referuntur, & participium eiusdem verbi ponitur: Scidit, inquit, Antipater vestem, & nudus vestimentorũ, plenus vulnerum, diloricato amictu offerens oculis circunstantiũ spectatę indicia virtutis. Et fol. 445. Cumq; repente nudassent gladios, quęcunq; repererãt diloricabãt. &c. Sed hęc eò prolixiùs explicaui, ne locus in posterum temerè deprauetur.

Pag. 14. *Quo deceptum vocabulo Iudam, qui erat Essenus genere, opinio est, &c.* In codice vet. Esseus scribitur, sicut apud Iosephum frequentior, quamquã & Essenus alibi legatur, qua dictione etiam Plinius vsus est. Qui verò fuerint Essei, hic paucis annotare visum est: Esseos autem, id est, operarios dictos à verbo עשה plerique existimant, quanquam Eusebius eos, θεωρητικοὺς, id est, speculatiuos videatur appellasse, & tunc ab חזה, quod est considerare ac speculari, originem nominis deduxisse. Fuerunt autem Essei diuersi à secta Pharisæorum & Saducæorum. Nam cùm viderent prophanam licentiam Saducæorum, neque probarent histrionicam simulationem Pharisæorum, vitam suam ad veram pietatem, morum

Eßei quales fuerint.

morum honestatem vtilesque corporis labores sedulò composuerunt, Collegia siue scholas instituerunt, in quibus pietas, mores honesti, vtiles disciplinæ, præsertim ars medica, doceretur. Qua de causa illos secessisse in extrema Iudææ ora ad lacum Asphaltitem, & ad loca hortis Balsami, ac palmarum vicina, scribitur: vbi vacui à molestijs rei familiaris, & liberi à cura publicæ gubernationis pijs tantùm exercitijs bonisque operibus incumbentes, vitam communem qualis olim monachorum fuit, ducerent.

Hora diei quarta est. Tẽpore itaq; excluditur. &c. Pag. 15. Sic quoq; apud Iosephum legitur ac distinguitur, quare verba ipsius ex translatione Ruffini adscribã. Locus aũt neci eius apud Stratonis Pirgum fato fuerat destinatus, & ille quidẽ sexcentorum abhinc stadiorum interuallo distat. Horæ iam diei sunt quatuor, sed & vaticinationem tempus effugit. Cùm aũt in antiquitatibus Iosephus idem factum exponens, dicat maiorẽ diei partem exactam fuisse, quomodo hoc cum tempore iam quartæ horæ diei conueniat, non video, nisi fortè dicamus, respexisse Iosephum ad supputationem Esseorum, qui vt certã & peculiarem exercitiorum & laboris habuêre distinctionem, ita fortasis & temporis ac horarum, vt apud ipsos hora diei quarta, maior quoque pars diei foret exacta: de quo lectorẽ obiter admonitum volui.

Lib. 1 de bel Iud. c 3

Lib. 13. c. 18 al. 19.

Antigo-

Pag.17. *Antigoni cadauer ad Aristobuli fratris sanguinẽ clamorem emittit.* Hæc marginalis annotatio repugnat menti autoris, qui dicit: clamor subitò factus & gemitus intuẽtium, &c. Iosephus quoque scribit: vt vlulatu, inquit, eorum, qui id conspexerant continuò sublato, tanquam puer de industria sanguinem illic libasset, clamor ad aures regis peruenerit. Non ergo cadauer Antigoni clamorem emisit sed spectatores.

Lib.1.de bello Iud. cap.3.

Et quantum in eo erat virtutis ingemiscẽs: Hand inquit, rependitur meritis meis congrua vicissitudo, &c. Legitur in codice manuscripto posterior clausula affirmatiuè, hoc pacto: Et quantum in eo erat virtutis ingemiscens, ait: Repẽditur meritis meis congra vicissitudo, &c. quod conuenit cum Iosepho, qui scribit: Sperandum certè non erat, vt maximum Dei lumẽ facta mea nefaria laterent: nam citò me vltrix cognatæ cędis iustitia persequitur.

Lib.1.ca.3.

Ac me omnes filij germaniq; vltores pietatis gladio transfigant, &c. in codice manu scripto legitur in ablatiuo vltore, vt cum gladio construatur.

Pag.18. *Qui vt regnum adeptus est, fratrem, quem aduersus erat regni competitorem, statim interemit, &c.* Codex vetustus habet, cupidiorem, dictionem certè magis propriè sentẽtiam auctoris reddentẽ. Cùm enim competitores dicantur, qui in magistratibus officijs & honoribus, quæ adhuc liberè conferuntur, petendis concurrunt, neque id in

id in vitio ponatur, immò sine culpa aut reprehensione plærunque fiat, merito altera lectio hîc nobis prętertur, cùm etiã scribat Iosephus, alterum fratrum regnum Alexandro iam collatum ac confirmatum appetijsse, immò & illi insidiatum, ex quo cupidiorem regni fuisse constat.

Li.1.de bel. Iud.c.3.in Anti.lib.13 cap.19.

Quoniam recruduerant odia ærumnæ eius occasione, quia tantæ potentiæ metu premebantur, &c. Pag.20. Codex vetustus legit: quæ antè metu potentiæ prẽmebãtur, quod nobis magis probatur, cùm autor videatur hîc velle significare, ante illud tempus cõpressa tantũ fuisse odia metu potẽtiæ Alexandri, nunc verò rursus erupisse, quòd insignem ille cladem accepisset.

Reliquos coëgit in vrbem cui nomẽ Besemelel &c. Pag 23. in veteri codice scribitur Bemesehel, quod magis conuenit cùm Iosepho, qui ait, cæteros in Bemeselim ciuitatem compulit.

Ipse quoque Alexander, &c. quia nequaquàm tanti existimatus, &c. Pag.24. manuscriptus legit, æstimatus, quod in eã significatione vsitatius est. Quamuis idem autor verbum æstimo, pro existimo subinde vsurpet, consuetudine sui temporis, cùm iam Romanus sermo in peregrinas loquendi formas sensim deficeret.

Vt eum victor principis loco persequi deberet, &c. vna litera dictioni, principis, addita, & prima eiusdem nominis maiuscula & capitali littera expressa, locum ambiguum & intellectu difficilem

iem reddunt, à quo nos germana vet. codicis lectio liberat, quæ habet, principe loco, id est, primo loco, locutione bonis autoribus vsitata: nã hoc etiam voluisse autorem indicat sequês clausula, vbi dicit, Alexandrum secundis partibus propter obstructa itinera reseruatum. Itaque ne quis in eo se torqueat, cur victor Ptolemæus Alexandrum Regem non tanti æstimauerit, vteũ Principis loco persequi deberent, paucis admonendum duxi.

Pag 25. Lib. 1. de bel. Iud. cap. 4. *Et Gerasem petijt*, apud Iosephum Gerasam scribitur.

Pag. 26. *Viginti itaq; & sex annis vario, &c. regnum tenuit, &c.* In numero annorũ ab hoc autore discordare videtur Iosephus, qui lib. 1. cap. 4. bell. Iud. scribit, inter ipsos tumultus trigesimo & septimo regni an. moritur.

Pag. 27. *Siquidem ex duobus liberis electus vnus ad spem regnandi, non potestatem Hyrcanus vocabulo, &c.* In codice vetusto legitur, speciem: vt autem hic variam lectionem annotarem, etiam si lectio textus probè sibi constare videatur, fecit alter eiusdem autoris locus, qui infrà caput 42. huius primi libri ponitur, ac cùm manuscripti codicis lectione meliùs congruit, nam ibi legitur: foueret certè honorem, quem conferendum filio iudicarat, ne species regni ad eum, potestas ad illos perueniret. Sic hoc loco dicit Hyrcanum à matre ad speciem regnandi electum, non potestatem, quam potestatem illa adhuc gere-

gerebat, cùm tamen Hyrcanum Regem constituisset, de quo sic scribit Iosephus: Natu quidem maximum Hyrcanum, & propter ætatem declarat pontificem, & quòd præterea segnior esset, quàm vt potestate regia molestus cuiquam videretur, Regem constituit: minorem autem Aristobulum priuatum viuere maluit, quòd feruentioris esset ingenij.

Pag. 28. *In cæteros quoq; facinoris autores quosque vt pergeret vltio mandatum, &c.* Hæc dictio, quosque, deest in manuscripto codice, & redundare videtur: hinc in contextum venisse apparet, quòd in eius locum trãspositum fuerit superiùs, quoque.

Pag. 30. *At illa spirans ferocia, filios & vxorem Aristobuli in castrum reclusit.* Vet. cod. in præsenti, recludit legit: quod certè tempus narrationi aptius est, & emphasim habet, ad subitum motum animi exprimendum, factumque mulieris consternatæ ac ferocia spirantis.

Pag. 31. *Conuentum fratrum huiusmodi fuit, &c.* Vet. codex habet conuentus, quæ dictio genere masculino pro conuentione à Latinis scriptoribus vsurpatur: conuentum in neutro genere & singulari numero non item, sed pluraliter conuenta, vnde frequens apud iurisconsultos, pacta, conuenta.

Pag. 33. *Venditur summa prælialis certaminis talentis trecentis.* Qui pretium veteris monetæ ad hodiernam æstimationem redegerunt, trecenta talenta

talenta centum & octuaginta millia coronatorum facere iudicarunt.

Pag.34. *Aristobulus autem vixdum idoneus propulsando periculo,&c.* Codex vetus legit, vix dudũ, quod magis mentem autoris explicat, qui ostendere vult, eum, qui paulò antè impar propulsando periculo fuerat, tunc Scauri beneficio liberatum tantas subitò vires collegisse, vt hostem aggredi & fundere valeret.

Hostem insequitur, & ad Paparionem id vocabu-
Lib.14.c.4 *lum loco.&c.* In cod. vet. scribitur Papyronem, quod magis conuenit cum Iosepho lib.1.de bello Iud. cap.5. & circa locum quem Papyrona vocant, prælio commisso in Antiqui. Iudai. ex versione Sigismundi Gelenij legitur congressus cum eis apud locum, quem Papyronem nominant.

Simul & fratrem Antipatri Fallionem prælio fudit,&c. Is à Iosepho. Cephalio nominatur & in prælio cecidisse narratur.

Pag.35. *Sed diutiùs tolerare Roma. Consulis sublimitatẽ nequiuit, cui moris erat, regni exorti regibus imperitare,&c.* Pompeium intelligit, cui licet exorti regni, quòd Græcè ἀχλήρο dicitur, moris tamẽ fuerit imperare regibus: nam de Romanis infrà quoq; scribitur ca 19 pag. 49. vt Regni quidem exortes, regum tamen arbitri fuerunt.

Itaq; vbi ad vrbem ventum est cui nomen Dio-
polis,&c manusc. habet Diospolis, quemadmo-
De bello dum Ioseph. legit: in Antiq. scribitur, vt Aristo-
bulus

bulus in Delon ciuitatem venerit. Ex versione Iud.lib.1.
Sigismundi Gelenij: profectus est ad oppidum ca.5.
Deliun, inde se in Iudæam contulit, &c.

Datis ad singulos custodes munitionum literis se Pag.37.
se astringeret,&c. causam cur hoc fieri oporte- Lib.1.de
ret describit Iosephus, dum narrat Aristobulũ bello Iud.
diserte præcepisse custodibus, vt non nisi manu cap.5.
sua scriptis epistolis obtemperarent in tradendis munitionibus.

Bellumq; inferre, ne Regem eriperent,&c. sensus Pag.39.
nonnihil obscurus erit, nec sibi constabit, nisi sic accipias, eos qui erant factionis Aristobuli, idcirco instituisse bellũ inferre Romanis, ne Romani Regem Aristobulum eriperent, id est, abriperent, alioque traducerent, ne facilè recuperari posset, qui tun cin manibus Pompeij fuisse scribitur, ac in custodiam datus, vide Iosephum lib.14.antiq.cap 8.

Sed pluribus, quos terror Romanæ potentiæ auxe- Pag.39.
rat, cessere inferiores,&c. Consentit cũ Iosepho, Li.1.de bel.
apud quem legitur: metus autem hos plures fa- Iud.ca.5.
ciebat.

Maiora quoq; à suis orta pericula, quàm sibi ab Pag 42.
Hebræis inuicem inferebãtur. manuscriptus legit, quæ sibi, ab Hebræis, &c. quòd sententia autoris exigit: neque enim cum alijs Hebræis, comparat, sed pericula à suis sibi mutuò illata describit. Quanquam sunt, qui sublato, inuicẽ, legunt, quàm sibi à Romanis inferebantur.

Inspexit lucernam & mensam,&c. Hanc men- Pag.43.

 sam

Antiq. lib. 14. cap 8. iam ex auro fuisse refert Iosephus in Antiquit. Iud.

Et thymiamata, &c. Codex vetus habet thymiamateria, & intelligit vasa siue instrumenta, in quibus seruabantur odores & aromata, aut suffitus exhibebatur, quæ nos thurribula siue acerras vocamus: nam pòst narratur, visam fuisse multitudinem aromatum dispersam.

Et sacræ pecuniæ talenta duo. &c Iosephus lib 1. de bel. Iud. cap. 5. scribit fuisse ad duo millia talentorum. In Antiq lib. 14. capit 8. circiter duo millia talentorum, hoc est, ad duodecies centena coronatorum millia.

Et sequenti post excidiũ die Theocorus iussit mundari templi interiora, &c. Ex antiq cod deprehenditur hîc vitium, qui legit pro Theocorus, Neocoris: quod facilè etiam potuissent obseruare, si qui nobis libros emendant, hunc locum priùs contulissent cum Iosepho, quem autor sequutus est: & Ruffini translationem inspexissent, qui dictionem, quam noster autor Græcam reliquit, ædituos est interpretatus, dum scribit: Sed postero die post excidium, purgare templum ædituos iussit, & solennia sacra celebrare. In Antiquitatibus quoque Iudaicis, eos ministros templi vocat, quos post Ruffinum Sigismundus Gelenius in versione, ædituos nominauit

νεωκόρος *Græcè eũ propriè significat, qui templũ purgat & verrit.*

Lib. prim. bell. Iud. cap. 5. 14. cap 8.

Iussit mundari, &c. Manuscriptus codex habet actiuè mundare, & hoc magis cõuenit cum vero

Li. 1. de bel. Iud. cap. 5.

verbo celebrare, quod statim subijcitur. Ruffinus quoque per idem genus verbi sententiam Iosephi expressit, dum scribit: Purgare templũ ædituos iussit, & solennia sacra celebrare.

Denique trecentis talentis Arabs hoste se exuit, &c. Superiùs indicauimus, trecenta talenta, centum & octuaginta millia coronatorum valere. *Pag. 46.*

Quos vbi confertos Alexander vidit, &c. Manuscriptus codex, vt etiam præcedens clausula legendum ostendit, vbi vires cum Antonio coniunxisse referuntur. *Pag. 47.*

Regni quidam exortes, &c. Manuscriptus pro, quidam, quidem: & vbi scriptum est prouidè, in vetusto codice legebatur proindè, particula illationis. sed prior lectio satis huic loco conuenit. *Pag. 49.*

Gabinius Sisinnio & Antonio. Seruilioq; cũ parte exercitus directis, &c. Ruffinus in libris ac bello Iudaic. vertit pro Sisinnio, Sisenna. Legitur tamen & in Antiquitatib. ab eo cõuersis Sisinnio, vbi Sigismundus Gelenius eundem locum ex Græco conuertens, Sisenna habet. *Lib 1. ca. 6. Li. 14. c. 12.*

Sed Hyrcani per Antipatrum, textus in omnibus libris videtur mendosus: qui vt sententia & cõstructio cõstet restitui posse videtur, si prædicta verba omittens legas: Nã ab Eufrate in Aegyptum Gabinius iter conuertit, vsus ad omnia necessarijs ministerijs Antipatri & Hyrcani, qui pecunia, frumento, armis & auxilij

quoque exercitum iuuerunt. &c. Aut certè hæc verba (sed Hyrcani per Artipatrum) parentheſi includenda.

Pag.51 52. *Prælium adorſus in triginta millibus virorum circa Itabirum montem fuſis, cum decem millibus auſugit, reliquorum diſperſione bellum confectum, &c.* Lib.1.ca.6. Apud Ioſephum de bello Iudaico hæc eodem ferè modo referuntur. Sic enim ibi legitur: Alexandro autem millia triginta remanſerant, & ille ad bellum promptus erat. Itaque ad pugnam egreditur, occurrunt autem Iudæi, & circa montem Itabyrium congreſſi, decem millia ſternuntur, cæteram verò multitudinem fugâ diſpergit. In Antiquitatib. lib. 14 capit. 12. eadem referuntur. Ariſtobulo verò potiri non potuit: is enim habens ſecum triginta Iudæorum millia, auſus eſt occurrere Gabinio, & collatis ſignis decernere ad montem Itabyrium, quo prælio deſiderata ſunt ex acie Iudaica decem millia.

Pag.52. *Mithridatemq; & Tigranem fugientes de perſide occultè demiſit, palàm tamen militibus intimauit fuga lapſos, &c.* & pro Tigrane Orſanem Ioſephus ponit primo lib. de bello Iudaico, & in Lib.14.c.11 Antiquit. Iudai. Sic enim ſcribit: Mithridatē & Orſanem à Parthis perfugas clàm dimittit. In Antiquitatib. Iudaicis ſimiliter legitur: Mithridatem & Orſanem ad ſe profugos remiſit, &c.

Pag.53. Cap.6. *Et Tarichæis deletis, triginta millia Iudæorum in ſeruitutem vendidit, &c.* Ioſephus in primo libro de bell. Iuda. multo minorem numerum ponit, qui ſcribit: Captisque Tarichæis, propè ad tria millia Iudæorum vendidit. In Antiquitat. verò Li.14.c.12. aliter narratur: nam ibi ſic legitur: Vbi Tarichęos primo impetu cepit, & fermè triginta millia captiuorum abduxit. Ioſephus itaque ſibi non conſtare videtur, niſi dicas locum mendoſum, aut illum hîc deſcribere numerum eorum, qui in bello capti erant, illic verò tantùm tria ex illis millia in ſeruitutem abducta ac diuēdita: ſed hunc ſenſum minimè ſequitur hic autor, qui etiam triginta millia in ſeruitutem vendita refert.

Ptolemæum qui habitabat in libano, &c. Hunc Pag.62. autem Sohomi filium fuiſſe narrat Ioſephus in Antiquitatib. Iud. Et Iamblichum Ptolemæum alterum, & hunc alterum Ptolemæum Iamblici Dynaſtæ filium fuiſſe, ex eodem Ioſepho cōſtat, li.4.ca.14. aliàs 16.

Et circa eam, quæ appellatur Onia regio, Iudæi Aegyptij vellent reſiſtere, nam Iudæi eam regionē olim eò tranſlati inhabitabant: vt eſt videre apud Ioſephum, dum ſcribit: Peluſium quidem captum eſt, vlteriùs autem eos progredi non ſinebant Iudæi Aegyptij terrarum incolæ, quæ appellantur Oniæ.

Liberioribus quidem locis, ſed validioribus viris regionis illius, &c. In codice vetuſto deerat dictio viris, & extra contextum ab aliquo recentiori litera apparebat adſcriptam, ita vt aſſutam conſtaret:

Pag.59.

ſtaret: Nam adiectiuum validioribus, ad ſuperius nomen locis, per epanorthoſin reſpondet. Nam vt liberiora fuerint ad pugnandum illius regionis loca, validiora tamen, hoc eſt, fortiora ac munitiora fuiſſe, autor voluit indicare.

Pag. 60. *Antigonus quoque, &c. & quem vel partis deſere aerumnam conuenerat, &c.* Codex vetuſtus habet, patris, & intelligitur de Ariſtobulo à Pompeianis veneno ſublato.

Pag. 62. *Et vlciſcenda patris germaniq; exitia deſiderauerit, &c.* intelligitur de morte Ariſtobuli patris, ac fratris Alexandri, quem Romani ſecuri percuſſerant.

Pag. 63. *Antipatro autem detulit poteſtatis electionẽ, &c.* Poteſtatem hîc Dynaſtiam ſiue præfecturam aliquam intelligit, vt patet ex Ioſepho in Antiquitatibus Iud. lib. 14. cap. 16. aliàs 17.

Pag. 65. *Et minitatione vindictæ modum poneret, &c.* Sic & Ioſephus libro primo bel. Iud. cap. 8. Ni (inquit) egreſſi pater & frater fregiſſent eius impetum, deprecantes vt & ipſe vindictã miniſtantûm ſolaque indignatione metiretur.

Pag. 69. *Sed Romanorum interuentione tranſuſum, atq; uein eos verſum, &c* Hic codex antiquus, internetione, legit, quod magis mentem autoris explicat: nam eædem Sexti Cæſaris, ac poſteà Iulij Cæſaris rurſus belli cauſam Iudæis quoque fuiſſe commemorat, quemadmodũ & Ioſephus, vbi Iudæam tum grauiter etiam tributis afflictã ſcribit.

Antiq. lib. 14. cap. 18.

Vnde

Vnde congregatis vrbibus, &c. Codex vetuſt. legit, viribus: vtque ſic legi debeat, Ioſephus ſatis oſtendit, cùm ait: Alij verò Cæſaris Duces, mortis eius vlciſcendæ gratia, coniunctis viribus, Baſſum petebant. Lib. 1 de bel. Iud. cap 8.

Totius Syriæ eidem regendæ commiſſa eſt ſolicitudo, &c. Hanc Syriam Ioſephus in Antiquitatibus Coëlem ſiue Cauam nominat. Li. 14. c. 19

Corrupto vno de Regalibus miniſtris, &c. Hunc Ioſephus pincernam Hyrcani fuiſſe indicat. Lib. 1. de bel Iud.

Antigonus Ariſtobuli adminiculante ſibi Ptolemæo ſocero, &c. Ptolemæus hic (vt ſcribit Ioſephus) Minnei filius fuit, qui aliàs Menneus vocatur, & ſororem Antigoni vxorem duxerat. ca 19. Pag. 71. Li. 1 de bel. Iud ca. 10.

Nam primò Doſis et coniunx adhæſerat, &c. Apud Ioſephum ex tranſlatione Ruffini, Doris, ſcribitur: ſimiliter in Antiquitatibus Iudaicis à Sigiſmundo Gelenio ad fidem Græci codicis conuerſis: exiſtimo autem variam lectionẽ acciſſe propter vicinitatem, quæ videtur eſſe, inter literas r & ſ, præſertim in ſcriptura, quam Longobardicam hodie nominant, vbi facilè vnam pro altera eſt legere, cùm plitera ſic formetur, vt, ſ, videri queat, deditque occaſionem, vt Doſis, pro Doris, paſsim in libris poſterioris ætatis ſcriberetur.

Rurſus tamen perſtrepere auſi ſunt, &c. In codice manuſcripto legitur, auſis, per ablatiuum abſolutè poſitum. Pag 74.

Et Barzafarnane Perſarum Satrapa, &c Apud

Ioſephum ex Ruffini tranſlatione, & Sigiſmundi Gelenij ſcribitur Barzapharane.

Pag.75. *Pacorus miniſtro Regio partem equitatus dedit, &c.* Hanc partem Ruffinus apud Ioſephum vertit, Turmam equitum. Sigiſ. Gelenius in Antiquitatibus Iudaicis, Alam equitum interpretatus eſt.

Li.1.de bel. Iud. c.11. Lib.14. ca. 22.al.24.

Pag.76. *Deferebantur nuntij, quòd mille talentis Parthus redemptus foret, &c.* Mille talenta ex æſtimatione in ſuperioribus locis ad pretium veteris monetæ facta, conſtat valere ſexcenta millia coronatorum, ſiue ſex tonnas auri.

Nec minùs Nini miniſter miſſus in Iudæam, dolis prætenderat, & c Propter affinitatem quandam, quæ inter n literam & v vocalem, præſertim cùm conſonantis vim obtinet, eſſe videtur, pro, vini miniſter, vt Codex vetus habet, dictionem Nini quiſpiam ſubſtituit, tanquàm nomen proprium foret, locumq; obſcurum reddidit: Nam Nini proprium nomen apud Ioſephum non reperitur, ex quo antiqui codicis lectio vera comprobatur. Scribit enim, vt Pacorus Regiũ quendam pincernam, cognominem ſuum equitatus ei parte attributa ad Iudæam iuſſerit accedere, &c. Et paulò pòſt additur: At interim pincerna ad hoc miſſus, Herodem capere moliebatur.

De bello Iud. lib.1.

Grauis ad cauendum cura exercebat, &c. quod congruit ſuſpectanti inſidias, vt illas caueat, ac deuitet.

Pag. 78. *Summum enim Sacerdotem immutilatũ corpore quenquam eſſe oportet, &c.* Duæ hîc dictiones, quę ſententiâ deprauant, in contextũ ab aliquo inſerta ſunt, quas vetꝰ codex nõ agnoſcit, apud quem ſic legitur: Summum enim Sacerdotem immutilatum eſſe oportet: ſi tamen immutilato corpore quenquam eſſe oportet, legeretur, tolerabilius videri poterat.

Quilibet exitus horum principium habuit ſpiritus ferecioris, & cætera. Annotatio marginalis. *Quidam ſpiritus ferocioris, addidiſſet, Allegatur habent, &c.* Codex manuſcriptus eâdem lectionem ſeruat, quam expreſsi libri habent: & certè marginalis hæc annotatio diuerſæ lectionis minùs conſentanea videtur, apud Ioſephum ſic legitur: vtrumuis autem verius ſit, præclarum habet initium.

Pro quo oppignoraret redimendum filium, &c. Filium hîc Phaſali intelligi, ex Ioſepho conſtat, ne quis de Herodis filio dictum ſuſpicetur.

Per quos reuocaretur Herodes. præuertit. Non enim Herodem ob itineris celeritatem aſſecuti ſunt, teſte Ioſepho lib.1. de bello Iud. cap.26. Pag.80.

Qui ſub vinculis in Parthienem deductus eſt, &c. Codex manuſcriptus, Parthienem: & certè Parthiam regionem hîc indicari certum eſt, de qua infrà ſcribitur: vt Hyrcanus à Perſis captiuus abductus, in Parthia primum retentus fuit. Cap.36 fo. 112.

Auxilijq; inops ſuis in periculo poſitis ſupplicitèr imploraret auxilium, &c. Codex manuſcriptus Pag.82.

hîc, quò, dictionem inserit. Auxilijque inops quò suis in peric. &c.

Maximeq; quòd Idumæa Tetrarchen factēs &c. Manuscriptus præpositionem, in, interserit, in Idumæa.

Pag. 83. *Siquidem in proximis vrbibus reprimendi belli Parthici tumultus, Ventidius immorabatur, &c.* Manuscriptus inserit hîc, ob, præpositionem, & legit, ob reprimendi belli Parthici tumultus: ibi quoque annotatum fuit legi posse, ob reprimendos belli Part. tumultus: quæ lectio commodior esset, si eam impressi aut scripti libri agnoscerent. Ioſephus de hoc scribit: Horum autem Ventidius turbas in ciuitatibus, quæ propter Parthos euenerant, componebat: & in Antiquitatibus: Ventidius tum fortè distinebatur compoſ. 1. de bel. Iud. cap. 12 Li. 14. ca. 24. al. 27. nēdis ciuitatum tumultibus, quos irruptio Parthorum excitauerat.

Silon autem intra Iudæam positus, aperta cū Antigono societatem pecunia conficiebat, &c. Vult significare autor, Silonem aperta ab Antigono pecunia corruptum, societatem cum eo confeciſſe, siue compoſuiſſe. Quod consentit cum Ioſepho, apud quem legitur, quòd Antigonus Silonē in Iudæa mercede siue pecunia corruperit.

Pag. 89. *Non tulit Antigonus furorem dolore, &c.* In codice manuscripto legitur, furentem, & intelligit Herodem, ob cædem fratris dolore furentem.

Pag 95. *Et Hyrcaniam à sorore Antigoni diu retentā recuperat,*

perat, &c. Apud Ioſephum legitur, Hyrcanium, genere neutro, & vicus fuiſſe narratur.

Itaque quatuor diebus quinque fermè millia recepta sunt, &c. Apparet hîc transpoſitas dictiones: Nam in manuscripto sic legitur: itaq; quinque diebus quatuor fermè millia recepta sunt: & consentit cum Ioſepho, apud quem legitur: adeo vt quinque diebus quatuor millia vincirentur. Pag. 100. Li. 1. de bel. Iud. ca. 14. & lib 15. antiq ca. 8

Cùm hæc dixiſſet, Cæsar impoſuit diadema capiti eius, sedulitatem adiungens muneri, &c. Sic codex manuscriptus vna dictione, sedulitatem, legit: nam propensum ſtudium Cæsaris autor cōmendare voluit. Pag. 105.

Gadaram Ioppen, &c. Codex vet. habet, Hipponem, vt etiam apud Ioſephum legitur, quia dictio, Ioppen, paulò pòſt sequitur. Pag. 106.

Vt nulla æſtimatio profundæ altitudinis non comprehenderetur, &c. particula, nō, negatiua in manuscripto deeſt, & sanè sententiam hanc peruertit, vt ex Ioſepho quoque conſtat, cuius verba adscribam: Vbi (inquit) montis quidam vertex in præcelsum ęditus, propter subiecti lateris vallem ſpecus aperit vmbroſum, quâ profundæ altitudinis rupes immensum liquentis guttæ receptaculum concauatur, vt ſtagnantis aquæ copia dimittentibus aliquid donec terram inueniant longitudo nulla suffi- ciat. Pag 108.

Denique illiſis præcurrentibus ſaxis, &c. alia lectio Pag 109.

lectio est hic veteris codicis, idemq; illisus procurrentibus saxis, & subauditur, fluxus.

Pag. 113. *Qui alterum dolore nepotis auersabatur, &c.* in codice vet. legitur: neptis aduersabatur, & pro, aduersabatur, legendum videtur, obuersabatur: Intelligit enim alterum, scilicet odium obuersatum illius animo fuisse ob dolorem, quem ipsa Mariamne, quòd esset neptis Hyrcani, ex interfectione aui conceperat.

Pag. 114. *Et fratrem Ionathan*, Hic aliàs Aristobulus apud Iosephum vocatur, cùm alter prosocer, alter affinis, & alter scilicet, Hyrcanus, alter Ionathas siue Aristobulus affinis esset, subaudi, Herodi, nam is frater vxoris Mariamnæ fuerat.

Hic saltem propter ætatem adolescentulum, &c. legitur in manuscripto per adiectiuum, adolescentulam ætatem. Hic videlicet Ionathas siue Aristobulus frater Mariamnes.

Pag. 116. *Sed furebat ira muliebris.* Ira matris Herodis, & Salomes sororis intellitur, quas infensas fuisse Mariamnæ, & non potuisse ferre ipsius execrantis maledicta & arrogantiam indignantis, autor voluit indicare, vt ex Iosepho constat, apud quem huiusmodi leguntur: Hæc igitur Herodi Mariamnæ probro dabat, sororemq; eius & matrem maledictis atrocioribus dehonestabat. Sed ille quidem amore mutus erat. Graui autem indignatione mulieres sæuiebant, & quò maximè commoueretur Herodes, insimulabat eam adulterij, &c.

Maxi-

Maximè quia victus vernaculo eius Herodes &c. In manuscripto habetur lectio, quæ est in margine annotata, videlicet pro, vernaculo, miraculo. Cur autem eam dictionem vt huic loco magis propriam præferam, quæ infrà autor de Herodis erga Mariamnem amore scribit, persuadent: Legitur enim: Gellio Romano Mariamnem propter excellentissimi decoris gratiam fuisse miraculo: Herodē similiter, præterquàm quòd viuam supra modum dilexerat, etiam defunctam pro amore tanquàm fœminā immortalis decoris mori nō potuisse arbitratum: hocque suis addidisse miraculis, quibus defunctæ gratiam suspiciebat, vt diceret, se luisse iniusti pœnas flagitij, & elementorum ægritudine expiatum interitum tanti decoris, excidio mundi, populorum lue vnius mortem, sorte tamen impari, vindicatam. Hinc est quod miraculo Mariamnes, Herodes hic iure victus dicatur.

De Mariamne, quod sibi coniuncta foret, præter- Pag. 118.
misisset, &c. manuscriptus cod. ei coniuncta, intelligit, Herodi.

Venatibus salubritatem corporis pariter & men- Pag. 123.
tis salubritatem recepit, &c. manuscriptus mentis sobrietatem: & sobrietas menti magis conuenit, cùm sobrius de sana mente apud scriptores frequentiùs dicatur.

Et absentes compererant necem matris plerisque Pag. 124.
in odium patris impulsoribus asperabantur. Regibus
quoque, ne conspectus quidem paterni reuerentia se-
dulitatem

dulitatem infuderat, crescebat cũ ætate malitia, &c. Hæc aliter in manuscripto leguntur ac distinguuntur, itaque variam hanc lectionem adscribere visum fuit: Absentes cõperta nece matris, plærosque in odium patris se impulsuros arbitrabantur. regressis quoque ne conspectus quidem paterni reuerentiá sedulitatemque infuderant. crescebat cum ætate malitia.

Pag. 128. *Nauigantes in Eleusiam, &c.* apud Iosephum ex translatione Rufini scribitur, Eleusam: Eleusis vrbs apud autores nominatur.

Pag 130. *Honor filiorum haud dubiè patrũ gloria, &c.* Codex vetustus pro, gloria, habet gratia, sed cùm is locus videretur alludere ad celebre & vulgatum dictum Salomonis, gloria patris filius sapiens, idcirco hanc dictionem, gratia sciolus aliquis in, gloria, commutauit; non intelligens se locũ deprauare, ac autoris mentem peruertere: ná vt ex sequentibus liquet, Herodes vult ostendere honorẽ, qui filijs exhibetur, gratia, hoc est, permissione siue beneficio patris ipsis cõtingere, quare tantũ honorandos, quantũ pater permittat, nec eos intempestiuis ac plerunque noxijs honoribus afficiẽdos. Hanc esse autoris mentem & veriorem scripti codicis lectionem, quæ statim subijciuntur, comprobant.

Pag. 135. *Patrem, auumq; Regem sibi, & præcipuè Dariũ Hydaspem materni generis apicẽ solita iactare &c.* codex vet Reges: apud Iosephum Darium Hydaspis legitur, quòd eius filius esset.

Accede

Accedebat enim formido grauis, quòd plurimum Pag. 137.
poterant apud patrem: Nam accepto diademate prope vniuersam regni potentiam cum fratre suo Herodes participauerat, &c. in codice vet poterant apud fratrem, subaudi Herodem, & intelligitur de Pherora, & Salome, non de Aristobulo & Alexandrõ filijs: & pro, accepto, legendum, excepto diademate, quia Herodes ferè omnia prẽter dignitatem regiam fratri communicauerat: scribit enim Iosephus, id ægerrimè tulit Herodes, videns germanum affectum tot beneficijs, & penè regni sociũ non respondere pietate mutua, &c.

Deniq; bis annua talenta cẽtum recondebat, &c. aliâs, is, subaudi Pheroras: centum verò talẽta, sexaginta millia coronatorum valere, ex superioribus liquet.

Qua exasperatus Herodes contumelia ei filium tradidit, qui postea Parthico bello occidit, &c. pro filium, scribendum, filiam, quam Herodes tradidit ei, qui bello Parthico occidit, aliâs occiditur, nempè Phasaẽli filio: scribit enim de hoc Iosephus libro primo de bello Iudaico. Quamobrem iratus Herodes filiam nuptum dedit fratris filio, qui pòst à Parthis occisus èst: & in Antiquitat. Puellam collocauit cum Phasaẽli filio. cap 17. Li. 16. ca. 11

Ipse inceßit Salomen, quòd spopondisset nuptias Pag. 138.
suas Obodæ Syleo, qui erat Regis Arabiæ procurator, & catera. cùm apud Iosephum Syleus iuenis,

menis, sine alio nomine perpetuò legatur, Rex verò Arabiæ nominetur Obodas, arbitror hîc transpositas dictiones, quæ sic reponi possunt, quòd spopondisset nuptias suas Syleo, qui erat Obodæ Regis Arabiæ procurator, &c.

Et procella totius aulæ Antipater omnibusq; modis & conuentu etiam propinquorum ingrauans fratrem, &c. manuscriptus, concentu, legit: notatur enim conspiratio ac concordia propinquorum in accusando Alexandro.

Pag. 142. *Parricidio perire debet, qui parricidium voluit implere, &c.* parricidio dixit, pro pœna parricidio debita.

Pag. 146. & 147. *Sæpè aliqua membra ferueant, quæ non incidenda, sed mollioribus sint curanda medicamentis.* Codex vetustus, Sæpè aliqua pars ferueat, quæ nõ incidenda, sed mollioribus sit curanda medicamentis.

Pag. 149. *Instauratur conuiuium indicium reconciliationis, cuius autores Archelaus septuaginta talenta* Codex scriptus legit: Cuius autori Archelao septuaginta talenta, &c. quæ summa hodie quadraginta duo millia coronatorum valere existimatur.

Et concubina (cui panichis nomen erat) dono datur Codex vetus, Panuchis, Iosephus Pannychis, legit, & per ypsilon scribendum est, cùm ex dictione Græca, quæ pernoctationem significat, componatur.

Pag. 150. *Venandiq; artifex Herodem antiquis opimis adorsus muneribus, &c.* Dictio, antiquis, deest in exemplari scripto, videtur ex margine in contextum irrepsisse: si admittatur, scribendum fuerit, venandiq; artifex antiquus Herodem opi. &c.

Compositas Regi insidias dolore decessionis. In exemplari vetust. asscriptum erat, successionis. Pag 152.

Euricles quinquaginta donatus talentis. Hanc summam, triginta millia coronatorum facere, docti indicarunt.

Denique Spartes ditatus Regalibus præmijs. Codex vetus, Spartiates, legit, & suprà fol. 150. eadem dictio habetur. Pag. 154.

Hac permissa sibi Herodes non parricidij potestate. Particula negatiua, non, in exemplari veteri deest, & certè facit sententiam repugnare ijs, quæ paulò antè ab autore scribuntur: At ille (subaudi Cæsar) offensus licèt, quia filiorum supplicia pater posceret, negandum tamen patri non arbitratus potestatem in liberos suos, dedit licentiam, sed consilium adiunxit. Huic etiam sententiæ conueniunt, quæ scribuntur à Iosepho in Antiquitat. libr. 16. cap. 16. aliàs 13. Pag. 155.

Destitutos vndiq; congregabat in inuidiam contumeliarum iniuriarum genera. In exemplari scripto legitur, Destitutis vndique congregabat inuidiam, & expuncta, in, præpositione: quòd si illa præponeretur, ac legeretur, In destitutos Pag. 156.

vndique cõgregabat inuidiam cont. &c. minùs offensionis haberet oratio.

Voluminius autem funesta immurmurat, & post eum omnes volente Rege tali autore, pensantis mortis sententiam expromunt. Aliter nõnihil legitur in exemplari scripto, Et post eum oẽs volentiam Regis tali autore pensantes, &c. Volentiam dictionem quidem hodie minùs vsitatá autor pro voluntate, posuisse videtur.

Pag. 158. *Inde in Cæsariam transmittit, nauigio spectaculũ miseri parricidij circumferens.* Alia lectio & distinctio est exemplaris scripti, præponitur enim dictio nauigio: Inde in Cæsariam nauigio transmittit.

Pag. 159. *Ad vnum inclinaret cæterũ infirmiorem.* aliàs, inclinaretur: & de Antipatro dictum est.

Pag. 162. *Marginalis annotatio. Hîc deplorat Herodes mortem nepotum.* Scribendum est sortem, nam nepotes adhuc viuebant, quorum sortem siue conditionem Herodes deplorabat.

Pag. 164. *Foueret certè honorem, quem confœderandum filio indicaret.* Codex pro, confœderandum, legit conferendum. & pro, indicaret, iudicaret: quanquàm hîc scribendum videtur, iudicârat: cui conueniunt, quæ scribuntur à Iosepho, ex trãslatione Ruffini, lib. 1 de bello Iudaico: Palàm verò eum supplex adire ausus est, coramq; deposcere, ne se honore priuaret, quo dignum esse iudicasset.

Pag. 165. *Atque ex ipso genitus Pheroræ parẽtis suifilia cõiungeretur.* Pheroram, hîc parentem suum Antipater appellat, cùm patruus esset.

Contrà autem Salome, cùm vellet Syleo nubere, ne suffragio quidem Lybiæ, quæ vxor erat Cæsaris, potuit de fratre impetrare. Hanc Latini Liuiam nominant, apud Iosephum de bello Iudaico, ex translatione Ruffini, Iuliæ nomen ponitur, quę nupta fuit Tiberio Cæsari, non Augusto. Sic enim ille: Quod idem in simili causa impetrare Salome non potuit. Hanc enim, quamuis soror esset, atque hæc sæpè intercedente Iulia vxore Cæsaris postulasset, Arabi Syllæo nubere passus non est. Quare in alterutrò mendum esse suspicarer, nisi sæpiùs apud Iosephum, Iulia, pro, Liuiá, scriptum reperiretur, vt eum indifferenter sic posuisse appareat.

Sed in vita Alexandro cuidam ex amicis Regis in nuptias conuenit. Ioseph. lib. 1. de bello Iudaico c. 18. hunc Alexam nominat, dum scribit, vt Herodes inuitam Salomem Alexæ cuidam ex amicis in matrimonium dederit. Pag. 166.

Nec tamen his indicijs sedulæ charitatis conceptam excluſit opinionem, quòd eum frater veneno appetiſſet. Locus deprauatus, & ob genus dicendi succinctum ac ambiguum multo ad intelligendum obscurior ac difficilior. Intelligit de officio in fratris Pheroræ visitatione, dum ægrotaret, ac in funeris eiusdem curatione præstito, quo tamen sedulę charitatis officio Herodes non excluſit opinionem vulgò de se con- Pag. 167.

conceptam: quin ipse, licèt frater esset, eũ, subaudi, Pheroram appetijsse veneno putaretur, ita erat etiam in suos crudelis. Hanc esse autoris
Li.1 de bel. Iud. ca. 16. mentem, ex Iosepho apparet, qui scribit: Quum Pheroram Herodes vsque ad vltimum vitæ diem dilexisset, tamen quòd fratrem quoque veneno peremisset, fama vulgata est.

Pag. 168. *Ibi compositum, vt Antipater Romam peteret, Pheroras in Petram pergeret.* Exemplar vetustum, Peræam, legit, quæ lectio magis placet, quòd consentiat cum Iosepho, qui scribit, Pheroram trans flumen secedere curauisse. Peræa autem regio trans flumen sita, vnde & nomen habet,
De bel. Iud quam luculentè describit libro 3. cap. 2. & hic autor libro 2. cap. 9. Petra verò vrbs regia Arabiæ est.

Pag 169. *Adijciebantur crebræ apud matrem Antipatri cõ-*
Li.1. ca. 19. *quæstiones deplorantis.* Sic Iosephus, cùm refert, sæpè dixisse matri Antipatrum conquerentem.

Pag. 170. *Qui sibi dederat centum talenta.* Quæ hodie summam sexaginta millium coronatorũ facere dicuntur.

Pag. 173. *Et si veniabilis erroris correctio est liber à culpa.* Veniabilis, dixit, pro venia dignum. Macrobius dictione, venialis, eadẽ significat. vsus legitur.

Sed cogitationis eius ego pretium fero. In exemplari veteri scribitur, contagionis, & pro, fero, feram: apud Iosephum sic effertur hæc sententia: Sed ego quidem impietatis pretium fero.

De bell. Iud. lib. 1.

Pixidem cum eo, quod residerat, veneni protulit. *Pag. 174.* Nam effuso priùs, quod in pixide erat, veneno, paululùm, quod resederat, protulit.

Deprehenditur etiam Mariamne filia pontificis, aliàs legitur, Mariamne filia insidiarum cõscia, absque dictione, Pontificis.

Subijcitur quæstioni mater Antiphili & fratres ipsius. Scribẽdum, frater, ex veteri codice, quod consentit cum Iosepho, qui ait: In matrem fra-
Lib. 1. de bello Iud. cap. 19. tremque Antiphili contulit quæstionem.

Verumetiam tanta accederet gratia. Aliàs, tantum accederet gratiæ.

Cùm ei etiam mater non mediocre præiudicium condemnatæ sobolis daret. *Pag. 178.* Pro ei, etiam legendum, eiecta: nam paulò ante matrẽ ab Herode eliminatam constat.

Quod nulli iusto veniabilis nequitia Antipatri posset videri, satis certum est. *Pag. 181.* Codex vetus, certus sum, legit: quod consentit Iosepho, qui scribit: Quod & tu Vare, & quinis iustus iudex Antipatrum morte dignum iudicauerit, certò scio. *De bel. Iud lib. 1. ca. 20*

Sed hostem induxi, qui inuideret nobilioribus. *Pag. 182.* Sequentia codex vetus aliter nonnihil legit, ac distinguit, quare hìc asscribam: excitaret pueros infirmos, circumueniret incàutos, lapsos proderet, sed eos excusari potiùs, quàm vrgeri oportuit.

Antipater hic mihi. Hic, vetus exẽplar omittit. *Pag. 183.*

Pag.183. *Quinquaginta in fructibus talenta conceſſi, trecenta Romam proficiſcenti dedi.* Quanti hodie huiuſmodi ſumma æſtimetur, in præcedentibus, vbi ſimilia loca occurrerunt, dictum eſt: priorem videlicet ſummam triginta, alteram centum & octuaginta millia coronatorum valere.

Pag. 184. *Sed quæ (malũ) infœlicitas me, aut aduerſum me eos faciat inſurgere.* Exemplar vetus aliter legit, omiſſa dictiõe, malũ: Sed quę in eos infœlicitas me, aut aduerſum me eos fecit inſurgere.

Pag. 192. *Itaque conuerſus ad Oratorum verſutias, velut narrationę miſerationis, epilogo quodam excitabat.* Ex codice vetuſto conſtat, duas hîc dictiones in contextum irrepſiſſe, narratione miſerationis, quæ fortaſsis ab aliquo expoſitionis cauſa fuerant in margine adſcriptæ.

Pag 194. Lib. 1. de bel. Iud. ca 20. *Quo ſe videns vrgeri periculo, Antipam vnum ex filijs.* Idem Ioſephus, qui ſcribit vt Herodes teſtamento mutato exemerit nomen Antipatri, Regemque ſcripſerit Antipam, &c.

Heredem imperij ſcripſit. In exemplari veteri legitur, teſtamento ſcripſit.

Cæſari legauit mille talenta. De hac ſumma, vt ſexies centena coronatorum millia faciat, ſuperiùs dictum eſt.

Lib. 1. de bel. Iud. cap. 20. *Vxorem & filios quinquaginta millia cõtulit.* Hîc etiam Ioſeph. vxori Cæſaris ac filijs, itemq; amicis ac libertis, propè ſc. talenta diſtribuiſſe, vel potiùs legaſſe ſcribit: codex tamẽ vetus adſcriptum

ſcriptum habebat, quingenta, quod ſanè conue- Li. 17. c. 8.
nit ijs, quæ ab eodem Ioſepho ſcribuntur in Antiquitatibus, vbi inquit: Cæſari legauit mille talenta, & vxori Iuliæ, liberisque eius, & amicis, atque libertis talenta quingenta: itaque neſcio, an in alterutro mendum ſuſpicari libeat.

Abſcondita corporis ſcatebant vermibus ſparſim totius corporis, anhelitus grauis. Cod. vetus pro ſparſim, ſpaſmi, habet: & ſic legi oportere, ex Ioſepho manifeſtum eſt, dum ait: Membrorum contractio fatigabat Herodem. Et in Antiquitatibus: Super hæc omnia neruorum contractione laborabat, & difficultate anhelitus. Itaque hic autor dictionem Græcam, ſpaſmi, reliquit. Pag. 197. Li. 1. de bel. Iud. ca. vlt. Li. 17. ca. 8. al. 9.

Accerſita Salome, atq; eius Alexa viro. Hunc Alexam ſuprà pag. 166. Alexandrum vocauit, & hîc manuſcriptus nomen, Alexandro, retinet. Pag. 198.

Quinquagenas drachmas iußit militibus dari. Qui veteris monetæ æſtimationem fecerunt, quinquaginta drachmas quinque coronatos valere docuerunt, vt militibus quinos coronatos diſtributos intelligamus: de cauſa autem donationis, quam hîc autor prætendit, ex Ioſepho non conſtat, qui in bello Iudaico, Herodem deſperata iamiam ſalute, militibus quinquagenas drachmas, multamque pecuniam rectoribus atque amicis ſimpliciter diuidi iuſsiſſe, commemorat: In Antiquitatibus verò refert, Herodem, cùm nulla ſpes ſalutis ſupereſ- Pag. 199. Li. 1. ca. 21. Li 27. c. 8. aliàs 9.

sed, donatiuum militibus quinquagenas drachmas iussisse distribui, posteà autem Hierichuntem reuersum, facinus illud atrocissimum de nobilioribus Iudæorum occidendis animo concepisse.

properè diem mortis peruenire desiderauerat, aliàs, proriæ diem mortis præuenire.

Cæsúmque (subaudi Antipatrum) sepeliri iussit in Hyrcania, sic quoque in codice veteri scribitur, cùm tamen suprà legeretur Hyrcanio, vt ex Iosepho annotaui, qui & hoc loco Hyrcanium neutro genere ponit. Similiter in Antiquitat. dum narrat: vt Herodes corpus Antipatri obscuro funere condi in castello Hyrcanio iusserit.

Li. 1. de bel. cap. vlt.

Li. 17. ca. 9 al. 10.

Pag. 202. *Et apertis etiam tab.* Aliter nonnihil legit ac distinguit hunc locum manuscriptus, quam lectionem explicationis causa adscribam, quòd etiam consentiat cum Iosepho libro primo, de bello Iudai. cap. vlt. Apertis etiam tabulis testamenti, recitatur Philippus Trachonitidis regionis, & finitimorum locorum hæres: nuncupatur Tetrarches Antipas, Rex Archelaus: ita tamen, vt ad Cæsarem deferri annulum suũ, &c. verbum, mandaret, aut simile hîc ponendum, aut saltem subaudiendum omninò videtur: & certè apud Iosephum tale quid legitur, dum inquit: eidemque annulum ad Cęsarem ferre mandauerat.

Pag. 203. *Sed ora mœstitia plena*, exemplar vet. legit tantum, sed ora mœsti, & dolentibus similes, &c. figura poëtis historicisque concessa.

Sepultus in Herodio (vt ipse mandauit) quod aberat ducentis stadijs ab eo loco (videlicet Hierichunte) in quo finem vitæ inuenit. Iosephus in Antiqu. refert, pompam funebrem processisse Herodium vsque per octo stadia, vbi quemadmodum antè mandauerat Herodes, sepultus est.

CORNELII GVALTHERI CASTIGATIONES ET annotat. in librum secundum.

Pag. 206. *STipantibus armis militaribus*, codex vet. legit numeris militaribus: qua dictione idem autor suprà vsus est: tributis, inquit, etiam militaribus numeris in Syriam direxit: numeros militares vocat cohortes vel legiones, quæ certo numero militum constabant.

Pag. 207. *Non petendo autem, sed vsurpando quæ in petitione consisterent, etiam in pecuniarijs (negotijs nedum deuit)* Quod marginalis annotatio admonet, parenthesi inclusa in scriptis codicibus non haberi, rectè quidem, miror sanè, vnde hęc hîc infarta sint, cùm suprà in oratione Antipatri habeantur.

Vt præposteri litigatores cadant causa: Quamuis hæc lectio probè sibi constet, tamen vt codex

Lib. 1. fo. 19.

vet. hic legat adscribere visum fuit, vt prępostęri litigatoris cedat causa, adscriptum erat, aliàs, cadat.

Pag. 209. *Cæsariq; seniori bello probatus.* intelligit Cai. Iul. Cæsarem.

Cuius sibi gratiam iam inde à Machabæis partã tantam per vsurpationem regni postea degenerauerunt. post dictionem, partam, videtur deesse verbum, senserunt, aut simile, & pro, tantam, in codice vet. legitur, tamen.

Pag. 214. *Libyes Regi Tybæ secundis est copulata nuptijs.* in codice vet. scriptum erat, Tobæ : sed ex Iosepho constat scribendum, Iubæ: nam legitur lib. 2. de bel. Iudai. cap. 6. vt post mortem Alexandri Glaphyra Iubæ Regi Libyæ nupta fuerit: & in Antiquit. Iubæ Regi Mauritaniæ nupta narratur.

Lib. 17. ca. 18. al. 15.

Infra fol. 222. *Nec longum lætabitur fraterni incestus matrimonij.* Quod cõuenit cum eo, quod infrà scribitur, fraterni cubilis incestum deprehendebat.

Pag. 216. *Philippus quoque Lybiam vrbem matris suæ vocabulo nuncupandam putauit.* intelligit matrem Tiberij Liuiam, non autem suam.

Pag. 219. *Quòd eam dignatus sit visitare dominus Deus suus.* dictio, dñs, non legitur in exẽplari veteri, & certè phrasi illius temporis nõ adeò conuenit.

Pag. 220. *Nisi vt te viginti millium, quæ obtuleram, defraudares compendio.* in veteri exemplari annotatum erat in margine, inserendas has duas dictiones, drachmarum Atticarum, quamuis in Lo-

Li. 18. ca. 6.

sepho

sepho simpliciter nomen drachmarum ponatur: in numero quoque Iosephus longè ab hoc autore discrepare videtur, qui sic in Antiquita. scribit : Ita vt offerret pro vna nocte ducenta drachmarum millia: quam summá viginti millia coronatorũ facere, à doctis annotatum est: addit præterea Iosephus, cùm hac oblatione nihil effecisset, Idam libertam Mundi paternam quingentos coronatos hodie faciũt, quinquaginta tantũ milla drachmarum ad hanc rem conficendá postulasse, ex quibus viginti quinq; millia sacerdotibus Isidis obtulit, totidem negotio confecto ijsdem numeratura. Refert ibidem Iosephus, vt Mundus occurrens Paulinæ dixerit: ô factum benè Paulina, quòd & ducenta illa millia mihi seruasti, quæ potuisti tuis facultatibus addere, & morẽ nihilominùs meę voluntati gessisti: Itaq; miror, quẽ hîc autor secutus sit.

Confessos necat. Iosephus in crucem actos refert.

Ab eo missus Pilatus est in Iudæam &c. circumuenit Samaritanos, vt montem, cui nomen Gadir, peterent. Aliter nonnihil hæc, quæ sequuntur, à Iosepho narrantur, & montem Gadir, Garizin nominat. Pag. 221.

Plurimum enim potuit imperio Agrippa. codex vet. legit. pro enim. eius, plurimũ eius, &c. subauditur enim, Caij Cæsaris, sub cuius imperio plurimum potuit Agrippa. Pag. 224.

Quia ipsi? Autor hic significare vult idcirco plurimum

mum potuisse Agrippam apud Claudium, quia ipsius regni primitijs interfuisset.

Pag. 225. *Quia dum ex se genito consuluit, principi suum negauit*, codex vet. legit, principi ius suum negauit: per principem intelligit Britannicum Claudij filium, quòd is principe siue primo loco & potior iure haberetur, vt ex sequẽtibus liquet.

Erupit in seditiones graues, latrocinia, dissensiones eorum insolentia in codice vet. legitur, discessiones, quam lectionem vt annotem, facit eiusdem locus infrà positus, vbi scribitur: Sed dum sibi consulunt, terrore fecerunt discessiones: ex quo belli aduersus Romanos suspicio primò, deinde inuidia exarsit.

Vt legatos ad Neronem mitterent, aliàs, mitteret, subaudi, Agrippa.

Pag. 232. *Nemo enim poterit æstimare, quale sit quod dicitur, &c.* Sequentia valdè sunt obscura, quòd locus sit mutilus ac deprauatus maleque interpunctus: codex etiam manuscriptus hîc non omnẽ nobis ambiguitatem & obscuritatem adimit, cùm tamen in multis sit perfectior meliusq; distinctus: eius lectionem, quòd plurimũ lucis sit allatura, proponere volui: Nemo enim poterit æstimare, quale sit quod dicitur, nisi audierit priùs, cuius ipse futurus arbiter sit, probètne an respuat, frustrà conturbatur ne audiat: Licet enim & post consultationem vnicuique sentire, quod sentit, & si discessio placet etiam pòst sobrios

brios monitus, seruare inconsultæ voluntatis sententiam. Sed dicit aliquis: cur frustrà audiri velint, si non acquiescant qui audiunt: quia si nolint acquiescere cùm audierint, portio mihi concionis, non omnis populus periclitabitur. Si autem audire nolint, etiam cùm pars audiri conturbat, vniuerso populo eripiatur audiendi profectus. Itaque apud eos mihi sermo orietur, qui audire voluerint, si vel ex parte aliqua mihi silẽtium deferatur: intercipietur enim sermo omnis, & quasi totus decidet, si concionalis fragoris & inquieti strepitus examinetur impedimento.

Itaque iam non copijs Germanorum replentur, Pag. 240. *sed Romanorum liburnis.* Locum hunc deprauatũ non facilè quis animaduerterit, quem vt obseruarem, admonuit me nomen superscriptum in codice veteri, dictioni, copijs, quamuis & ipsa corrupta esset, nempè, copolis: itaque cùm liburnæ Romanorum opponantur copijs Germanorum, aliam dictionem magis propriam & illi respondentem hîc legendam cognoui, quare collegi ab autore scriptũ fuisse, pro, copijs, caupulis, quod genus esse nauigij exeauatum instar lintris scribitur, & huiusmodi nauigijs Germanos vsos, ex Corn. Tacito, & Amm. Marcellino constat: opponuntur itaq; hic caupulis Germanorũ liburnæ Romanorum, quibus caupulis iã non repletur, subaudi Rhenus, quare delendum dictio, replentur, vt indicat manuscriptus.

Qua

Pag. 241. *Quæ pererrantes tot vsq; ad mare bicornis amnis quondam liberas gentes seruitio premunt.* Post dictionem, amnis, vetus codex, fluenta, addit, vt integer sit sensus, quæ scilicet liburnæ pererrantes tot fluenta bicornis amnis, nempè Rheni, vsque ad mare, premunt seruitio gentes quondàm liberas. in Panegyricis Rheanum flumen bicorne dici, subinde legimus.

Pag. 244. *Vbi est stolus nauium vestrarum.* græcâ dictione hîc autor pro classe nauium posuit.

Pag. 248. *Excidium religionis, quæ toto, &c.* aliàs, regionis, quę toto diffusa orbe, populos vbiq; disseminauit.

Pag. 249. *Nam & ipsa erat in Xisti superioribus.* Xistum locum fuisse templo proximum, suprà legimus, lib. 2.

Pag. 252. *Sacros ritus nouari.* ex codice vet. legendum, negari: nam paulò antè dictum fuit, vt Eleazarus suaserit, ne cuius alienigenæ donũ vel sacrificium reciperetur.

Pag. 253. *Qui nisi inuoluti bello forent, &c.* Hæc in veteri cod. sic leguntur parenthesi inclusa: (Quibus, si inuoluti bello ferent, arguendi rapinas eius & grauia commissa facultas omnis extingueretur.

Vt sine vlla fraude abirent. videtur legendum, ne sine fraude abirent.

Pag. 259. *Non excusabatur Pilatus, sed Iudæorum amentia coaceruabatur.* Aliàs, Non excusatur Pilatus, sed Iudæorum amentia coaceruatur.

Pag. 260. *Qui & hæc & alia innumerabilia de eo plena miraculis*

raculis prophetarunt. Exẽplar vetus legit: Deo pleni miracula prophetauerunt: Deo pleni intelliguntur Propheræ diuinitùs inspirati.

Principes Sacerdotũ 13. qui fuerunt anni ducẽti 12. Pag 264. Pro ducẽti, manuscriptus habet, sexcẽti & duodecim: & sic scribendũ, ex Eusebio Cæsariensi in Chronico suo cõstat. Nam à Mose siue egressu Israẽlis ex Aegypto vsque ad Solomonem & primam ædificationem templi, sexcenti anni computantur, iuxta supputationem voluminis iudicum: cùm in tertio libro Regum minor numerus contineatur, videlicet anni quadringenti septuaginta nouẽ: quo in loco impressi libri Eusebij sunt deprauati, qui tantùm annos quadringentos & viginti nouẽ annos habẽt, omissa, vt apparet, litera L. quæ quinquaginta facit.

Tertia nocte, cùm iam præsumpta fides gentilibus remouisset solicitudinem. Pag. 286. Vetus codex legit: Tertia nocte, cùm iam præsumpta fides gratiæ, gentilibus remouisset custodiæ solicitudinem.

CORNELII GVALTHERI CASTIGATIONES ET annotat. in librum tertium.

Iosephum Curione genitum. Codex vetus, Gurione, legit, Iosephus Gorionis filiũ nominat. Pag. 299.

Manasse

Pag. 299. *Manasse Petræa regio commissa, trans Euphratē sita.* Codex vetus Peræa: apud Iosephum quoq; scribitur, vt trans flumē Manasses missus sit: itaque per flumen Iordanem potiùs quàm Euphratem accipiendum puto: nam idem Iosephus in descriptionem Perææ longitudinem eius à Machærunte in Pellam, latitudinem verò à Philadelphia vsque ad Iordanem extendit. Præterea cùm idem infrà scribat, Nigrum Peraitem, vel potiùs Pereatem, ideo cognominatum, quòd ex regione trans Iordanem posita genus duceret, Peræam potiùs trans Iordanem fluuium quàm Euphratem positum, dicendum videtur, cùm Euphratem longiùs etiam disitum legamus.

Pag. 303. *Vt Tarichæas deducerent, atque illic trecētos fermē Curiales plerosque in vincula de plebe rapit.* Codex vetus, sexcentos, legit, & dictiones transponit, plerosq; ex plebe in vincula rapit. Iosephus hanc lectionem confirmat, & explanat, dū scribit: Donec omnem curiam, quæ sexcentos haberet viros, duoq; millia popularium comprehensa, in Tarichæas schaphis abduxit.

De bello Iud. lib. 2. ca. 27.

Pag. 304. *At verò Petates Niger.* Codex vetus, Pereates, legit, & certè à regione Peræa nomen habere Iosephi testatur, qui scribit, Nigrum ex regione trans Iordanem posita genus ducere: vnde Peraitem vel potiùs Pereatem cognominatum.

Omne quod erat in Iudæa. Marginalem annotationem

tationem diuersę lectionis approbat codex manuscriptus. Iosephus tamen contextus lectionē magis confirmat, dum scribit: Denique omni, quanta fuit manu pugnacissima cōgregata, Asalonem petierunt. De bel. Iud lib. 3. cap. 1

Eductis equitibus trāsire ad vrbem sinit. Codex vetustus legit, Edoctis equitibus &c. Apud Iosephum tamen Antonius simpliciter equites ex ciuitate duxisse scribitur. De bel. Iud lib. 3. cap. 1

Vrbs tertio loco antè ex omnibus, qui in orbe Romano sunt ciuitatibus æstimata, nunc quartò, postquàm Constantinopolis excreuit, ciuitas Byzantiorum. Quum hîc autor mentionem faciat Constantinopolis, ac præterea dignitatis illius, quā in Concilio Constantopolitano primùm nacta est autorem certè longè post tempora prisci illius Hegesippi fuisse, in præfatione nostra ad lectorem, ostendimus. Quomodo Constantinopolis secundum à Roma veteri sortita sit locū, ostendit cap. 5. Concilij Constantinopolitani primi, vbi legitur: Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopum habere priuatus honorem post Romanum Episcopum, propterea quòd sit noua Roma. Pag 308.

Persarum quondam caput, nunc repulsorum. Codex vetus, repulsorium, & intelligit Antiochiā Syriæ Persis obiectam.

Prima enim Roma, secunda Alexandria, tertia Antiochia, quarta Constantinopolis. hæc non legūtur in veteri codice, & ex marginali annotatione in

ne in contextum veniſſe veriſimile eſt.

De ſitu vrbis ſatis dictum puto. videlicet Antiochiæ, de quo initio capitis autor locutus eſt.

Nec diutiùs eo morante comitatui adhæſit. Codex vetuſtus, moranti comitanti adhæſit.

Pag. 311. *Vt exiguum vicus in ſuo tractu habeat viginti millia inhabitantium.* Codex vetus legit hîc, quindecim, quod conſentit cum Ioſepho, qui ſcribit: Et vbique multitudo vicorum propter opulentiam populoſa, vt qui ſit minimus, ſupra quindecim millia colonorum habeat. Lib. ca. 2.

Pag. 312. *Ab ortu Solis vrbe Arabiæ protexitur.* Codex vetus legit, ab ortu Solis vſque Arabiam prætexitur, quod ſic explicat Ioſephus: Ab Oriente aût Arabia & Silbonitide, nec non & Philadelphia, itemque Geraſis clauditur.

Pag. 315. *Sepphoritani quoque & tributa & ſubſidia militaria regiones finitimas incurſabant.* Codex vetus legit, Sephoritanis contributa ſubſidia militaria regionis finitimæ incurſabant. Scribit enim Ioſephus à Veſpaſiano mille equites, & ſex millia peditum Sepphoritis in auxilium miſſa. Lib 3. ca. 3

Pag. 316. *Cuius mali illa, quæ paulò antè acerbiora æſtimata ſunt, præferebantur.* Codex vetus, Cuius malis, propter verbum, præferebantur.

Pag 324. *Quò vacuati paleis, euirare arietis ictum nequirent.* Verbum hoc, euirare, metaphoricôs, pro, vim & efficaciam arietis fruſtrari, autor poſuiſſe

ſſe videtur.

In machinamenti autem communitione. Codex vetus legit, comminutione: nam & ſuprà dicitur, vt comminueret caput machinamenti. Pag. 225.

Itaque extincta ſunt duo millia virorum omniũ præliatorum, Apud Ioſephũ verò ponũtur duodecim millia: nam lib 3. cap. 11. ſcribitur: Quoad omnes interière, numero hominum duodecim millia. Pag. 329.

In prædam ducta ſunt duo millia, centum trigintà mancipia. Sic etiam legitur apud Ioſephum.

Qui erat illis conſecratus. Aliàs, ſanctus: Ioſephus inquit, qui erat illis ſanctiſsimus. Pag. 330.

Et qui non curat ſeipſum in operibus ſuis, frater eſt eius, qui ſeipſum exterminat. Adſcriptum erat in codice veteri, frater eſt ſua opera diſsipantis, & eius, qui, &c. Pag. 343.

Manus meas mihi in hoſtem conuertere ſine ſcelere non poſſum. Aliàs legendum, manus meas mihi vt in hoſtem conuertere, &c. mihi, pro, in me, poſuiſſe videtur. Pag. 349.

Hac Ioſephus allegabat, quò euacuaret voluntariæ mortis affectionem. Codex vetus legit, aſſertionem, & puto autorem intelligere de aſſertione voluntariæ mortis à ſocijs Ioſephi facta.

Suadet, vt ſorti renunciaret. Aliàs, renunciarêt, videlicet, vtrique. Pag. 351.

In portu eſt natura ciuitas. Marginalem annotationem approbat vet. codex, qui legit, importuo- Pag. 354. Lib. 3. ca. 15

tuosa est natura ciuitas, quod cõsentit Iosepho dicenti : Cùm enim loppe natura esset importuosa.

Pag.355. Li.3.ca.15 *Ad matutinum flatus vehemens ingruit, quem Melamborium per ea locorum nauigantes vocant.* Iosephus, Melamboreiam flatum illum vocat, dum scribit, prima luce violentius, quem illac nauigantes Melamboreiam vocant, flatus, incumbit.

Pag.359. *Tantumq; aberat, quò verius aliquid nunciarentur.* aliàs, quò minùs aliquid nunciaretur, vult enim dicere, rumorem rerum gestarum veritate minorem fuisse.

Pag.378. *Sex millia Iudæorum, cum superioribus tamen & septingenti, eo interempti prælio.* codex vet. legit, & septingenti viri eo prælio, &c. discordat ab Iosepho in minore numero, nisi in alterutro mendum suspicari libeat: nam cùm ille sex millia & prætereà septingentos ponat, hic tantùm quingentos, suprà sex millia: scribit enim lib.3.ca.19. Periernnt cum his, qui pridem in ciuitate cecidere, sex millia & quingenti.

CORNE-

CORNELII GVALTHERI CASTIGATIONES ET annotat. in librum quartum.

Pag.381. *Nam & ipsa & Sotanis & Seleucia.* apud Iosephum Sogane, & per G in 2. syllaba scribitur.

Vt cum Rex propior muris. per Regem intelligit Agrippam.

Pag.384. Li.4.de bel. *Illic cum decem primis excidit Butius.* exemplar vet. legit, de decem primus cecidit Butius : pri mum de decem vocat, quẽ decanum dicimus: Iud ca.1. apud Iosephum legitur, decadarchus, quod alij, decurionem interpretantur : Iosephum etiam hunc Ebucium nominatum scribit.

Et apud Iudæos notæ vir experientiæ. codex vet. legit, aduersum Iudæos: nam & Iosephus ita de eo scribit : Quòd plurimis malis Iudæos affecerit.

Pag.386. Li.4.ca.1. *Neque quicquam est quod argui possit, nisi inconsultus impetus atque increditus.* pro dictione, increditus, codex vet. legit, inconditus: apud Iosephũ hæc sententia sic effertur : Inconsultus & furibundus impetus belli, &c.

Pag.391. *Siquidem vt mouere arma interdictum, ita etiam illicitum consulere de pace feriatis diebus. Etenim de negotio verbis saltem decernere, & illis sacrilegium,*

qui cogerentur, nec illis inultum qui cogerent, hæc in codice vet. ad hunc modum leguntur & distinguuntur: Siquidem, vt mouere arma interdictum, ita etiam illicitum consulere de pace: Feriatis etenim diebus, aliàs, etenim diebus sacris, de negotio verbis saltem decernere, & illis sacrilegium, qui cogerentur, nec illis inultum qui cogerent.

Pag 392. *Si quis concurreret, miserè conuerebantur sese peti, sibi catenas inijci trepidantes.* aliam hîc videre est veteris codicis lectionem ac distinctionem, quam adscribam, quòd minùs dura videatur: Si quis curreret miseræ conuertebantur: sese peti, sibi catenas inijci trepidantes: intelligit enim mulieres voluisse subinde reuerti: dum strepitu exterrentur, ac metuunt ne petantur, sibiq; catenæ inijciantur.

Pag. 393. *Nam & Tabirius mons, cuius altitudo triginta stadiorum, vertex autem ipse campestris viginti tri-*
Li. 4. de bel bus stadijs iacet: Iosephus Itaburium nominat, & Iud. ca. 2. de situ illius sic scribit: Itaburiũ occupauerant, inter campum magnum & Scythopolim situm: cuius altitudo quidem triginta stadijs consurgens, septentrionali tractu inaccessa est: in vertice autem 20. stadiorum planicies patet, tota muro circundata. Ex quo patet, tria stadia vltra viginti vertici siue planiciei ab hoc autore adiecta.

Pag. 396. * *Quod homines potentes atque innoxij Antipas,*
Li. 4. ca. 1. *Libias, & Phoras tam facilè oppressi forent.* Apud Iosephum hi sic nominantur, Antipas, Leuia & Sophas filius Raguelis, regalis familiæ omnes.

Illi ad speciem de sacerdotalibus tribubus vnum Pag. 397.
Enachum nomine præsentem statuunt. pro, vnum, legendum, vnam, pro, Enachum, codex vet. legit, Eniachim: apud Iosephum scribitur, Eniachin.

Simulantur innoxij criminum proditionis, simu- Pag. 403.
lantur, pro, insimulantur, dixisse videtur: aliter nonnihil etiam legitur in vet. cod. Simulantur innoxijs crimina proditionis: impressorum tamen codicum lectio potior videtur.

Et eò est fallenti infestior quàm appetitior. videtur hîc pro, quâm, legendum potiùs, quò: Quò enim magis quis expositus est, vt mendacijs circumueniatur, eò infestior est fallenti.

In bello enim contentus furor est, in pace veritatis Pag 405.
examinatio. codex vet. in bello enim concentus furoris est: eadem dictione suprà vsus est pro concordia & conspiratione.

Et maximè Iesus cæteris senior post Ananum, tan- Pag. 406.
tùm qui secundò loco fungebatur. codex vetus aliter distinguit, mutata dictione, tãtùm, in, tamẽ, sic: maximè Iesus cæteris senior, post Ananum tamen, qui, &c.

Hæc audiens cessit Iohannes. codex vet. Iesus, le- Pag. 408.
git, & certè capite præcedenti Iesus inter sacerdotes præcipuè locutus narratur: codicis vet. lectionem comprobat Iosephus scribens: His Li. 4. ca. 7. dictis

dictis Idumæorum quidem multitudo clamore consensit: Iesus autem tristis recessit.

Pag. 410. *Vltimus ille dies vniuerso populo fuisset, si non ad templum, quàm ad vrbis signum dirigendum putassent, &c.* ex vet. codice sententia satis constat, qui legit: si non ad templum priùs, quàm in vrbem, signum dirigendum putassent.

Pag. 411. *Desurere visi*, Hoc est, furorem posuisse.

Pag. 413. *Niger Pereites.* suprà, hunc quoque Pereatem dictum scripsimus.

Pag. 423. *Duos quoque Idumæa vicos Ligarum & Caparcorem, eorumq; incolas comprehendens &c.* codex vet. legit, Ligarim, & Coparcorem: apud Iosephum nominantur, Begabri & Caphartophan.

Pag. 463. *Numerata sunt alia Cæsarũ supra quingenta millia.* Aliàs, quinquaginta: & rectiùs: Nã scribit Iosephus, Aliorum verò mortuorum supra quinquaginta millia numerata sunt.

Pag. 464. *Rudis erat adhuc vitijs, & Tyro criminibus vt potestatibus.* Intelligitur de Domitiano, posteà Cæsare.

Nilo decurrit vsq; ad vrbem Thoni. Ex Iosepho scribendum est, Thmuin.

Cui nomen Thanna. Codex vetus, Tanis, quod consentit cum Iosepho.

Pag. 465. *Occurrit vrbs Raphea.* Apud Iosephum, Raphia, legitur.

CORNE-

CORNELII GVALTHERI CASTIGATIONES ET annotationes in librum quintum.

Pag. 466. *QVi coniurantibus secum Iuda, & Zenonis Simone & Ezechia.* Codex vetus legit, Ezeronis: Iosephus Ezronis Simone, subaudiendo, filio.

Pag. 468. *Lubrico offensi, quassati furore, in sanguine demergerentur.* Codex vetus legit, quasi satiaturi furore, &c. mihi potiùs legendum videtur, quasi satiati furore, si hanc lectionem admittas.

Pag. 480. *Suscepit eum Gosna.* Aliàs Gosna, apud Iosephum Gophna scribitur.

Pag. 481. *Videns itaque Titus in virtute sua positum sibi remedium salutis.* Aliàs, in virtute sola positum, &c. Priorem tamen lectionem approbat Iosephus, dum scribit: Titus autem in sua tantùm fortitudine sitam esse prospiciens spem salutis, flectit equum.

Pag. 486. *Subornatis plerisq; Iohannes quasi obseruationis gratia templum cùm adirent* Aliàs, Iohánes quasi obseruationis gratia templum adijt.

Pag. 494. *In quo erat deambulatorium, peripetasma pretiosum* Dictio, deambulatorium, aliàs deest: apud Iosephum quoque non legitur.

Pag.495. *Intùs thymiamaterium.* thymiamaterium nomen à seruandis odoribus habet : puto significari thuribulum siue acerram , in qua thus ponebatur : de hoc suprà dictum est libro 1. cap. 17.

Pag. 497. *Bellumq; accenditur iactu telorum diuerso, missilibusq; maximis.* Aliàs, missilibusque maximè, vt sit aduerbium qualitatis.

Pag. 503. *Cum alijs nouæ fraudis socijs prætendebat.* Aliàs legitur , nouem , cum alijs nouem fraudis socijs. Iosephus in numero vnum addit , dum scribit: In qua Iudæus quidam versutus ac subdolus, Castor nomine , cum decem alijs militibus suis delituerat, fugatis cæteris formidine sagittarum.

Pag. 516. *Sed in timore Dei pater Abraham penetrauit Aegyptum.* In codice veteri scribitur , Presbyter Abraham penetrauit Aegyptum : apud Iosephum legitur , proauus noster Abraham.

Pag. 520. *Surgentes aduersarij , quos securos victoria somnus huberior laxata presserat solicitudine , subitò videre solo fuso rutilare aquas.* Aduersarios hîc Moabitas intelligit, de quibus quarto Regum cap. 3. scribitur, vt orto Sole ex aduerso aquarum viderint è contra aquas rubras, quasi sanguinem, cùm scilicet Sol misisset suos radios super illas aquas.

Fuerunt, qui inter Regum populos bellatum putarent, Regem Israël & Regem Iuda cum Rege Edom

Edom ascendisse, vt pugnarent aduersum Moabitas, historia regnorum ibidem commemorat.

*Triumphauit Dauid, cùm Bethsabeam (hoc est filiam Sabbari) suo coniugio propheticis * ministerijs copulauisset.* Exemplar vetus legit, filiam Sabbati. Bethsabe autem filiam fuisse cuiusdam nomine Eliam, ex libro Regum constat. Sed videtur hic autor alludisse ad mysticam significationem Sabbati, tamquá à שבת siue שבת, id est, sabbatho, & quietè dictio composita esset. Verùm illi, qui interpretationes Hebraicorum nominum conscripserunt, Bethsabe vxorem Vriæ, filiâ iuramẽti interpretati sunt, quod בתשבע, id est, Bethsabe in fine per aijn, non per thaf scribatur, & aliunde formetur. pag.522. * al. mysterijs. bel. Iud. li. 6. ca. 14.

Vicit etiam bello ciuili, quod refugiebat, illatum non inferebat. Nil enim bello ciuili fœdius, nisi solus, qui potuit inferre. Locus aliquantulùm obscurus, in quo restituendo nos vetus codex destituit, nihilominùs sic legendus ac distinguendus videtur: Vicit etiá bello ciuili, quod refugiebat illatum, non inferebat: quę sequuntur vsq; ad, nisi, parentheſi intercludenda (Nil enim bello ciuili fœdius) solus qui potuit inferre: omisso, nisi, quod superfluum videtur.

Testantur hoc captæ vrbis, quæ bellantem adhuc me texerunt, familiæ, bello non destituisse, me post eius ciuitatis ruinas delituisse, quòad potui. In illo euersæ vrbis sepulchro pertulisse famẽ, ne Romanis me traderem. Locus hic aliquantulùm obscu- Pag.526.

rus

rus est ob verba aliquot deprauata, & dictiones transpositas, maleque interpunctas, quæ varium & ambiguum sensum reddunt: ita ex codice veteri legendum apparet: Testantur hoc Iotapatę vrbis, quæ bellantem adhue texerunt, fauillæ, me bello non destitisse, nisi post eius ciuitatis ruinas: delituisse, quoad potui in illo euersæ vrbis sepulchro: pertulisse famem, ne Romanis me traderem, &c.

Pag. 529. *Conuertimini aliquando resipiscite, iudicate.* Vetus codex dictionem, aliquando, ingeminat: Conuertimini aliquando, aliquando resipiscite.

pag. 536. *Ea enim, quæ etiam hostis indulserat, ciuis eripiebat: nec rapuisse tamen istiusmodi cibum proderat, quippe non multò pòst virenti corpore turgescentibus medijs intimorum dolore viscerum quatiebantur.* Locus obscurus, & quē ex codice manuscripto restituere non licuit. Variam tamen lectionem annotabo, quæ ad huius loci explicationem facere videtur: pro, virente, legitur, vrente corpore, & pro, medijs, apparebat legendum, inedijs: verùm pro illo adscriptum erat in margine dictio membris, cui participium, turgescentibus, commodiùs adiungeretur.

Pag. 538. *Quòd in tantis malis deteriores fiebant, diuersis modis afflictos cerneres, &c.* Codex vetus pro, afflictos, legit affixos, subaudiendo crucibus, &c. Hanc lectionem vt magis propriam approbat

Iose-

Iosephus, dum eandem rem enarrat, inquiens: 2. Reg. c. 11
Milites autem diuersis modis suffigebant, ira, & odio, & ludibrij causa, & propter multitudinem quàm cœpissent, iam spacium crucibus deerat, & corporibus cruces.

Tepthæus de Galilæa, Magassalus, & Iabenus & Agiras. Quemadmodum autem hæc apud Iosephum referantur, vt locus emendetur, ac restituatur, adijciendum putaui: Tephthæus autem quidam ex Garsi ortus ciuitate Galilææ, & Megassarus ex regalibus famulis Mariamnes, cumque his Adiabenus quidam, filius Nabatæi, nomen habens ex fortuna Agiras, cuius est interpretatio claudus, &c. Pag 545.

Denique nec Matthiam quidem, quo autore in vrbem receptus est, excruciatum necauit. Codex vetus legit, inexcruciatum: & sic legendū esse particula, nec, priùs posita ostēdit: apud Iosephum verò omissa negatiua particula ita legitur: Denique Simon Matthiam, per quem obtinuerat ciuitatem, excruciatum peremit. Pag 552.

Sanè cùm in illam perpetuam domum discesserimus si qui ad nos venerint, qui requirant, quid egit ille quondā Dei populus, quid illis respondebimus? Imitatꝰ est hic autor, & satis fœliciter expressit insignem illum locum, qui est apud Ciceronem in graui illa ac vehementi ad Octauium epistola. Vnde suspicari libet, imò verisimile videtur, hunc autorem Latinum fuisse, & Latino sermone suam historiam primùm scripsisse. Locus au- Pag. 560.

tem

tem Ciceronis huiusmodi est: Itaque si quid illè Maiorum nostrorũ sepultæ reliquiæ sapiunt, si non vnà cum corpore sensus omnis vno atque eodem consumptus est igni, quid illis interrogantibus, quid agat nunc Populus Romanus, respondebit aliquis nostrûm, qui proximus in illam æternam domum discesserit? aut quem accipient de suis posteris nuncium illi veteres, Africani, Maximi, Pauli, Scipiones? quid de sua patria audient? quam spolijs triumphisque decorarunt. &c.

Quid etiam Mathathiam responsurum Machabæorum autorem, qui voluit obseruando legem, sabbato feriatus mori, quàm præliatus viuere. aliâs, qui maluit obseruando legem, &c. Suprà libro primo legitur, vt quidam ex Iudæis qui Matathiæ se commixerant, religione dicti sabbati bellum suscipere detrectauerint, & ita indefensi inultique mortui sint, posteà ipsum Mathathiam autorem idcirco suis fuisse etiam sabbato vrgente necessitate, pugnandi: neque hoc pacto occubuisse, quemadmodum hîc indicari videtur: Quamobrem Mathathiam illius cœtus Ducem & caput, pro socijs & tanquam huiusmodi corporis membris ab autore hoc loco positum videri.

Habent & sacerdotia suos fasces honorum, qui eleuantur non humeris, sed moribus, & attolluntur non virgarum proceritate, sed laborum perseuerantia, & fidei altitudine, pietatis fastigio. codex vet. con-

coniunctionem, &, omittit, videtur enim dicta per figuram asyntheton.

Quæ, malum, ratio Iohanni suaderet vt Romanos lacesseret. codex vet. addit, vt Romanos in templi excidium lacesseret. Pag. 593.

Non quò templum Romani festinarent exurere, sed è templo educere belli incitatores. codex vet. addit, educere velle belli incitatores.

Non pudet nec vadem quærere, nec fideiussorem dare, ne euersionē exhibeam, qui volo parcere. exemplar vet. Non pudet me vadem quęrere, fideiussorem dare, ne euersorem exhibeam. Pag. 596.

Denique veterem illũ quasi prudentiorem non fecisse aiũt, sed voluisse istũ quasi consultiorem perseueraße. in codice vet. legitur, istũ quasi inconsultiorē perseueraße: per istũ intelligit Iepthen, qui obid quod venerat domino filiâ vnigenitâ occidit: per veterem illũ intelligit Abrahamum, cui non contigit, vt filium suũ Isaac mactaret. Pag. 620.

Habeant suos ritus duritatũ homines, apud quos disciplina est filios occidere. ex vetusto codice legendum videbatur: Habeant suos ritus tam duri homines: in margine verò adscripta erat hæc lectio: Habeant sui ritus duritatem homines: prior tamen commodior videtur.

Quia erat decimus dies Ioma mensis, quem iam dudum inter funestos annumerabant. in exemplari vet. scriptum erat, Loina, quod propiùs accedit ad verũ nomẽ Loi, quod priùs scriptũ fuisse appa- Pag. 624.

apparet: Nam mẽsem hunc Loun à Macedonibus dictum Suidas testatur: Græcè enim Λῶος Augustus nominatur.

Pag.625. *Qua specie plerique exanimati: alij se in ipsos misere ignes.* Codex vet. legit, immersere, quo verbo autorem suprà frequentiùs vsum legimus.

Pag. 626. *Et inferebant munera prædones religionis*, in cod. vet. scribitur, prædones regionis, qui alteram etiam lectionem annotatam habebat.

Ipsis autem paschæ diebus, Xantici mensis octauo die. Xanthicum mensem Macedonibus fuisse vocatum, qui nobis Aprilis est, Suidas testatur.

Pag. 632. *Et fundibulo ictus, in eadem voce amisit spiritum.* in codice vet. legebatur, fundibalo, & fortassis scribendum fuerit, à fundibulario ictus, infrà pag. 695. in Anacephaleosi legitur, & fundibari ictu in eadem voce amisit spiritum.

Pag.633. *Tantis itaque rebus aduenientibus non potuerũt capere, quod diuinitùs decernebatur*, pro, aduenientibus, aliàs ponitur, monentibus, & pro, capere, cauere, vt in Anacephaleosi.

Pag. 638. *Atque intonantem vndis: Ipsius tẽpestatibus quatiebatur mundus &c.* Aliàs, Atque intonant mundi ipsius potestatibus. Quatiebatur mũdus, &c.

Pag. 639. *Ipsa auferre Antiochia sedes Dominorum vestrorum non studiosè suos repudiauit, & nos Dominos elegit.* vet. codex monet hìc transponendas dictiones, & certè omisso verbo, auferre, ita legendum videtur: Ipsa sedes dominorum vestrorũ Antio-

Antiochia, nónne studiosè suos repudiauit, & nos Dominos elegit? Antiochiam vocat sedem dominorum, quòd Antiochi, & alij Reges Syriæ dominati sunt aliquando Iudææ, & ipsi vrbi Hierosolymorũ: quòd si quis velit retinere verbum, auferre, tũc alia dictio fuerit addenda, videlicet, solita, aut similis, & sententia erit, Antiochia solita auferre sedes dominorum vestrorum, nónne studiosè suos repudiauit, &c. prior tamen lectio commodior videtur.

Septima die mensis, quem Gorpiensem nuncupãt. Pag. 646. Codex vet. Gorpiæum, legit: is September nobis dicitur, vt Suidas docet.

Regem Hyrcanorũ, qui locis præerat, solicitarunt, pretiõne an defensione incertũ. Pag. 649. vet. exẽplar habet, pretiõne an dissensione inter se gentium incertum.

Opimi itaq; vtriusq; regni spolijs, ad propria recursum fecere, Sic Cicero. opimus præda vir.

Perimebantur in arena Iudæi, quacunque pergebant. codex vetu. pergebat, legit, ad Titum referens posterius verbum.

Syllæ mandauit. In Codice veteri est Silææ, apud Iosephum Siluæ, libro 7. de bello Iud. cap. 38. Pag. 650.

Deniq; Abel citò occiditur, Cain superuixit: ita mors innocentiæ fuit, & vitæ ærumna. Aliàs legitur, occidit, & scribendum videtur, & vita ærũnæ, vt respondeat priori membro. Pag. 656.

Ah miserã quidem seruitutẽ, quæ de paradyso exulat,

ulat. Aliàs legitur, ac misera quidem seruitute, qua de paradyso exulat.

Pag. 662. *Damasceni, nulla existente causa, octo millia Iudæorum strauerunt.* Iosephus hîc octodecim millia interfecta narrat: quare dictionem, decem, à librario omissam verisimile est.

Pag. 666. *Si infirmiores sumus, auferamus eos cruciatibus futuris: si fortiores sumus, vincamus compaßiones parentum, affectus necessitudinum, & in hoc vincamus hostem, cùm prædam tollimus.* Ex vetusto codice sic legendũ videtur: Si infirmiores sunt, auferamus eos cruciatibus futuris: si fortiores, vincamus compassiones parentum, affectus necessitudinum, & in hoc vincamus hostem, cui prædam tollimus. Nam argumentatur hoc loco Eleazarus, cõiuges & liberos occidẽdos, vel quia infirmiores essent, quàm vt ferre possent graviores cruciatus, qui verisimiliter ab hostibus inferrentur, vt hoc genere mortis, quemadmodum existimabant, leviore, pœnis gravioribus suos subtrahant: sin fortiores putarentur, quàm vt cederent cruciatibus, nihilominùs à suis interfici debere, ne hostibus ludibrio sint: & ipsi hoc modo suos charissimos vincant affectus, & hostem etiá in hoc quodámodo vincát, cui prædam optatam tollunt. Verùm meritò hîc exclamat Iosephus: Miseri, quibus id necesse fuit, quibusque filios atque vxores occidere, malorum omnium videbatur esse levissimum.

Pag. 669. *Audire vocem parvuli vagientis vocãtis patrem, vt auxilio sit petẽti, cùm iã frustrà audias revinctas manus, & captiuæ cervicis iugo subditos?* Annotatũ erat in codice veteri scribendum, revinctus manus, & captiuæ cervicis iugo subditus, vt intelligatur de patribus & maritis, non autem de liberis & vxoribus. Nam & in eam sententiã scribit Iosephus: Videbit alius coniugem abduci, alius manibus revinctis vocem filij patrem implorantis exaudiet.

Has illi claves refundimus. Aliàs, illis, videlicet vxoribus.

Et compresso viriliter affectu, paßionem excluserunt. In veteri codice in margine asscriptum erat: Et compresso viriliter affectu omnes semolitie exuerunt, & passionem excluserunt. Pag. 669.

Vna mulier sola superfuit, quæ filios quinq; in aqua ductu abscondit. Iosephus verò duas inventas fuisse mulieres refert: Latuit, inquiens, vna mulier senior, & alia quædá Eleazari cognata, plurimùm doctrina, sapientiaque mulieribus præstans, & quinque pueri per cuniculos, qui aquâ subterra ad vsum potus ducebant, abditi. Hoc autem tam insigne & memorabile facinus perpetratum fuisse scribitur quinto decimo die Aprilis, Anno ab expugnata Hierosolyma secundo: à natiuitate verò Christi septuagesimo quarto, aliàs quinto.

CORNELII GVALTHERI CASTIGATIONES ET annotat. in Anacephaleosin.

Pag.670. *Ipsa quoque eorum ciuitas Hierusalem inteſtino prælio laborabat.* Codex manuſcriptus, quem nobis ſup. editauit monaſterium ordinis Ciſtercienſis prope Brugas in Flandria, vulgò Doeſt nuncupatũ, legit: Ipſa quoq; eorũ ciuitas Hieruſalem trino intra ſe prælio laborabat. Quam lectionem videre eſt in ipſo autore ſuprà li. 5. ca. 1. vbi tres diuerſas in ciuitate factiones enumerantur: Iohannis ſcilicet, Simonis, & Eleazari, qui inter ſe ſtrenuè dimicabãt, quare trino prælio ciuitatem laborare dictum eſt. Quàmuis fieri potuerit, vt, qui hunc epilogum cõpoſuit, inteſtino prælio ciuitatẽ laboraſſe ſcripſerit, cùm eandem propemodum referat ſententiam.

Pag. 672. *Atq; omnem ſuauitatem Pſalmorum tuorum expeditorum ſenſibus abluerit.* Codex monaſterij Doeſtenſis legit, expeditorum ſenſibus aboleuerit, & nomen expeditorum, ad proximam dictionem videlicet, Pſalmorum, accommodare videtur Preterea pro, abluerit, aboleuerit, quẽadmodũ & ſuprà ex vetuſto codice legendũ admonuimus, vbi ſcriptũ habebatur, abſoluerit.

Li. 5. cap 2. *Ideo in te Iudæa arma cõuertuntur, orationes tua nihil tibi proſunt, quia fides tua nihil operatur.* Suprà in ipſo autore additur dictio, tua, ideoque in

in te Iudæa arma conuertuntur tua, orat. tu. &c.

Quid tãtum miſerabilis ciuitas, Romanus ſuis armis, quantũ populus tuus malorum inuexit? Suprà legitur, quid tantum tibi miſerabilis ciuitas. Pag. 673.

Vt Romani pugnarent, tui fecerũt. Alias, vt cum Romanis pugnares, tui fecerunt.

Iacuerunt in te Ananus & Iohannes inſepulti. Suprà legitur pro, Iohannes, Ieſus, & ita Ioſephus ſcribendum oſtendit: quamuis lib 4 cap. 9. Iohannes pro Ieſus, ſemel poſitum inueniatur. Pag 674.

Relinquendũ aßerebat populũ vſu ſimulachrorũ inſenſibiliũ, & ſtatuarum more nihil iam ſentientẽ cõmaculatum. dictio, commaculatũ, videtur eſſe ſuperflua, cùm in eo loco, vnde hæc deſumpta ſunt, non legatur, quod ſi quis retinendã putat, tũ illa dictioni, inſenſibiliũ, ſubiũgenda fuerit.

Et pro obſeruatione patriæ mori maluit, quàm regijs imperijs obtẽperare. Patriæ, dixit pro, legis patriæ, quod apud Ioſephum frequentiùs legitur. Pag. 675.

Ne furentibus tuis inter ſe viſceribus, manũ admouere cõtagionis magis quàm fortitudinis æſtimarentur. Codex Doeſtẽſis legit: Ne manũ admouere cõtagionis magis quã fortitudinis æſtimaretur, illud, furentibus tuis. &c. parentheſi includens. Pag. 676.

Vt viderunt cum patria. Patiam hic rurſus poſuit pro patrijs legibus. Pag. 678.

Effuſus ſanguis, vt ſignaret deeſſe, qui ſepeliret. Sic vera lectio reponenda eſt: Effuſus ſanguis, vt ſtagnaret in templo, deeſſet, qui ſepeliret.

Quia viuentium in mortuos, à mortuis in eos, qui

adhuc viuerent, furor transferebatur, Aliàs, Quia à viuẽtibus in mortuos, à mortuis in viuos, &c.

Pag. 679. *Nisi cùm Dominum verè templum Dei domesticis manibus crucifixerunt. Propter quod & illud audiant: Soluite templum hoc.* In codice Doestensi legitur: Propter quod illud templum audiãt: Soluite templum hoc, &c. sed cùm hoc aliquanto obscuriùs dictum videri queat, lectionem, quã autor suprà ponit, asscribam: Et quod illud templum audiant: soluite templum hoc, &c.

Pag. 681. *Per singula autem quasi contubernia, non paucioru quàm decem hominum fiunt: solum enim epulari non licet, multi enim vicini conueniunt.* Quamuis etiam manuscripta exemplaria hîc constanter legant, vicini, tamẽ ex Iosepho, vnde hic locus mutuatus videtur, apparet scribendum, vicenis intelligit enim contubernia eorum nõ tantùm ex decem, sed aliquando ex viginti hominibus constitisse.

Pag. 682. *Nec enim leprosis aut vitiliginosis, aut semine fluentibus, quos gynæcicos vocant.* Dictio gynæcicos etiam in scriptis exemplaribus deprauata est, cùm scribendũ constet ex Iosepho, quos gonoroicos vocant: ita enim Græci semine fluentes nominant.

Pag. 689. *Qui nosset omnia solus, patrem quoque sanguine suo toti mundo reconciliaret.* Aliàs legitur, Solus quoque patri sanguine suo totum mundum reconciliauit.

Pag. 690. *Lucerna, quæ super candelabrum ponitur, antè sub*

sub modio erat, id est, legis mensura, nunc est in gratiæ plenitudine heptamycho frequens lumen effundens, &c. De forma huius candelabri scribit Iosephus libro septimo belli Iudaici, cap. 24. Spolia verò alia quidem passim ferebantur, eminebant autem ea, quæ in templo reperta sunt: Mensa aurea ponderis talenti magni, & candelabrum similiter quidem auro factum, sed opere commutato abusus nostri consuetudine. Nam media quidem columna basi inhærebat, tenues autem ab ea cannulæ producebantur, formatę ad similitudinem fascinæ, ad summum quæque in lychni speciem fabricatæ. Erant autem numero septẽ, septimi diei, qui apud Iudęos est, indicantes honorem: Hæc Iosephus. Candelabrum hoc tabernaculi, typum quendam esse generis humani docti quidam annotarunt, ac mira de eo tradiderunt. Hîc autem heptamycho dicitur frequẽs lumẽ effundere, quia ex illis septẽ lucernis, quæ in summitate cãdelabri erãt, velut è totidẽ acetabulis siue receptaculis lumen præbebatur: id enim Græca vox ἑπταμυχὸς significat.

Vitulæ quoq; asseruerunt partu, cùm immolanda Pag 691. *astaret altaribus, in medio templi agnam editam in ipsis sacrorum, quæ suprà memorauimus, celebritatibus.* Locus prima facie nonnihil obscurus: nam si verbum, asseruerunt, ad dictionem, vitulæ, referas, sensus vtcunque constare videtur: sed quod sequitur, non ita conuenit, vbi vna tantùm vitula altaribus astitisse immolanda

scribitur: & bouis etiam Iosephus tantùm meminit Itaque verbum, asseruerunt, ad Iudæos referendum videtur: vt asseruerint, subaudiendo Iudæi, agnum editum partu vitulæ, siue bouis: Aliàs legitur, vitulæ quoq; partu asseruerũt. Quòd additur, agnâ editam, aliàs, agnum editũ scribitur, vt habet Iosephus, qui ita rem enarrat:

Li. 7. ca. 12 Eodemque festo die etiam bos, cùm ad hostiam duceretur, agnum in medio fani peperit.

Orientalem quoq; portã interiorem solido ære grauem, quæ soleret ad vesperam viginti virorum claudi labore, obseratis vectibus ferreis, per aliquot noctes sponte reseratã. Aliàs additur dictio, multo, Quæ soleret ad vesperâ multo claudi labore: Nam refert Iosephus, cùm esset ænea & grauissima, vix â viginti viris sub vesperâ claudi potuisse: & pro, obseratis, scribitur, obseratam vectibus ferreis, Nam apud Iosephum legitur: Quum seris ferro vinctis obseraretur.

Pag. 692. *Consultiores autem aiebant custodiam templi resolutam videri, vt quæcunq; intùs forent, ab hostibus diriperentur, exiret cultus interior, & vastitate euacuaretur, celebritas sacrificiorum destrueretur* Hic locus in ipso autore ad hunc modum legitur, ac distinguitur: Vt quæcunque intùs forent, ab hostibus diriperẽtur, exiret cultus, introiret vastitas, euacuaretur celebritas, sacrificium destrueretur, &c.

Pag. 694. *Sed hoc tanquàm lugubre atq; funereum canticum canens, diebus & noctibus iugiter resultabat, neque*

que cibum impertienti gratias agebat. Quæ hìc desunt, ex codice Doctẽsi sic restituimus: Diebus & noctibus resultabat: Væ Hierosolymis, inseritur. Prætereà clausula, cui sequens membrum, quod alioqui imperfectum erat, ex aduerso respondeat, videlicet, Neque verberanti conuitiabatur, neque cibũ impertienti gratias agebat.

Per septem itaq; annos, & quinq; menses eadem verborum series, idem vocis sonus. Mansit itaq; indefessus tanto tempore. Aliàs hæc aliter suprà distinguuntur, videlicet, vt verbum, mãsit, priori sententiæ adiungatur, hoc pacto: Eadem verborũ series, idem voce sonus mansit. Itaque indefessus tanto tempore.

Id alij ad Vespasianum referendum putarũt pru Pag. 695. *dentiores ad Dominum Iesum, qui secundũ carnẽ genitus ex Maria, regnum suum per vniuersum mundum diffudit.* Apud autorem hęc addita legimus: Qui de regione eorum, in terris secundum carnem genitus ex Maria, &c.

Tantis itaq; rebus manẽtibus, non potuerũt cauere, quod diuinitùs decernebant. Pro, manentibus, scribendũ, monẽtibus: & dictio, cauere, quæ hìc expressè legitur, ac magis propria sententiæ videtur, fecit, vt variam suprà lectionem annotarẽ, quamuis exemplaria tam scripta quàm impressa constanter eo loco, capere, legant. Pag. 696.

Inter cætera diffidentiæ verba, abiectionis suæ à Deo sic conquestus est. Distinctio hic dictionẽ, verba, adiecta, locum difficiliorem intellectu red-

dit, quę post dictionem, Deo, ponenda videtur, quamuis adhuc imperfectus sensus, & aliquid subaudiendum videatur.

Mutata ventorum flamma, flamma retorta, vt nostra subsidia demerentur. Aliàs legitur, ventorum flamina, & pro, demerentur, codex Doestensis legit, deurerentur, cuiusmodi verbũ præcedentia omninò exigunt.

Pag. 697. *Quis hoc dubitet, cùm videat, quòd in nos manus nostræ conuersæ sint, pluresq; seditio domestica, quã bellum extinxerit? Non donabo Romanis quod vicerint.* Ab hoc loco, Nõ donabo Rom. quod vicerint, vsque ad illud, Vbi est maxima ciuitas Hierusalem, omnia in codice Doestensi omittũtur, qua de causa nescio, nisi quòd fortasse librarius aliquis, aut ipse potius huius Anacephaleoseos autor, illa omittenda putauerit, tanquàm huic Epilogo pro decoro orationis breui ac succincto, minùs apta.

Pag. 698. *Damasceni nulla existente causa octo millia Iudæorum strauerunt.* Iosepus verò octodecim millia enumerat, dum scribit, Vbi etiam Damasceni, cùm ne causam quidem probabilem confingere potuissent, ciuitatem suam cæde nefaria repleuere, octodecim millibus Iudæorum cum coniugibus ac familijs iugulatis.

Pag. 699. *Verùm quid in leuioribus moror, cũ excidiũ totius vrbis in vnius ciuitatis ruina nobis deplorandum sit.* Legendum est hîc, pro vrbis, quamuis id exemplaria manuscripta habeant, orbis, vt ex sequenti

quenti loco colligitur, vbi scriptum est: Omnes interfecti, & qui te iugiter inhabitabant, & qui ad te ex totius orbis terrarum partibus conueniebant, vt non dubium sit, totum in te mundum perijsse.

Duri oculi qui hæc videre possunt, immites animi qui vel possunt, quòd tantis superstint doloribus. Pag. 700. varia est huius loci lectio. Codex Doest. legit, duriores qui hæc possunt videre, immites animæ quæ velle possunt, vt quid tantis superesse doloribus? Duriores, positum est hîc pro, duri oculi, & postrema clausula per interrogationẽ effertur, vbi etiã si pro, superesse, legas, superessem, vel superessent, aut aliquid præterea subaudias, tamẽ adhuc minùs diluçida erit oratio. Poterit aũt talis etiam esse lectio, immites animæ quæ vel possunt tantis superesse doloribus, vel vt suprà in ipso autore habetur, immites animi qui velle possunt, vt tantis supersint doloribus. vel potiùs, immites animi qui velint aut possint tantis superesse doloribus. Adijciã & hãc lectionem, si cui magis arrideat, Immitis animi qui velit se posse tantis superesse doloribus.

Quis hæc videns & de comperendinatione viuendi cogitans, &c ab hoc loco, vsque ad illud, quod Pag. 702. infrà scribitur, Cùm Iudæi sibi manifestè iratum ex rerum euentibus Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, Codex Doestensis illis omnibus omissis superiori clausulæ, vbi legitur, Mulieres paucę incolumes, quas

miles impius ad turpitudinem, non ad vitã seruauerit, statim sequentia adiungit. Huiusce modi finem sortita est gens illa quondam sancta, populus acquisitionis funiculus hæreditatis Domini, pro merito suæ infidelitatis: Cùm enim (vt ait Apostolus de gentibus) Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt: & reliqua vsque ad finem libri.

Pag. 702. *Et id genus plena diffidentiæ & desperationis alia multa, ex quibus omnibus cùm Iudæi sibi manifestè iratum ex rerum euentibus Deum cognouissent, non sicut Deum, &c.* Quamuis merito hîc nonnulla deesse videantur, nec posse illa tantũ subaudiri, tamen veram & integram lectionẽ ex manuscriptis codicibus reponere hoc loco non licuit, nihilominùs quemadmodum contextus orationis vtcunq; restitui possit, paucis indicabimus, videlicet si hoc pacto legatur: Vel exemplo debet nobis esse pudendũ, vel visu mirabile, vt reseruemur, aut bestijs aut fratribus præliaturi. Et id genus alia multa Eleazarus in mediũ proferebat diffidentiæ & desperationis plena. Ex quibus omnibus, & ipsis rerum euentibus cùm Iudæi sibi manifestè iratum Deũ cognouissent, non sicut Deum glorificauerũt, &c. Suprà quoque quædam ad hunc locum pertinentia legũtur, vnde etiá hunc locum desumptum apparet, vbi scribitur, vt autor turbarum Eleazarus, cùm in Massada castello obsideretur, rebus iá desperatis inter cætera diffidentiæ verba abiectionis suæ

suæ à Deo, ad hunc mundum conquestus sit: O miseri, ad quam spẽ istius vitæ nos reseruamus? esto, hostis ignoscat, quid proderit, cùm Dei offensa clara sit? ignes ab hoste in nos versi, mutata ventorum flamina, flammæ retortæ, vt nostra subsidia deurerentur: quis poterit aduersante Deo viuere? nullus veniæ locus, sed manifestam voluntarię mortis imperium, &c. De huius itaque loci emendatione hæc pro tempore admonenda duximus.

FINIS.

5	27	7	1
5	28	7	2
5	29	7	2
5	30	7	3
5	31	7	4
5	32	7	5
5	33	0	0
5	34	7	5
5	34	7	6
5	35	7	7
5	36	7	8
5	37	7	9
5	38	7	10
5	39	7	11 12
5	40	7	13
5	41	0	0
5	42	7	14 15
5	43	7	16
5	44	7	17
5	44	7	18
5	45	7	19
5	46	7	20 22
5	47	7	23
5	48	7	24 25 29
5	49	7	42
5	50	7	35
5	51	7	43 44
5	52	7	45
5	53	7	46

Tabula I. Concordantiarum Egesippi de excidio Hierosolymi.

Lib.	Cap.
1	1
1	2
1	3
1	4
1	5
1	6
1	7
1	8
1	9
1	10
1	11
1	12
1	13
1	14
1	15
1	16
1	17
1	18
1	19
1	20
1	21
1	22
1	23
1	24
1	25
1	26
1	27
1	28
1	29
1	30
1	31
1	32
1	33
1	34
1	35
1	36
1	37
1	38
1	39
1	40
1	41
1	42
1	43
1	44
1	45
1	46

Tabula I. Concordantiarum Iosephi de bello Iudaico.

Lib.	Cap.
1	1
1	2 2
1	3 3
1	4
1	4
1	5 5
1	6 7
1	8 8
1	9
1	10
1	11
1	11
1	11
1	12 12
1	13 13
1	14 15
1	16
1	16 17
1	16
1	17
1	17
1	17
1	18
1	19 20
1	20
1	20
1	20
1	21 21
1	22
1	23 24
1	24
1	25
1	26
1	27
1	27
1	27
1	27
1	27
1	27
1	27
1	27
1	27
1	27
1	27
1	27

Tabula I. Concordantiarum Iosephi in Antiqu. lib. de bello Iudai.

Lib.	Cap.
12	6 7
12	8
13	1
13	13
13	14
13	15
13	17
13	18
13	19
13	20
13	21
13	22
14	1
14	2 3 4
14	4 5 6 7
14	8
14	8 9
14	10
14	11 12
14	13
14	14 15
14	16
14	16
14	17 18
14	18 19 20
14	20
14	21 22
14	23
14	24 25
14	26 27
15	4 5
15	6
15	7
15	8
15	9 10 11
15	3
15	2 3
15	1 8 9
15	9
16	13
16	17 19 20
17	1 2 3 4
17	5
17	5 6 7
17	8 9 10
17	11 12

Tabula II. Egesippi de excidio Hierosolymitano.

Lib.	Cap.
2	2
2	2
2	3
2	4
2	5
2	5
2	6
2	7
2	8
2	9
2	10
2	11
2	12
2	13
2	14
2	15
2	16
2	17
2	18

Tabula II. Iosephi de bello Iudaico.

Lib.	Cap.
2	1
2	2
2	3
2	0
2	3 4
2	4 5
2	9 10
2	11
2	11 12 14 16
2	17
2	18 19 20
2	21 24 25
2	0
2	0
2	26
2	26
2	27
2	28
2	28

Tabula tertia Concordantiarum Egesippi de excidio Hierosolymi.

Lib.	Cap.
3	1
3	1
3	2
3	3
3	4
3	5
3	6
3	7
3	8
3	9
3	10
3	11
3	12
3	13
3	14
3	15
3	16
3	17
3	18
3	19
3	20
3	20
3	21
3	22
3	23
3	24
3	25
3	26

Tabula Iosephi lib. de

Lib.
17
17
18
18
18
19
20
20
0
20
8
0
20
Hucusq
in Anti
deci. et
20. pse
sim hi
Hieros

Tabula Iosephi lib. de

Tabula IIII. Concordantiarum Egesippi de excidio Hierosolymitano.		Tabula IIII. Concordantiarum Iosephi de bello Iudaico.	
Lib.	Cap.	Lib.	Cap.
4	1	4	1 2
4	2	4	3
4	3	4	5 6
4	4	4	7 4
4	5	0	0
4	6	4	8 9
4	7	4	9
4	8	4	10
4	9	4	11
4	10	5	1
4	11	5	2
4	12	5	3
4	13	5	4 5
4	14	5	6
4	15	5	7
4	16	5	8
4	17	5	8
4	18	5	9
4	19	5	10
4	20	5	11
4	21	5	12
4	22	5	13
4	23	5	13
4	24	5	14
4	25	5	15 16
4	26	5	17
4	27	5	18
4	28	5	18
4	29	5	19
4	30	5	19
4	31	5	19
4	32	5	19
4	33	5	20

Tabula quinta Concordantiarum Egesippi de excidio Hierosolymitano.		Tabula quinta Concordantiarum Iosephi de bello Iudaico.	
Lib.	Cap.	Lib.	Cap.
5	1 1	6	1 2
5	2	0	0
5	3	6	3
5	4	6	4
5	5	6	5
5	6	6	6 7
5	7	6	7
5	8	6	8 10
5	9	6	8 9
5	10	6	10
5	11	6	11 12
5	12	6	12 13 14
5	13	6	15
5	14	6	16
5	15	6	17
5	16	6	18
5	17	6	19
5	18	6	20
5	19	6	21
5	20	6	21
5	21 21	6	22 13 14
5	22 22	6	25 26
5	23	6	0
5	24	6	27
5	25	6	27
5	26	6	8
5	27	7	1
5	28	7	2
5	29	7	2
5	30	7	3
5	31	7	4
5	32	7	5
5	33	0	0
5	34	7	5
5	34	7	6
5	35	7	7
5	36	7	8
5	37	7	9
5	38	7	10
5	39	7	11 12
5	40	7	13
5	41	0	0
5	42	7	14 15
5	43	7	16
5	44	7	17
5	44	7	18
5	45	7	19
5	46	7	20 22
5	47	7	23
5	48	7	24 25 29
5	49	7	42
5	50	7	35
5	51	7	43 44
5	52	7	45
5	53	7	46

WBP Opc.E

YKWA